


U.L. 1.2.



DISPUTATIO

C. I. 13. DE PUTREDINE.

Authore

SIMONE SIMONIO PHILOSOPHIÆ
Medicinaeq. Doctore, ac Inuictissimi Potentissi-
miq. Principis ac Domini, D. STEPHANI I.

Catalogo Regis Polonorum, &cæt.
personæ Medico: *Actu* Ses.

IN QVA

Ordine refutando illa propè omnia, quæ nuper THOMAS ERASTUS
eodem de argumento scripsit: simul Aristotelis genuina senten-
tia longè clarius, verius, aptius, quam ab ullo ad hunc usque diem
factum sit, explicatur: nec non, l'anissime expositis Natura,
Causis, Differentijs, Aristotelea putredinis, Dissensio
inter Physiologos & Medicos, eviden-
tissime declaratur. *answery 1684*

ADIECTÆ SVNT QVADRAGINTA
septem theses eodem de argumento.

Cum

Indice præcipuarum rerum pertractatarum. Ex quo, quam
multa etiam cum Physiologiæ tum medicinæ theorema-
ta, isti disputationi affinia, in hoc opere pertracten-
tur, cognoscere primo aspectu
lector poterit.

tit. S.

C R A C O V I A E,

In Officina Typographica Lazari. Anno D.

1584.



2272457



AD INVICTISSIMUM,

Potentissimumque Principem

ac Dominum, Dominum

STEPHANVM I.

REGEM POLONIAE, MAGNUM
DVcem Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouïæ,
Samogitiæ, Volhiniæ, Podlachiæ, Liuoniæ, &c.

Principem Transyluaniae, &c.

Principem, Dominumque suum benignissimum, & cum
subiectissima reverentia animi
colendum.

SIMONIS SIMONII SENIORIS

in Disputationem suam de putredine

PRÆFATI^O.



OGNITIONEM PV-
tredinis, Serenissime Rex,
ac Domine Clementissi-
me, à Physiologo quidem
per se, à Medico autem προς
τὸν γρόγ (vt Aristoteleo utar
verbo) expeti, nullus est
qui negare ausit. Et nomi-
ne quidem σκληρος, apud vtrumque nihil est magis
tritum. Res verò ipsa, quam incerta? quam diuer-
a ij sa? Quam-

fa? Quamplurimi sanè extiterunt, qui neque rationem, neque modum Aristoteleæ probè tenuerint; perpauci aliquot, qui docuerint eandem esse Aristotelis & Galeni ea de re sententiam: quorum nullus tamen Galenicæ putredinis typum exprimere potuit vñquam. Postremus autem omnium, Thomas Eraſtus, Academiæ Basiliensis Professor, qui opinatus est, non aliud, vel aliter Aristotelem lib. 4. Meteor. cap. i. de putredine protulisse ac sensisse, quām Galenus eadem de re senserit ac scripserit, miris quibusdam modis ac gyris argumentum hoc totum dialogo suo quodam, & annexis illis thesibus XLVII. inuoluit, atque innumerabilibus dogmatū absurditatibus, quod aliâs per se planissimum erat, implicatissimum reddidit. Dialogo porro illi, qui rectâ etiam nos petebat, ac ea quæ in Synopsi Humoralium Febrium Anno 1577. edita docueramus, non obscurè præstringebat, iustum disputationem opposuimus: in qua, ordine refutando illa propè omnia, quæ Eraſtus persuadere ineruditioribus conatus est, simul Aristotelis genuinam sententiam longè clariùs, verius, aptius, atque ad ipsam praxim Medicam accommodatiùs, quām ab ullo (id arroganter non dico) ad hunc usque diem factum sit, explicamus: necnon planissimè expositis Natura, Causis, Diferentiis



1272751

ferentiis , Affectionibus , Aristoteleæ putredinis,
diffensionem inter Physiologos & Medicos , aliis
interea multis tam Physicis quam Medicis theore-
matis , huic dispositioni adfinibus , exacte discussis ,
evidenter monstramus . Contra theses vero
eiusdem , totidem posuimus nostras , quibus non
modo totius controversiae summa vniuersim com-
prehensa in conspectum quasi legentium adduci-
tur , sed etiam planius alicubi ea , quae in progressu
ipso disputationis adducta sunt , exponuntur . Atq.
haec omnia quatuor circiter mensium spacio , ab eo
tempore , quo scriptum Erasti nactus sum , perfe-
cta & absoluta , Basileam eo animo miseram , vt
darentur typis . Sed iniquitate hominum quorun-
dam factum est , vt , & quod optaueram minimè
euenerit , & ego ab eo tempore ad hoc usque mul-
tis ac miserrimis modis continenter afflictus , cum
procurandæ illius editioni , tum scriptis aliquot
aliis expoliendis , attente minus dare potuerim
operam . Iam vero Serenissime Rex aliquid otii
nactus , tuæ Clementiss : Maiestatis liberalitate ,
non inuitatus modo , sed etiam incitatus , hanc ipsam
meam lucubrationem iampridem à multis viris
doctissimis , atque artis nostræ Professoribus ex-
pectatam , Cracoviæ typis exprimendam dedi : suo
tempore daturus etiam (si Deus coepitis fauerit)

nostris , & sœuam illam atque horridam rerum omnium charissimarum mearum tempestatem , qua tandem miserè huc atque illuc iactatus , tantum non obrutus sum , pro sua benignitate sedare aliquando voluerit) reliqua ; è quibus non mediocrem utilitatem ac fructum ad omnes purioris physiologiæ atque artis Medicinæ studiosos , rediturum & spero , & vel nostri etiam æmuli adfirmare ac spondere sunt ausi .

Hoc autem quicquid est leuioris fateor operæ , cur Tibi (sapientissime Rex) offerre ac dedicare sim ausus , duæ potissimum causæ sunt . Quarum illa est vna , quod solida non modò rerum medicarum physicarumque , sed præclarissimarum etiam quarumuis artium notitia , priscorum illorum ac verè feliciū Regum laudabilissimam consuetudinem atque honestissima studia imitatus , plurimum delecteris : altera verò eaque præcipua , quod cum tuæ Clemen: Maiestati tantum iam debeam , quantum in referenda gratia reddere posse me nunquam sperem : quod iis , qui soluendo non sunt , idem mihi esse faciendum necessariò videam , ut omnia nimirum mea , quæcunque & qualiacunque illa sint , meque adeo ipsum tibi subiectissimè tradam atq. addicam . Ac tantum , inquam , debo tibi (maxime Rex) priuato nomine . Communi verò , quan-

rò, quantum ne complecti quidem animo, ne dum
æquare vllis vnquam aut vsquam meritis valeam.
Iam enim te Regem, supra omnium humanarum
virtutum fastigium tanquam Heröa quendam, ex-
emplar videlicet Regibus aliis ad imitationem à
Deo propositum constitutumque, summa cum
animorum consensione ac veneratione omnes o-
mnium popolorum ac nationum homines agno-
scunt. In quo quidem, id quod à veteribus dictum
est, perspici satis potest; Suę nempe fortunę quen-
que sibi esse fabrum. Nam cùm in omni vita (opti-
me Rex) & proprio admonitus ac ductus genio,
& maiorum tuorum exemplis incitatus, veræ lau-
dis, solidæque gloriæ iter, iam inde à pueritia in-
sistens, dignum te præstiteris, in quem Deus lar-
gissimæ suæ benignitatis potentiam omnē ostend-
eret, ea deinde fortunæ prosperitas atque am-
plitudo est consecuta, cui nihil propè ad immor-
talem conditionem deesse videatur: & quæ nihil
tamen quidquam in te vnquam mutauerit, nisi vt
prodeesse bonis omnibus tantundem velles & pos-
ses, Illustrissimæ, ac multis, iisque insignibus, tam
belli quam pacis commoditatibus clarissimæ gen-
tis & amænissimæ regionis, felici satis principi, de-
latum vltro, legittima tot Illustrium & Patriæ a-
mantium procerum consensione, florentissimum

Poloniæ

Poloniæ Regnum. Eo accepto , mox grauissimum
cum potentissimò & infensissimo Polono nomini
hoste, à te susceptum, præclareq. gestum & felici-
ter confectum bellum : capta Polocia, recuperata
que Liuoniæ prouincia , latissimis auctum pro-
pagatumque finibus Imperium ; Illustrissimæ Ge-
nerosissimæque indolis, ex Fratre Nepos, Transil-
uaniæ Princeps constitutus , multisque & pacis
legibus sapienter instruētus , & belli subsidiis , ad-
uersus vel potentissimi cuiusq. hostis iniurias opti-
mè munitus, atque in principatu suo stabilitus ; Il-
lustrissima ex eodem fratre Neptis , Magno illi
Zamoiscio, Regni Cancellario , atque exercituum
supremo præfecto , quo iustiorem in pace, fortio-
rem in bello, in administranda verò Repub. vtro-
bique prudentiorem feliciorē nō habuit hac-
tenus nostra hæc neque fortasse habitura est con-
sequens ætas , elocata. Iam verò (quod ego vnum
omnium maximum ac potissimè Regibus Princi-
pibusque expetendum duco) eorum omnium &
singulorum, quorum præs Imperio , & qui tuam
istam constantem pietatis professionem , singula-
rem morum probitatem , vitæ comitatem , atque
animi clementiam , cum grauissima & plena Ma-
iestatis autoritate coniunctam , in negotiis qui-
busq. circumspēcte tractandis, ipsaque adeò Rep.
recte

recte administrāda , insignem prudentiā ac dexteritatem ; in audiendis querimoniarum forensium strepitibus, facilitatem, attentionem, atque incredibilem patientiam ; in dicendo reddendoque iure inauditam facundiam , & summam æquitatem; in bello denique eximiam scientiam , inuita animi fortitudine ac secunda vbiique fortuna comitatam (quæ virtutes in nullo adhuc Principe nec maiores, nec illustriores, nec vt in te simul omnes deprehendi potuere) sibi & patriæ gratulantes admirantur, erga Tuam M. tanquam Numen aliquod è cœlo huc emissum, pietas , animorumque propensio subiectissima.

Itaque benignissime Rex, cùm cæteris in venerationem ac celebrationem augustissimi nominis tui adsint, ac pateant pretiosiora alia, mihi, quem Tuæ Regiæ personæ Medicum , & Nicolai Bucellæ, cùm optimi atque humanissimi viri , tum doctissimi ac prudentissimi Archiatri tui, collegam habere , totque beneficiis ornare hactenus clementissimè voluisti , pro subiectissimæ gratitudinis officio, cùm thura non habeam, quoquo modo nunc possim , mola & falsa hac Regiæ M. T. litare, liceat oro obsecroque ; atque vnum id tantum suppliciter ab eadem petere atque impetrare, vt & hoc nostrum munusculum , tantisper , do-

nec maiora quædam magnificentioraqué tibi apparemus alia , clementi ac benigno accipias animo : & miseriarum laborumqué nostrorum, vt antehac, ita deinceps eam, quam tibi heroicum istud generosissimumqué ingenium tuum , ac fidelissimæ seruitutis nostræ nunquam certè deceptura spes dictabunt , rationem clementissime habere pergas. Æternum interea Deum, qui tot illustribus argumentis te sibi esse charissimum hactenus declarauit, toto animo precor, vt in futurum quoq;
Regiæ M. T. omnibusque etiam illis quos charos habes, faustissima quæque concedat. Scripta

Cracoviæ Mense Iulij. Anno Do-
mini M. D. Lxxxij.

*Barbarus urbi & sevix os sime s. Candido
electoralis profunus & te ~~te~~ qdavtq; ar-
omil. ~~pponis~~ & ~~pp~~ tuncrtae & sc.
recessu ~~in~~ daju m. omil. ~~pponis~~*

Candido Lectori.



Bsolueram candide Lector, dum Lipsiae degerem, disputationem hanc quarto post Erasti diuulgatū libellum Mensē. Id quod multorum fide ac testimonio probare satis superq; possim. Nec prodiſe tamen eam in hominum lucem certas ob causas tum primum volui.

Verūm non multò pōst, etiamſi eadem quæ prius editionis retardanda rationes vrgerent, nihil tamen minus amicorum precibus fatigatus, commodam certi hominis occasionem nactus, Basileam Typographo miseram, vt excuderetur. Sed Rectoris Academie illius, cui pro more inspicienda exhibita est, mandato cautum fuit, ne datur typis: eo duntaxat pretextu, quod contra collegam atque eius loci professorem scripta esset. Sapienter mehercule, atq; Rectoris dignitati conuenienter. Igitur rbi licere suis volunt alios quo suis pecculantius carpere, ibi nostram vicissim aduersus eos causam agere, atq; existimationem iuste tueri, nefas esse ducunt. O tempora, o mōres. Atq; his artibus vt suæ farine hominibus quibusdam perplacent sapientuli isti; quam tamen interea bene apud solidè literatos probosq; homines, & neutrius partis odio tinctos, vel amore fascinatos audire se opinantur? Quinto itaq; post Mensē, primū remittitur liber. Atq; eo ipso tempore, quo proprie recusatū constanter libri, quam Concordia formulā Saxones illi nominitarunt, approbationem, Illustrissimi Principis Augusti, Electoris Saxoniae (cui duodecim integris annis fidelissime subiectissimeq; seruierām) gratia priuatus, Pragam ad Cesarem in numerum medicorum illius cooptatus, veneram. Cuius Maiestatem dum in Vngariam primū, deinde in Austriam, atq; hinc ad Augustana comitia, posthac de novo in Austriam sequi cogor, & domesticis interea curis mille modis miserrimè distrahor: demum verò ex aula Casaris, ad Serenissimum Principem, Stephanum primum, Regem Poloniæ, Dominum mecum clementissimum &c. pro medico accessitus. Cracouiam venio.

hoc quicquid est temporis (plus certe quam voluisse) elapsum est.
Ac tantum in praesentia de mora editionis libri huius præmonitum
te Candide ac amice Lector volui. Iam lege hæc, & iudica. Tantisper
dico, haec, donec extremam manum imponamus ijs, quæ tibi iam pa-
rata domi habemus.

Sunt vero illa.

Commentarij duo in totidem Hippoc. de Nat. humana, in quibus
omnia prope, tam illius quam eiusdem interpretis, nempe Galeni
dogmata veritatis trutina exquisitissime examinata refelluntur.

Commentarij duo de Febribus, quorum alter nouam Theoriam
proponit, alter praxin explicat.

Centuria prima Animad. Medicarum.

De affectibus dentium liber unus.

+ Peripateticarum disputationum liber unus, in quo multa quidem
aliorum Aristotelis interpretum Illustriorum, sed Iacobi Scheckij
Schorendorfensis Pseudophilosophemata circiter quadringenta cum
vetera tum noua monstrantur.

Commentarius in librum Aristotelis de spiritu.

+ Commentaria in libros Aristotelis de sensibus & organis senti-
endi, necnon de memoria & reminiscencia: olim quidem in lucem
edita, nunc vero multis locis aucta, & de cetero, alia prope facta.
Ex quibus etiam, ne cuiusquam intemperies nostra, quam olim
dum gehenna Allobrogum viueremus (nisi mors illa potius nostra
quam vita fuerit) ex maligno ac vencenato illo contagiosoq; Sebana-
rum Furiarum halitu contraxeramus, amplius offendat, abstulimus
illa omnia que ad Religionis cultum pertinentia imprudenter Phy-
sicus illi disputationibus aliena inserueramus. Sanè que ex pagina
89. 220. & si que alibi de sacris huiusmodi rebus à me scripta sunt,
ea omnia non modo perpetua obliuione deleta, sed ne cogitata qui-
dem à me unquam aut usquam fuisse ex animo vellem. Verum de his
reliqua & quidem latine suo tempore.

Ad Aucto-

AD AVCTOREM
PHILOSOPHIÆ ET ARTIS MEDICÆ,
scientia clariss. ὀκτάσιχον ἐγκωμιασικόν.

Digna sopho laus est, abstrusas pandere causas.
Laus est, iura necis frangere digna Deo.
Tu p̄estas utrumq; Simon, Sophiaq; peritus
Et Medica æternum nomen ab arte ferens,
Dum pariter tenebris nature lumina profers,
Atq; salutifera fata moraris ope.
Quis neget ergo Sophi laudes te iure mereri?
Diuini laudes quis neget ingenij?

Gregorius Bersmannus.

IN EDITIONEM DISPV TATIO-
nis de Putredine Iambicum trimetrum
Acatalecticum ἐγκωμιασικόν.

Ad Magnificum virum Simonem Simonium Philo-
phum & Medicum Clarissimum.

Si difficultas premium nanciscitur
Maius laboris, quam carens molestijs;
Quo te Simoni premio, qua gloria
Non iudicabunt afflcta dignissimum?
Nam dum putredinis latentes explicas
Ad ueritatis regulam nodos, facis,
Ut questiones arduas, quæ cognite
Sunt hactenus paucis, intelligent bene
Quotquot sequuntur dia castra Paeonis.
Hinc iure dicent, te iubar medentium
Qui tot labores terminas, feliciter,
Quos uidimus tentare multos turpiter.

b ij

Hinc

Hinc iure dicent, te anchoram dolentium
Qui tot labores terminas feliciter
Quos uidimus curare multos turpiter,
Arbela cum cor torret igneum Febris.
Nihil uerere Zoili calumnias,
Sed perge strenua docere nos manu.
Ah quando nostrum seculum doctissimis
Beas, fauente fato, commentarijs,
Quæ lubricas monstrare nobis possent
Fallacias, quibus Galenus posteros
Frioribus decepit annis: Fruole
Dum de naturæ differit primordijs.
Quid ô S I M O N I , cum moris tot: uidimus
Modò, absolutos codices, quos scrinio
Tuo recondis, Quām diu nos distrahes?
Si mox saluti consules, mortalium
Te laude clarum, rēq; lautum splendida
Cernent nepotes: flammæ sed gurgitis
Torrens uorago devorabit Zoilos.

Hieronymus Reusnerus Leorinus Medicæ
artis Doctor, atq; authoris quondam
scriba et discipulus E.

Præfatio

EXCELLENTISSIMO
CLARISSIMO Q. VIRO, DOMINO
Laurentio Iouberto, Medicinæ Doctori, Regio
& primario apud Monspelienses
Professori, &c. amico
singulari.



A B E S C L A R I S S I M E I O V -
 berte, quod pollicitus sum, vel potius
 id, quod vt pollicerer, & præstarem,
 tu quoq. præter alios, author atq; sua-
 for fuisti ; Disputationem, inquam, op-
 positam Dialogo Thomæ Erasti : quo
 ille nos (amicos tamen suos) contra
 quos ipse scilicet vnuſ stare se posse putauit , infantes
 recens natos, iſfanos, factiosos, sensu communi caren-
 tes, toto cœlo errantes dixit. Aristotelis de Putredine
 sententiam, nescio quibus ineptis Philosophematis in-
 uoluere, atq; ad nescio quas iſſulfas phantasias detor-
 quere , contra omnem rei veritatem conatus est. Nos
 contra, id vnum h̄c agimus, vt monstremus , Erastum,
 minimè omnium Aristoteleæ Putredinis, quæ lib. 4. Me-
 teor. cap. 1. exposita & explicata est, naturam affecutum
 fuisse : deinde verò Galenicam Putredinem , quam ta-
 men neq; Erastus, neq; vllus alias, certo quodam typo
 delineare nobis hactenus potuit, ab Aristotelea illa plu-
 rimum abhorrese: postremò nihil vsquam propè in toto
 suo Dialogo Erastum protulisse , quod aut non fictum;
 aut

aut non absurdum sit, aut etiam non perperam, ac titubanter pronunciatum. Restabat, ut monstraremus, humores, per febres humorales, non putrescere Aristotelea putredine, sed exardescere tantum : atq; hanc affectionem, non ad putrefactionē, sed ad excessum elixationis, aut assationis, (quæ caloris opera, quantopere à putrefactione differant, nemo, non prorsus in Philosophia rudis, est qui nesciat) esse referendam. Id quod partim quidem in hac disputatione, sed prolixius tamē, & minutius in altero Commentario ad lib. 2. Hippocratis de hum. nat. & priore parte Comment. nostrorum de Febribus, quibus iam extremam impono manum, satis (ut opinor) fit.

In praesentia tamen transmittere, atq; in discussum præterire id non possum, quod aduersus veritatē hanc, in annotationibus ad lib. 1. Gal. art. cur. à quodam aliâs perquam eruditō ac docto viro nuper editis, scriptum legi : vt hinc coniicere tu, pro tua eximia eruditione possis, quam facile deinceps futurum sit nobis, non hanc modò, sed alias etiam arces, quas miseri isti sectarij per vim, & nescio cuius præiudicatae opinionis priuilegium in Medicina occuparunt, expugnare ac demoliri.

Ait primum is, non moueri se authoritate Trallianī, multoq; minus aliorum quorundam, qui istam de putrescentibus per febres humoribus, opinionem in dubium reuocare videntur. In quo vicissim nos ipsi hoc reponimus: Eos qui ista in dubium, iustis de causis reuocarunt, multo minus eorū authoritate moueri debere, qui Philosophiam in sensu quodam statuendo, plebejjs persuasionibus fascinati, de illis etiam recte dubitare,

dubitare , quæ sunt absurdissima , nequeunt . Tum ad-
dit : Trallianum recitare tantum , non comprobare , aut
recipere opinionem illam . Quasi nos aliud vsquam di-
xerimus , & non expressè scripserimus , propositam ac
recitatam duntaxat opinionē hanc à Tralliano . At (ex-
cipit ipse) non approbatam tamen . Quid tum postea ?
Satis esse volumus nobis extitisse , Alexandri Tralliani
testimonio , alios qui approbarint . Deinde , si non appro-
barit , cur non reprobarit ? Confutauit alias opiniones in
eodem capite , de Febrium foco , & materia : iudicium
etiam interposuit suum in controuersia de putredinis
causa , cur istam vnā transmisit , atq; indiscussam prorsus
omisit ? Nam transmisisse atq; omisisse illum , & contra-
riam Galenī , cuius imitatem fore se professus antea
fuerat , explicasse , vbi responderis ; quid aliud tandem
dixeris , quām eum , aut propria conscientia conuictum ,
adulatorem potius , id quod quamplurimis alijs , tūm
placere videret , quām Philosophum , quōd sibi reuera
esse res videretur exponendo , egisse , aut peruicacem ,
more multorum , qui etiamnum hodie à Secta , cui se-
mel studia sua deuouerunt , abduci se nullo modo pa-
tiuntur , in errore consenescere maluisse , quām de alie-
ni dogmatis veritate inquirere ? Verba vero illa , οὐ π
λέγει τοπεδου ἐξαπεδου ετc nō protulit Alexander qua-
si ex se (quemadmodum falsò opinatur Censor noster)
vt ex consequentibus verbis planissimè cognosci po-
test , Τοιςτοπ Ιι νοει ἐπὶ ἄκμῃ γίνεται φασὶp ετc . sed quasi ex
eorum ore , quorum sententiam tum exponebat ; ac si
diceret : In de quorum opinione iam ago , commoti ar-
gumentis prædictis , non aliam in humoribus Febrisficiis
putredinem esse intelligendam contendunt , præter il-

Iam , quæ accensio & exarsio quædam est. vt illud νόη. necessariò ξηγητινή particula sit. Quin persuadere nobis quoq; conentur isti Patriæ Patres , atq; antiquitatis defensores acerrimi , bitumen, picem, arundinem, cartas, tūm cùm ignis corripuit , ac depascitur eas putrescere. Alexander tamen hæc exempla, putredinis illius affert, quam in Febrisficiis humoribus inesse concedebant ii, quorum tum sententiam recitabat. Quid? quod paullò pōst , recensens eorum controuersiam , qui putredinis quidem vocem admittebant, sed de illius tamen modo inter se dissentiebant ; putantes nimirūm hi, à calido & humido, alij verò à calido & sicco, eam induci, ipsemet Alexander, suum interponens arbitrium , hæc subiicit, νοὴ δημω ἀμφοτέρως & λαβεῖσθαι τὸ λόγονε, νοὴ γνωδα πτέρε, νοὴ διὰ ζηροτητα σημψι. Iam cùm intelligeret, à siccitate non posse inuehi putredinem illam, quam vbi- que Galenus inculcat, statim subiungit, μᾶλλον δὲ ἔγνωσις. Quasi videlicet ipse quoq; sententiam eorum, suffragio suo approbaret, qui σηπτεδα idem, quod ξεπτεδα intelligebant. Addit Censor: Erafistrati, Auerrhois, Nicoli, Vgonis, Gordonij, Buccaferræ, & aliorum, quorum volentium nolentium testimonia in mea Synopsi produxi, authoritas, quanti facienda sit, se non disputare , non dubitare tamen, in allegandis illorū locis, aut inuersam, interuersamq; dictionem aliquam, aut alio sensu, quam ab illis prolata sit, acceptam. Ad quæ iam respondere pluribus non est opus : Tantum dicam, in re controuersa, quantum etiam possit extortum testimonium eorum, qui aduersariam partem, aliás tuentur mordicus, iam vel ipsa Lege decisum esse : deinde allegare denuo hic Authorum commemoratorum verba, non

P R A E F A T I O .

non peruersa aut interuersa, (hoc enim studium Conciliatoribus istis Enantiomatum semper augustis , qui in a b c edariis, Grammaticis que speculationibus, admirabiles plebi esse volunt, nos totum committimus, qui de rerum veritate inquirenda soliciti , Authorum verba legimus, pro ut ab eis prolata esse , non Vaticanus aliquis codex, aut superstitionis τύπω, τύπας, sed ipsa scripturæ sensus connexio monstrat, & prout sonant, accipere consueuimus) sed eo modo , quo proposita expositaque leguntur, superuacaneum esse : cum & scripta illorum Authorum extent, atq; in promptu sit omnibus ea legere. De Hippocratis autem Authoritate , quid obsecro nobis ille obiectat: Tanti facimus Hippocratem, quanti Galenū : id est utrumque pro homine habemus, neutrum pro Deo : & hunc quidem garrulum sua natura & ambitionem; ergo etiam non raro mendacem fuisse constat: illum verò γνέντιον (ut Aristoteleo utar verbo) rudis adhuc & infantis illius Philosophiae alumnum : utrumque tamen sua laude dignū : & Hippocratem quidem , quia singularia , & quae in Medicina facienda, ad momenta quæuis occurrerent , diligenter obseruarit : (quid enim obsecro, nisi Cabalam fortasse Galeni adhibeas, aliud, in boni senis scriptis habes?) Galenum verò quod obseruationes illius, studio ac diligentia adhibita, spectando, persequendoque , multa vniuersalia præcepta , id est ad artem Medicinæ conficiendam principia , sua excellentes ingenij vi , ex eis extuderit, & quasi sepulta in Hippocraticis illis nudis annotationibus , in lucem, conspectumque, certo quodam ordine protulerit. Verum de hoc in i. Centur. nostrar. animad. Med. si Deus voluerit, plura legentur. Pergit deinde , arguendo nos inscitiae,

c ij

quod

+ Ò Ingenium
Verò philo-
sophicu.

quod non legerimus locū Hippocratis, qui est in 3. Epid.
 Sect. 3. scriptus. Imò legimus, & illum, & alios eiusdem
 Authoris: & quia legimus, idcirco eos inscitiae arguimus,
qui propterea contendunt febrificos humores putresce-
re: nisi putrescere idem illis sit, quod exardescere, id est,
aduentio calore incensum esse: quæ incensio tamen
nō ex putredine resiliens incensio sit (Putredinem enim
sic propriè appellatam ac definitam ab Aristotele 4. Me-
teor. cap. 1. nemo sanæ mentis dicet, accensionem per
se inuenire) sed incensio potius, ad quam consequatur
exustio. Qui inquam duo hæc primarium qualitatum
agentium opera, σήψις καὶ ἔγνωσις, non intelligit plurimum
inter se differre, is, cur prius non diligenter perlegat ea,
quæ à Philosopho ijs de rebus sunt exarata, quam iudicium
de ignotis, in præiudicium aliorum ferat suū? Sed
redeo ad Hippocratem. An unus ille locus ab isto Do-
ctore primū scilicet notatus, aliis verò hastenus inui-
sus reperitur in scriptis Hippocratis, qui verbum σήψις
habeat? Et quid obsecro etiam iste? Hoc: multos Car-
bunculos in illa æstatis cōstitutione erupisse, & alia, que
putredinis vocabulo, appellari consueuerint, &c. Ma-
gnum mysterium. At nos non inficiamur, & hæc & alia,
quocunque modo corrupta, putrida vulgo dici solere:
Sed illud intrepidè negamus, esse reuera putrida; Si pu-
tredinem sic accipiamus, quemadmodum accepit sapi-
ens lib. 4. meteor. cap. 1. Isti plumbeo arieti, æneum hūc
opponimus murum. Quid si etiam dicamus, Hippocrati-
cam putredinem, ex incensione resilire, non hanc ex illa:
 τὰ μέρη ἵκμάλεα καὶ πεπιεσμένα ὑπὸσφῦρ ἀυτῶν ἐκθεμαῖνεται,
 καὶ ἐν ταχῖτα κάπτα ὑπὸ τοῖς θερμασίοις συγκαύσουενα σήπεται,
 lib. de nat. pueri. Ut si verborum vim spectes accensiō-
 nis finis,

nis finis, putredo sit Hippocrati: ille autem quid aliud
quam exustio? Tum alia nos aggreditur via: quasi nimirum nullam protulerimus rationem aliam, quamobrem febrim ex putredine negemus, præter illam, quam non suo, sed aliorum nomine Trallianus adduxit. De quo paucis respondendo dicimus. Si ipse tantisper, dum Commentar. nostra ad lib. 2. de nat. hum. expoliuntur, Disputationem hanc legere non grauetur; sperare nos, fore, ut intelligat, longè iustiores adesse nobis causas, & firmiores subesse rationes, quamobrem dum in Schola sumus, & vim sapientibus de febrificis humoribus disputamus, à voce ista putredinis abhorrire cogamur. Deinde quærit, quæ tandem causa desit, quod minus in vasis putredo humorum sequipossit aliqua. Ad quod verè Censorium quæsitum, illud in præsentia dixisse fuerit satis: deesse omnes: & illas quas ipse enumerat, nusquam pro causis putrefactionis esse ab Aristotele recēditas: quod est ut paucis dicam, ex falsis falso, contra nos, vel potius contra se ab illo concludi. Quid obstrutio ad efficiendam putrefactionem? quid caloris humidij aduenticij dominium ac victoria, ad putrefactionis totius formam? Iam dixi, & repeto denuò: miseros istos verbis se implicare, quia verborum vim non intelligunt. Putrefactio inquam sapienti, est perpeccio quædam certa in mistis, quatenus mista sunt, causa primarum qualitatum, opposita Generationi simplici, per quam euocatio calore interno ab externo, proindeq; humili à sicco facta diuortio, mixtum simpliciter corruptitur: quid ad hanc obstrutio? quid humidum aduenticum? quid victoria & dominium (cuiusmodi ipsi intelligunt: nam & nos quoq; scimus, putrefactionem inuchi ab externo

calore vincente) caloris aduenticij? Sunt hæc dico inter se natura distincta , quæ mixtis causa primarum qualitatum accidunt opera, Generatio, Putrefactio, Maturatio, cruditas, Elixatio, molitus, Assatio, scissio, & excessus in Assatione, qui ad exustionē refertur, Concretio, Liquatio, Spissatio, Flexio, Ruptio, Fractio, Contusio, Cōpressio, Tractio, Productio, Fissio, &c. quæ qui confundit, is se ignarū Philosophiæ satis declarat; ablegandus ad Aristotelis lectionem, priusquam in huiusmodi controuersiis censoriam illam seueritatem in nos distingere debeat. Quid enim alias proficiunt friuolis istis, quæq; milles iam explosæ sunt, exceptiunculis repetitis rhetoriciando? Nos hæc & tot asserimus: Putrefactionem Aristoteleam illam dico, simplicem atq; oppositam generationi simplici, expositam & definitam cap.i. 4. lib. meteor. nullo modo conuenire febrificis humoribus, suppurationi, &c. Galenicam nondum esse ab ullo de facie cognitam, sed quasi Protheum quendam in omnem sese vertentem formam, esse propositam: Vulgarem verò illam, esse exustionem, seu malis excessum quendam in assatione, vel elixatione: ideoq; ab his perpessionibus, nullo modo separandam. Satisne Latine hæc? De his inquam tribus capillis dicant isti περιστοιχοι aliquid , sua existimatione atq; authoritate dignum , tum eos vicissim dignos iudicabimus, quos refutare pluribus debeamus. Post hæc(dignum illud quidem, quod risu excipiatur) petit, qualem tandem sufflonem habituri simus, qui statutis quibusdam horis, quod fieri in intermittentibus febribus obseruatur, febrificam materiam arsuram succedat? Respondemus illum ipsum, quem ipse antea unum admirerat, nunc immemor sui, expludit, Putrefactionis

ctionis causam, id est obstructionem, seu quocunq; tandem modo prohibitam trāspirationem. Est enim Febris, accensio, sed citra flammat aut carbones tamen: ergo & citrā cineres: hanc verò in intimis aliter quām in extimis excitari, qui somniat, is verè desipit. In Erysipelate atq; inflammatione, v. g. cruris, conclusus & constipatus copiosior calidiorq; humor, qui in extremis venarū capitulīs est, vel ex his iam excidit in carnes, incalescit. Exin ardor & febris (vt ita dicam) partis: quæ deinde sensim communicata cordi, Febrim totius facit. Ardor tamen in externis continenter & continuò viget ad finem usq;, non citrā partis, insigni sensu præditæ, dolorem, quem tendendo mordicandoq; inuehit: at in internis, vbi focus febris in venarum aut arteriarum, quæ modico sensu vigent, parte aliqua, seu intra, seu extrā viscerā est, congesta primum certis horis febrifICA colluuie illa, deinde verò concepto calore partim dissipata, partim verò attenuata in auras, quia continua est, atq; ordinaria humorū excussio, confluxioq;, noua alia per certa interualla, ex certis quibusdā sedibus, recurrere potest: quæ propter easdem occasiones, propter quas prior, moram ibidem trahens, citius tardiusue, pro naturæ suæ conditione, ac maiore vel minore copia, & loci angustiis atque opportunitate (de qua singularis doctrina extat lib. 1. de tuend. san. cap. penult.) ardorem concipit. Unde igitur(dices)horror & rigor totius? Non omnis intermittens Febris cum horrore: quicquid isti ex aliorum phantasia, non ex propria obseruatione velint ac doceant. Et is cum adeat, non aliunde est, quām ex subito intercepta, vel confestim intro reuocata cordis æstuacione, qua in omnes partes influente, totum calescit. Quomodo

modo autem id, , congesto & accumulato , hac vel illa
venosi generis parte , febrifugo humore , magis aut mi-
nus, vel etiam minime accidat, suo loco, productis etiam
evidentibus exemplis dicemus. Omnino enim opinio
illa Galeni, Chimæra est. Postremò querit, ex vtro gene-
re febrium, plures pereant: pestiferarūne, quas minimus
vel paucus calor comitatur, aut ardantium. Sane ex pri-
ore illo: quia in eo, non solus calor præter naturam, prin-
cipium animale, id est, sp̄iritus absumit, sed etiam adiun-
ctum venenum, ignoto nobis & ineffabili modo (eum si
possint exprimere ipſi, cur non exprimunt?) principium
idem oppugnat. At pestilitatem tamen dicere putredi-
niem, est omnes humorales febres, pestiferas, maiore que-
tantū ac minore pestilitatis modo inter se differentes
affirmare: est certa incertis atq; obscuris inuoluere : est
de niq; malle de re incognita , temere pronunciare ali-
quid, quam prudenter tacere. Dicat iste vicissim nobis:
Si pestis sit putredinis modus quidam, quis tandem ille:
natura putredinis Aristoteleæ , eiusque modus expres-
sus est ; vt sit nimirum secretio humidí principi à fucco,
propter exitum caloris interni, educti ab externo. Quis
aut cuius modi pestis modus Galenicæ verò putredi-
nis , calorem aduenticium cùm humido, mistum occu-
pantem, statuunt isti quidem authorem: sed quomodo
tamen ille misti corruptionem inuehat, explicare (quod
sanè turpisimum illis est) nequeunt. Certè profectò,
quodcunq; effectum aduenticij caloris illius humidí, mi-
stum occupantis, afferant, id ad vnam ex perpessioni-
bus suprà commemoratis referre cogentur. Ad putre-
factionem autem simplicem minime poterunt: Ad quam
ergo: & in qua illarum pestis ratio: Quād ardenter, &
quād

quām humidior calor in verno causone sanguineo, quā in æstiu & biliosa, sed pestifera tamen Febriculaꝝ iam, si causa putrefactionis sit calor, & humor; illic certè maior & ferocior futura hæc : sed nihilominus istic maligniora erunt, maleficentioraꝝ; omnia: & ea quorum ne minimū quidem vestigium illic sit apparitum. Atq; de his, quæ nobis, vt dixi, ab eo quem suprà designauimus, nuper obiecta sunt, haec tenus.

Redeo iam ad te Iouberte doctissime , cuius ego conatus laudauī semper, quia eos iudicio recto, non ad exædificandas, in Arte nostra, factiones, non propter vilius odium, non ad ostentationem selegeris: & malueris per te, vnius aut alterius viri authoritatem , cum summo generis humani commodo, labefactari, quām, vt oblatam à Deo veritatem dißimulando , in tanta rerū ignorance, ac seruīlum ingeniorum stupiditate, Respubli- ca literaria detrimenti aliquid pateretur. Vt bonam propterea spem conceperim, nostrum hoc studium, quo te, id est verè Philosophum, ingenio etiam tui simili, id est, non sui confidente, aut sectarum nouatione tumido, sed liberali tamē, ad veritatis vnius (ita me Deus amet) simplicitatem, iam imitamur , tibi haud ingratum fore, imò etiam magnopere placitum. Id enim mihi, rebusq; meis futurum satis existimo, si illius viri, quem ego esse doctissimum, & iudicem æquissimum iudico, id est tui vnius iudicio probari nostra cùm hæc tūm alia sentiā. Quo etiam factum est , vt huic Disputationi Exordium , Tui clarissimi nominis compellatione, præmittere voluerim.

De cætero placebat nonnullis , vt in Dialogi formam ego quoq; mea hæc ad Erasti imitationem redigere. Et sunt sanè iucundiores Dialogi plebeis ingenij: d cùm

cùm in illis ius sit extraria cōdimenta & pigmenta multa, interuentu nouarum personarum, arcessere: sunt etiam apud eandem imperitam multitudinem vendibiliores, vt & Æsopī fabellæ. Reuera tamen, ornari Rhetoriarum conditurarū fuco, argumenta hæc ē media Physiologia desumpta, negant, contenta doceri: & colloquenteris insulsa plerumq; dubitatio, ac interiecta per cunctatio, dum secum quisque tacitè, quid veri subsit in rebus, quæ legendo occurunt exquirit, ab intenta & quieta illa rationis disquisitione abducit: confessio vero, incautos etiam, à recta iudicandi via seducit. Omnipotens per quām molestum ac tediosum est, in rebus hisce cogitationem liberam, ad vocem atq; interrogationem alterius cohibere. Culta disputandi consuetudo, & celebrata via hæc *παιδική* ab Aristotele quoq;, Ammonij testimonio, ad probabiles tantum inducendas disputationes: altera vero *αυτοπρεσωπος*, & continuata oratio, ad disquirendum de vi ac natura rerum necessarijs argumentis: quæ vim eam habent, vt ad internam orationem admota, hominum etiam voce repugnantium, tacita iudicia cogant. Atq; hæc de Dialogis, qui hoc nomine digni sunt, dicta velim. Nam strigosos alioquin, exsuccosq; istos, omniq; orationis ornamento nudatos, & citrā omnem artem poscendæ ac ponendæ quæstionis, nec non contrā omnes Pœticæ imitationis (cui Dialogum quoq; subiecit Aristoteles) leges, à summis Dialogorum Magistris traditas, factos, compositosq; ne Dialogos quidem dico. Omnipotens igitur Peripatetica illa, vñiformis orationis continuatio, quām etiam in hac disputatione imitari placuit, ingenuo ac liberali Philosopho dignior nobis visa est semper. Sed iam Erastum audire pla-

dire placeat, qui postquam in præfatione ad suum Principem protestatus esset, se id vnum sedulò , ac pro virili conatum semper esse, vt artē Medicinæ à sordibus (quid istorum hominum ingenio , vulgaribus atq; alienis persuasionebus hebetato, in tractatione disciplinarū sordere consueuerit, nosti tu optimè) expurgatam docendo ac scribendo auditoribus traderet: naturā verò putredinis ita iam explicasse; vt de ea nullas amplius superesse dubitationes putet. In epistola ad lectorē hæc habet, pag. 9.

Quin potius vtrum rebus sint consentanea, &c.

Ad quæ cum sequentibus, priusquam dicere aliquid aggrediar, placet contextum integrum capitū i. & 2. lib. 4. Meteor. hīc subſicere: quod vtriusq; verba, ſoepius à nobis in toto progressu diſputationis huius adducenda, perpendenda, explicandaq; fint.

CAPVT I. lib. 4. Meteor.

Quoniam autem elementorum causæ quatuor sunt constitutæ, ex quarum coniugationibus euenit, vt quæ tuor quoq. existerent elementa, duæ illarum efficiendi vim habent, calor & frigus ; duæ verò patiendi, ſiccitas & humor. id quod inductione probatur. Calor enim & frigus, tum ea, quæ eiusdem, tum quæ diuerſi generis sunt, determinare, coniungere, immutare, humectare, exſiccare, dunare, emollire, in omnibus videntur. Humida autem & ſicca, tum ipsa per ſe, tum quæ communiter ex vtriusque concreta ſunt corpora terminari, & alijs, quæ dictæ ſunt, qualitatibus affici.

Constat verò etiam ex definitionibus, quibus eorum naturas definimus. Nam calidum et frigidum veluti efficientia dicimus: siquidem, quod congregare aptum est, efficientis cuiusdam habet rationem. Humidum autem & siccum patibilia. Facile enim et difficile terminari res dicuntur, quod earum natura aliquid perpetiatur. Perspicuum itaque est in alijs efficiendi vim esse, in alijs patiendi. His autem constitutis, efficientium opera sumenda sunt, itemq; patibilium species. Principiò igitur, vniuersim ortus simplex & naturalis mutatio harum facultatum est opus: is præterea qui aduersatur, naturalis interitus. Simplex verò & naturalis ortus ab his facultatibus, cum proportionem habuerint, mutatio est, ex subiecta cuique naturæ materia. Hæ autem sunt facultates patibles iam dictæ. Calor verò & frigus materiam vincendo generant. Cùm autem non vincunt, ex parte quidem, μόλυςις hoc est imperfecta clixatio, & inconcoctio efficitur. Generationis verò simplicis contrarium maxime commune, putredo est. Naturalis enim omnis interitus, ut senectus & ariditas, ad hanc est via. Cæteroruñ nanq; omnium, quæ natura constant, finis est putredo, nisi si quid vi interierit, quippe cum fieri posse, vt & caro, et os, & quiduis aliud exuratur, quorum naturalis interitus finis putredo est. Idcirco humida primū, deinde secca quæ putrescunt, ad extremum reddituntur. Ex

bis enim orta sunt, et humore siccitas determinata est, efficientium operâ. Interitus autem fit, cùm id, quod determinatur, eò quòd determinat superius est, ob id quod ambit. At qui putredo in ijs propriè dicitur, quæ ex parte intereunt, cùm à natura discesserint. Iccirco & cæteri omnia vno igne excepto putrescunt. Nam & terra putreficit, et aqua, et aer: quandoquidem materia ignis hæc sunt omnia. Putredo autem est eius, qui rci cuiusque humidæ proprius est, et naturalis calor, ab alieno calore interitus: hic verò eius est, quod ambit. Quam ob causam, cùm caloris penuria patiatur, idque omne, quod hac facultate destituitur, frigidum sit, efficitur, ut utrumque sit causa, & communis affectio putredo sit, tum frigoris proprii, tum alieni caloris. Ob hanc enim causam, & sicciora fiunt quæcumque putrescunt, & ad extremum terra & sumus. Humor enim naturalis vñà cum proprio calore exhala-
tur: nec iam quicquam adest quod humorē alliciat, cùm naturalis calor sit, qui cum trahendo allicit. Ac frigidis quidem temporibus res minus putrent, quam calidis. Exiguus nanque per hyemem est calor in cō-
tinente aere & aqua. Quare nihil pollet, aestate au-
tem est amplior. Nec id, quod conglaciauit: nam ma-
gis frigidum est, quam aer, calidus, idcirco non vinci-
tur: id autem, quod mouet, vincit. Nec id quod feruet

aut calet; minor enim calor est, qui in aere, quam qui in re. Quapropter non vincit, nec ullam facit mutationem. Eodem modo, quod mouetur & fluit, minus putret, quam quod in motione non est. Nam caloris, qui est in aere, imbecillior fit motus, quam eius, qui in re prius inest, ideo nullam facit mutationem. Eadem quoque causa est, cur id, quod multū est, minus putrefaciat, quam quod paucum. Nam in re ampliori, ignis amplior & frigus inest, ita ut facultates vincat, quae in eo sunt, quod circumstat. Quamobrem et mare per partes diuisum celeriter putreficit, vniuersum autem minimè. Eodemq; modo aliæ aquæ. Putridis etiam in rebus animalia innascuntur, propterea quod, qui naturalis est calor secretus, ea, quæ excreta sunt, cogat. Quid igitur ortus sit, & quid interitus, dictum est.

Caput. 2.

Restat, ut eas, quæ consequuntur, species tradamus, quas eæ, quæ traditæ sunt, facultates ex eorum, quæ naturâ iam constant, subiectis efficiunt. Est autem calor quidem concoctio, concoctionis verò matutatio, elixatio, assatio: frigoris autem inconcoctio, & eius cruditas, οὐλωσίς, id est, imperfecta elixatio, satisurie, id est, imperfecta assatio: nomina autem hæc propriè non dici censendum est. Nam rebus similibus posita, non sunt vniuersæ. Quare eas, quæ dictæ sunt species, non has esse censendum est, sed similes. Quid

aūt, singulæ sint, dicamus. Cōcoctio itaq; perfectio est, à naturali & proprio calore ex oppositis patibilibus. Hæc aūt sunt subiecta rei cuiq; materia: nam, cum cōcocta sunt, perfecta sunt et genita. Ac perfectionis principium à calore proprio proficiscitur, etiamsi exteriori aliquo adiumento compleatur. Cibus enim per balnea, & eius generis alia concoquitur, sed tamen principiū calor est, qui in ipso est. At verò finis aliis natura est, (natura autem, quam vt speciem et essentiam dicimus) aliis in subiectam quandam formam concoctionis finis terminatur, cùm humidum, aut assatum, aut elixum, aut putrefactum, aut quoquo alio modo excalfactum tale, tantumq; euaserit. Nam tum utile est, & concoctum dicimus, veluti mustum, & quæ in tuberculis coeunt, cùm suppuruerint, et lachrymæ, cùm densior materia fuerit oborta, similiter & alia. Omnibus autem, vt sic afficiantur, accidit, cùm materia & humor fuerit ciuitus. Etenim hic est, qui à calore naturali determinatur. Nam dum ratio in ipso inest, natura hoc est. Quocirca & sanitatis signa sunt eiusmodi, & vrinæ, & alui deiectiones, et omnino excrementa. Ac dicuntur concocta, quod à proprio calore vinci humorem indicent. Omnia autem, quæ concoquuntur, crassiori esse, & calidiori necesse est. Nam quod eius modi est, calor corpulentius reddit et crassius, atque siccius. Cōcoctio itaq; hoc est. Inconcoctio autem, imperfectio est,

*ob proprij caloris defectionem: caloris verò defectio
frigus est. Imperfectio autem est oppositorum patibili-
um, quæ natura cuiq; sunt materia. Concoctio itaq;
& inconcoctio hoc modo sint definitæ.*

Adnectere quoque his placuit varias prioris capitinis lectiones: etiam si illæ nihil, aut certe minimū sensu variēnt, vt nihil desit prorsus, quo certū ac syncerum de tota controuersia, citrā omnem hæsitationem facere iudicium Lector possit.

Ἔπει δὲ τέτταρα διώγματα αὐτία, &c. Olympiod. legit. ἐπειδὴ τέτταρα τὰ αὐτία διώγματα &c. τὰ δὲ δύο παθητικάτο ἔχεσθαι &c. Sic habent Basiliens. Venet. cuius exemplar proposuimus, & Alexandri codex. Sed Olympiod. τὰ δὲ δύο διὰ τὸ ἔχεσθαι &c. οὐδὲ μή διωγενῆ &c. Venet. διωγενῆ &c. ἔξι & μφοῖρ σωματοῖρ συνέσκεψε &c. Sic restituendū ex Basili. & Alexandro ἔξι ἀμφοῖρ σῶματα παθετικά &c. τὸ γαρ ὕσπειρ συγκρινόρ ποιητικόρ τι τοῦ &c. Alexand. τὸ γαρ συγκριτικόρ ὅπειρ ποιητικόρ τι τοῦ. malim tamen ὕσπειρ quād ὅπειρ &c. ἀλιτεύωσες ἔγραψεν τοῦ &c. in Venet. & Alexand. illud δύτις non legitur, ή φυσικὴ μεταβολὴ &c. Alexā. & Basil. γέγονος φυσικὴ μεταβολὴ. Olymp. γένεσις νοῆται μεταβολὴ &c. τὸ ἐναντίον μάλιστα &c. illud τὸ Alexan. Olym. Basil non habent. γίνεται πάσηπόμενα &c. Sine articulo legit hæc Olym. τέλος δὲ τῷ ἄλλῳ ἀπάντωρ τάττωρ &c. Alexand. τέλος γαρ τῷ τοῦ τῷ ἄλλῳ ἀπάντωρ &c. idem Basil. & aptius. δταρητατή τοῦ ἑρζοντος τοῦ &c. Olymp. δταρητατή τοῦ &c. στήψις δὲ τοῦ φθορᾶ γαρ ἦν ἐκάστω ὑγρῶ &c. ἐνδεέστε δὲ δημοσίες &c. Basil. & Alex. στήψις δὲ τοῦ φθορᾶ γαρ ἄλλα ταῖα ἔικται &c. Olym. ἄλλα φθορᾶ γαρ ἄλλα ταῖα ἔικται &c. στηνεξατμήτεται &c. Basil. & Alex. συνεξατμήτεται &c. καὶ τὸ σπῶρ, &c. Basil. cum Alex. καὶ τὸ ἐπάξιον &c. ἐμ δὲ τῷ δεξερᾷ πλέον &c. sola Basil. πλέον &c. οὐδὲ ἄλλος θερμότερος &c. Alex. & Basil. οὐδὲ ἄλλος θερμότερος &c. οὐδεὶς κρατεῖ τὰς ἐν τῷ περιεστῶτι &c. illud οὐ in Basil. & Alex. defest. διὰ τὸ τὸ & ποκειριμένην Basil. & Alex. ἀποκρινομένην &c. Nunc agendum cum Erasto: atq; ordine ad singula illius uerba respondendum.

DISPUTATIO DE PUTREDINE.

Authore

SIMONE SIMONIO PHILOSOPHIAE

Medicinæq; Doctore, ac Inuictissimi Potentissi-
miq; Principis ac Domini, D. Stephani I.
Regis Polonorum, &c.
personæ Medico.

P A G I N A 9.

Quin potius vtrum rebus consentanea
sint. &c.

“
“



VID VVLGO SIT AC NOMI Com.
netur Putredo, id quidem vt lateat neminem: I.
Vtrum tamen vulgaris illa notio ea prorsus
sit, quam tu putas, atq; vtrum secundum ean-
dem putredo definiatur cap i. lib. 4. meteor.
id sanè adhuc apud plerosq; in controuersia
est. Non igitur ea, quæ profers tu, vel po-
tius ante te protulere alij (vt ordine deinceps suo loco indicabimus)
vtrum rebus, sed vtrum Aristotelis menti sint, vel non sint conser-
tanea, primum attendere debemus. Hoc enim illud est, quod ab ali-
is dictum sapè, atq; inculcatum fuit hactenus: aliam nempe lib. 4.
meteor. definiri atq; explicari putredinem, præter vulgarem illam,
quam putredinis nomine, Autor illius libri, eo in loco, minus dignam
censere rideatur: à Galeno verò, ruram ab alia non discerni: postre-
mò, in humoribus febrisficiis, pestiferis, suppuratis, urinæ sedimento,

e

priorem

priorem illam nullo modo , alteram autem vulgarem, non eo quo is
vult, habere locum. Vbi demum, num verba rebus consentiant , vi-
dendum est. In primis dico, h̄ic habenda nominis , atq; ipsius rei no-
tionis ratio, non tuo, vel meo, de quo constat, sed Aristotelis arbitrio,
quod incertum atq; obscurum est, & dubitationi causam dedit: de-
inde vero, etiam Galeni: ut cognoscamus videlicet, num eadem huius
que illius, in re eadem, mens & sententia fuerit. Tum demum viden-
dum, quatenus rebus ipsis, febriflico inquam humor, pestifero, sup-
purato, &c, apte posse r̄tiusq; sensus accommodari.

IBID.

” Ad Aristotelem quod attinet, nihil adfirma-
re vereor, &c.

Com. Securè nimium h̄ic agis. Pro rato enim accipis id , quod pro-
2. bandum prius tibi fuit, vt in collatione locorum, quam videoas plae-
rumq; temerè ab ipsis, & citra ullum discrimen institui, iudicio ipse
minus errares: id est, ne, quod ad interpretationem loci rnius hinc
inde accumulas ex alijs, id ab eodem dictum , quod ex alius tamen
ore profectum sit, opinando, decipereris. Atq; hoc non frustra, in
isto nostræ disputationis exordio, fuisse tibi obiectum, suo deinde lo-
co intelligetur.

PAG. II. 12.

” Quod videlicet à recepta omnium expo-
” sitorum Aristotelis sententia discedere
” audeam, &c.

Com. Discedere à sententia & expitorum , & Aristotelis, & sua
3. ipsius quoque, si opus sit, vt pro veritate stes, atq; ibi potissimum,
rbi de cutis humana salute non prorsus nihil agitur, neque impu-
dentis

dentis et arrogantis, neque ambitione infantientis est: sed boni viri, sed philosophi. Hoc enim demum est philosophari: οὐθῶς δὲ ἔχει, νοέται τὸ καλέσω τὸν φιλοσοφίαρχόν τοι μεταξύ τοῦτον λαζαρίας θεωρητικόν. lib. 2.
Metaphys. cap. 1. Illud autem rhetoriciari: cùm ad huius vel illius nutum atque opinionem disputamus aliquid: πρός μεν οὖν φιλοσοφίαρχον κατ' αλιθεαρχίαν περὶ τούτων περγματικόν εἰσερχομένον δέ τριστόν σόξαν. 1. *Topi cap. 11.* Hoc inquam στοιχον, νοίκης προστιμᾶρχον μαλάθεαρχον viciōsum autem polliceri atque affirmare, te nihil eorum dicteturum, quae ab alijs recepta sint hac tenuis, adeoque naturam putredinis ita explicaturum, ut dubitationes de illa nulle, aut per paucæ, ex quo non magni momenti super futuræ sint: si id re ipsa non pretest, sed rei veritatem potius implices magis, atque infusces, et nihil in rniuersum dicas, quod non ab alijs expōsitoribus Aristotelis eadem de re iam pridem dictum sit, id inquam minus videtur esse laudabile. Quantū autem in tota disputatione hac, de tuo attuleris, et cuiusmodi id sit, planum deinde suis locis fiet,

IBIDEM.

Plurimas & obscurissimas in Philosophia &c. "

Cuiusmodi hæ sint questio[n]es, quantumque habeant obscuritatis, etiam apud mediocriter eruditos, tum cognoscemus, cùm illas spudast suo proponet, et magno scilicet cùm sudore enodabit. Erasmus. Com. 4.

PAG. 12. & 13.

Nomine Putredinis nihil est visitatius, ipsa autem re, nihil videtur ignotius. Et quod idiotis notissimum est, id docti sciunt simul ac nesciunt.

"

"

"

"

Verum est, nihil esse putredinis nomine visitatius: sed ipsa re, si nihil sit

e ij

hil sit

Cō. 5.

hil sit ignotius , cur idiotarum ac plebeiorum iudicium , ad rem in
 Philosophia obscuram , apud sapientes illustrandam pro axiomate
 accipis? Et si docti simul sciunt & nesciunt, quid putredo sit, idiotæ
 verò nihil sit hoc ipso notius; quomodo nihil fuerit putredine ignoti-
 us? Nam scire simul & nescire aliquid , non est omnino nescire, de
 quo post. Poma, nuces, castaneas, caseum, triticum, putria dicat ru-
 sticus , & præter hunc , qui rusticum iudicium imitetur, scholasti-
 cus: an propterea idiotis adeò notum est, quid sit putre, ut eorum re-
 spectu docti id simul sciant, ac nesciant? Non omnium, quæ vel natu-
 ra vel studio, Rusticus ille tuus , putria dicit, eadem est conditionis
 ratio, ut liquidò apparebit postea: quomodo igitur perfectè tenere
 dicitur id, quod ab alio, ne vel appellatione quidem, nedum natura
 discernere nouit? Deinde, cuius modi obsecro Philosophia hæc est?
 Doctos propterea idem simul scire, ac nescire, quia cùm secum sunt,
 Idiotarum modo loquantur: cùm verò de ipsa re disputant, nec veri-
 tati consona, neq; alijs consentientia dicant? Docti aliquando , ut in
 foro, quia nihil tum intersit, cùm vulgo loquuntur: alias autem, cùm
 in sapientiæ schola versantur, & de rebus agunt, earumq; naturam
 minutim expendunt, sentiunt cum paucis, & scribunt sapientibus, ut
 est In lib 2. Topic. cap. 2. scriptum. Legem, multitudinis opinione de-
 finit Aristoteles: Sapientes verò, quod in rei natura positum est, &
 veritatem sequi, pronunciat cap. 12. Elench. & iure: id enim in quaq;
 re secundum naturam est, quod cum ijs consentit, qui iudicio valent.
 Quare in contemplatione veri, non Rustici, sed sapientis iudicium pro
 Nature regula debet haberi: ut in saporibus pro dulci , quod tale
 videtur homini, qui gustus sensum obtinuerit integrū. Id quod etiam
 Cratylus in Platone tibi pluribus dicet. Exempla , ne in progressu
 disputationis actum denuò agere cogamur, subiiciemus aliquot infra
 suo loco. Interea reuocabimus hic iudices ad Galenum ipsum, qui in
 lib. de Comate cap 1. Hippocratis exemplo docet: Sapienti licere,
 nomen ad aliam rem ab alijs traductum, suo quodam ac diuerso ab
 illis

illis modo usurpare. Præterquam, quod nondum monstrauit Eraſtus, nomen putredinis ex rustica & plebeia significatione potius, ad aliquid aliud peculiariter indicandum ab Aristotele fuisse translatum, quam ex sapientie schola, in qua primum fuerit cusum, temere ab idiotis acceptum, atq; ad aliud incertum quid designandum, longo, ut sit, abuso fuisse detortum. Qua igitur conscientia potuit, in cause huīus cognitione Idiotarū opinionem, de qua semper & apud omnes constituit, cum iudicio sapientum conferre? Postremò vitium illud, quo nonnunquam laborant ij, qui scire se aliquid opinantur, cum scilicet aliquid idem vna sciunt ac nesciunt, aliquoties reprehenditur ab Aristotele, ut 4. Metaph. cap. 5. Quo autem modo id accidere consueuerit, exponitur ab eodem lib. 1. poster. analyt. cap. 1. & lib. 2. prior. analyt. cap. 21. Vnus est modus, cum aliquid uno duntaxat medio conclusum nouimus, quod à pluribus tamen, vel eiusdem, vel diuersæ coniugationis pendet. Alter, cum discimus aliquid, quod iam anteā quidem prænoueramus, non eodem modo tamen. Verbi gratia: nouit aliquis frigida omnia vim ad inducendum somnum habere, laetucam tamen aut papauer eius generis esse nesciens: si quando igitur id de horum alterutro nouerit, discet id, quod quadam tenus præsciuerat, id est, sciebat ac nesciebat. Quod enim de toto genere, idem de qualibet etiam parte sciebat: sed non distinctè tamen ac definite. Alij etiam quidam modi sunt, quibus opinando fallimur, ab eodem Philosopho descripti, quos in praesentia explicare non est necesse. At nullus risquam tamen, in toto illius Philosophia extat huiusmodi, cuiusmodi noster hic somniat. Sapientes inquam appellant ac definient in scholis putredinem, quam de nomine ac de facie norunt optimè: Idem rapas à Rustico tuo cōemendas, vulgari ac rustica lingua putridas dicunt, quas tamen alia quadā affectione, quam à se appellata putredine, vitiatas sciunt. Est ne hoc scire idem simul ac nescire? Re autem vera Eraſtum ipsum, hoc ipso pede claudicare multoties, atq; in hanc ipsam foueam, quam alijs obijcit, incidere, liquido apparet postea.

PAG. 13.

- ” In causa nihil aliud magis esse reor, quām
- ” quod non tam spectant, quæ sit rei natu-
- ” ra, quām quid Aristoteles senserit &c.

Com. Gal. in Thrasyb. cap. 31. nos admonet, ut verborum significatio-
 6. nes ab ijs requiramus, qui eorum fuere autores: igitur in dispu-
 tatione de putredine, cùm dico, cognoscere volumus, utrum illa in fe-
 brificis humoribus locum habeat ullum, siquidem Galenus, ut au-
 diemus, ad Aristoteleam putredinem nos reuocat; non tam quid
 ipsares, quām quid Aristoteles de ipsa re senserit, spectandum esse
 videtur. Et qui aliter hīc progreditur, nō nisi lites querit, atq; An-
 dabatarum more, id est, secum ipse pugnat. Circa hoc inquam totius
 Questionis cardo vertitur, ut sciamus primum, cuiusmodi sit affec-
 tio illa, quæ ab Aristotele appellatur putredo, & sub appellatione
 putredinis lib. 4. meteor. cap. 1. definitur: deinde, utrum hec ipsa, in
 febrificis humoribus, suppurationibus, vrina sedimētis, fæcibus alii,
 atq; alijs istiusmodi locum habeat, ut Galenus censuit: postremo,
 qualis affectio sit, putredo illa vulgaris, rustica, plebeia, quam eti-
 am isti Aristoteleam esse, præconcepta potius opinione quadam, atq;
 ad vulgarium & plebeiorum medicorum, qui in erroribus istis &
 ipsi consenuerē, & alios quoq; consenserē cuperent, auram captan-
 dam, quām recta & solida vlla demonstratione, ad artem miser-
 rimè imposturis istiusmodi ac sordibus inquinatam, deformatam-
 que, serio ac sedulo expurgandam & reformandā, vbiq; dielitiant.
 Nihil enim propè vquam, aut inquam in tota medicinæ arte occur-
 rit, quod isti sua putredine nō inquinent: quicquid queras, de qua cūq;
 re differas, vna putredinis vocula in prōptu semper adest, quæ soluit
 ac diluit omnia. Nusquam non adest putredo a putredine hoc: propter
 putredinem illud: ut verendū etiam sit, ne cælū ipsum aliquando pu-
 tre videatur illis.

PAG.

PAG. EADEM.

Quod interpretes magis ad expositores &c. „

Verum est: genuina Aristotelis sententia, ex Aristotelis ver. Com.
bis erudienda. Nullus enim fidelior interpretus eius, quam ipsem et sui. 7.
Atq; hoc in interpretandis aliorum scriptis, qui primum non agit, is
nihil agit: Sed in re controversa tamen, ubi in promptu non est, quid
ex autoris ore dicas aut sentias, & coniecturis est opus, ut scopum
attinges, aliorum quoq; iudicia esse in subsidium adhibenda, vel ex-
emplo suo toties monstrauit Galenus, ut loca indicare minimè opus
sit: atq; id qui negligit, aut superbo ingenio est, cui nimium fudit, aut
stupido, qui boni ac fidi interpretis partes quæ sint, adhuc ignorat.

PAG. EADEM.

Aristotelem obseruatorem summum fuisse „,
vsus loquendi &c. „

Quid opus est de iure, id est, de caprinis lanis disputatione, ubi de
facto constat? Arist. in 4. meteor. cap. i. Putredinem definit illam,
qua est mixti naturalis corruptio secundum totum, ut deinceps vi-
debimus alteram illam particularem, dici quidem putredinem atq;
haberi vulgo, non inficiatur, peculiari & singulari quadam signifi-
catione, quam tamen ipse non ad putredinem, sed ad aliam affectio-
nem ducat, esse referendam. Non igitur ad usum pro alieno, id est,
rusticorum arbitrio, sed ad proprietatem loquendi, suo usus iudicio,
se accommodauit. Ecquid obsecro, aut cuiusmodi est illud, quod ex
lib. i. Phys. cap. 7. alleges? Ut discrimen inter subiectum & priua-
tionem aperiret nobis Aristoteles, communem primum loquendi
consuetudinem consulit, deinde vero ipsam rei naturam. Docet igit-
tur, in ijs quæ non remanent, cum ex hoc, tum etiam hoc fieri illud,
ut ex non musicō, musicū, & non musicū fieri musicū: in per-
manentibus

manentibus verò, altero tantum modo: ut hominem fieri musicum,
 vulgo dici consueuisse. Esto: sed an propterea recte & propriè totum illud dici affirmat Aristoteles? Ecquid illud EX vulgo est aliud, quam POST? Philosophus tamen integrum sibi delectum significationis alius requirit, quæ præpositioni EX quadraret magis. Ex hoc fieri hoc, ut ex materia, quoties dixit, repetit, inculcauit? Et quæ alia particula est, quæ notionem materiæ ac subiecti exprimat significantius apud Philosophos, si non apud rusticos, hac ipsa? Loca si requiras, tot sunt in Aristotele, ut ea certo comprehendendi numero vix queant. Vnicum caput 24. lib. 5. metaphys. tibi pro omnibus fuerit satis. Auerröes autem quid ibi? Particula EX, cum significat materiam, propriè usurpatur: cum verò POST, translatitic. Quocunq; igitur h̄c se vertat Eraſtus, intelliget, non multum cause suæ fauere fruolam rhetoricationem hanc, in qua tamen proram ferè & puppim suæ disputationis esse fitam voluit. Quid verò lib. 1. de cœlo cap. 1? duo ambo, & duos ambos, inquit Aristoteles, vel utrumq; dicere nos tanquam à natura instituti, nō omnia, aut omnes, consueuimus: cum hoc nomen omnia, vel omne, ad tres vel tria primum accommodetur. Dij bene faciant Græcæ nationi, quæ sola existimari, ternarij numeri vim ac perfectionem vocula ista omnes vel omnia exprimi debere. Nam Itali dicunt, tutti due, Germani alle beyde/ Galli tout deux: an hi propterea in foro Naturæ crimini leſe maiestatis rei declarabuntur, qui voculam Omnis ad duos vel ad duo primum accommodent? Atq; ut vox omne, siue Totum perfectionem denotet: non omnia tamen ternario numero perficiuntur, ut lib. 2. de part. anim. cap. 1. tacitè significatur nobis verbis illis, καθάπερ ἐπὶ πολλῷ συντονίᾳ. Quid igitur, si quedam binario perficiantur, ut animal corpore & anima, compositum materia & forma, Mens intelligentia & sentientia, sensus cognitione & appetitu: an non in illis totum et omne licebit usurpare? Levia & tenuia haec esse, dicet quis? sed leuius ac tenuibus Eraſti speculatiunculis,

unculus: nihil grauius aut solidius opponi decuit. Sed adeunda iam mysteria capit is 3. 4. 7. lib. 1. de ortu atq; inter. Ortum (substantiarum dico, vt Philoponus quoq; recte censet) nonnunquam Simplicem, alias Quendam dici, secundum consuetudinem testatur Aristoteles. Quendam autem tribus modis: nimirum cum vel terminus ad quem, aliquid est, quod respectu alterius minorem habeat cum forma cognitionem, & omnino proprius materie sit: vel deteriorius ac rilius quipiam, & patiendi potius quam agendi vi preeditum: vel deniq; minus incurrens in sensum. Ex quibus cognosci potest, Aristotelem hoc loco id ex veterum schola protulisse, quod alibi reiecerat à sua: siquidem omnem substantię ortum, simpliciter ortum, accidentium verò duntaxat non simpliciter, sed quendam ortum dicebat ipse consuevit. Philoponus verò quid ibi? Tertiam differentiam ortus non simplicis ex vulgi opinione, non ex rei veritate natam: num igitur & ab ea quoq; nusquam discedere Aristoteli licuit? Immo verò, quid ipsum Aristoteles? συμβαίνει δὲ κατὰ θόξην, ηγάντας ἀληθεῖαν, ἀλλούς νοεῖτο γίνεσθαι πέπλως, νοεῖτο φθείρεσθαι. Potuit expressius dicere, vulgo aliter sonare voces illas, quam sapienti? Alias in citatis locis idem autor concludit, etiam quotidiani sermonis vñi, simplicem à non simplici ortu distingui, cum fieri aliquid citra adiectionem, quod est simpliciter fieri (V. G. cum dico fieri hominem) & non sine adiectione, quod est non simpliciter fieri (vt cum Socratem fieri politicum) solemus enunciare: at idem tamen Aristoteles quotidiani sermonis vñsum istum negligit, cum & aës statuam, & semen animal, viciſſim autem musicum, aut eruditum fieri, simpliciter pronunciat. Quo etiam pertinet id, quod ex cap. 4. eiusdem lib. 1. de Ort. & Inter. producitur. Ortum docet ibi Aristoteles, vulgato loquendi more ab alteratione discerni: recte: sed Aristoteles à communi ista omnium hominum notione, loquendis consuetudine discedit aliquando, alterationem cum ortu confundens, ut testatur Averroës cum alibi, tñm 1. de Phys. aſcult. com. 23. & 2.

eiusdem tractationis com. 1. nec non 5. com. 15. & 6. com. 32. quod item obseruauerat antea Themistius lib. priore de Phys. auscult. context. 63. In cap. etiam 7. quod producit Eразtus, quicquid est, eiusdem farinæ est. Ut mirari satis nequeam, non quidem à medico, in quo id tolerari facilius poterat, sed ab eo, qui de Physiologica definitione, apud Physiologicos, secus quam ab alijs factum sit, disputaturum se professus est, tam ieiunum, exsuccum, & enerue exordium suæ disputationis fuisse huc inductum. Ergo ut par pari Eразtus habeat, quod cum mordeat, obijcimus ricißim illi hæc, quæ nunc ex tam multis nobis succurrunt. In Schola sapientæ tenet Aristoteles generationem non esse motum: quia forma est indivisibilis: Alibi tamen ex r̄su loquendi, vocabulum Generationis accipit, ad totum illum tractum significandum, qui inter primum initium preparationis, que fit ab accidentibus, & momentaneam formæ introductionem interest. Partem ciuitatis appellat vulgus omne id, sine quo ciuitas comedere esse nequit: Aristoteles tamen hoc idem nomen, peculiari alia quadam significatione accipit 7. polit. cap. 8. περὶ τοῦ vulgus dicere consuevit, actionem omnem, post quam nullum relinquitur superstes opus: secundum quam etiam significationem definit Aristoteles eam lib. 6. Nicom. alibi tamen suum secutus genium, ut doctrinam de moribus, à quibusdam alijs artibus exquisitus discerneret, idem vocabulum accipit aliter. Honoris vox Philosopho bonam opinionem de virtutibus ac meritis alicuius animo conceptam, vulgo autem istius bone opinionis indicium, vel potius effectum designat. Voluptatem ac dolorem quoties cum Rusticis tuis ωθη nominat? alias tamen hanc appellationem repudiat, quia non ωθη, sed τῷ πρῶτῳ principia utraq; sint. Dialecticam ferè tota antiquitas dixit, uniuersam differendi artem: Aristoteles peculiarem illius partem sub hoc nomine definiuit. Locum vulgaris mens non capit alium, quam spaciū illud, quo continetur corpus, ut post Philoponum Simplicius quoq; adnotauit: Aristoteles verò non id, sed superficiem continentis

continentis pro loco agnoscit. Genus apud Dialecticos aliud, aliud apud plebem significat. Oleum frigore concrescere vulgus dicitat, Aristoteles incrassari dicit, concrescere negat. Mori animal vulgus pronunciat: Aristoteles, mortem alicubi putredinem appellavit, ut suo indicabitur loco. Alimenti coctio vulgo στήνις erat, an etiam debuit esse Aristoteli? Calcacere vulgo est frigus arcere, sapienti est augere calorem. Vina putrida nonnunquam vocat vulgus: quæ tamen verè non sunt; atq; illud pronunciauit Gal. 2. de fac. Simpl. cap. 22. & 24. hoc verò etiam Erastus pag. 34. μόλυβοις alia sapienti in schola, alia coco in culina. Canescens pilum putrescere nusquam plebs dicit: Philosophus dicit. Qui senescit, putrescit huic: illi non de quo postea. Ut affirmare ausim, ne quisquilijs istiusmodi colligidit, teram frustra tempus, nullum esse ex Aristotelis interpretibus, qui multoties testatus non fuerit: Philosophum vocibus, quæ alias vulgo ad aliquid significandum usurpantur, tanquam suo quodam proprio iure, nulla prorsus adiecta excusatione, peculiari quadam notione vti solere. Ut vel hinc constet, Erastum non nisi perfunctorie, atq; vt dicitur, pro necessitate, Aristotelis & interpretum ipsius scripta euoluere solitum.

P A G. E A D E M.

Quis ergò putabit, eum híc à communi omnium hominum notione, loquendiq; more discessisse.

"
"
"

Eraſtus etiam ipſe putabit, qui pag. 15. vt ridebimus, Ari- Com. ſtotelem dicit vocabulo στήνω: abuſum fuisse. Nos autem non abuſum dicimus, ſed ruiſum iudicio ſuo, vt abuſum vulgarem libertate Philoſophica tacitè corrigeret atq; emendaret. Et id quidem iure. Nam vulgus ea pronunciat, quæ nouit ex ruiſu: de aliorum appellatio- ne ſolliciti ſunt artifices, quod Alex. etiam docuit lib. 1. prior. anal.

9.

f y

ad

ad cap. I. Porro ad Idiotarum & plebis iudicium nonnunquam recurrere alia consuevit etiam Galenus ipse, sed ibi duntaxat, ubi sensuum testimonio, non autem ratiocinationis fide opus est: ut ex lib. I. de fac. simpl. cap. 19. cognoscere spudastus poterit.

PAG. EADEM.

- „ Vis me credere, Aristotelem nominibus
- „ σιων, usum fuisse, ut vulgus iisdem vti-
- „ tur? Er. Omnid.

Com. Nequaquam hic: etiam si alibi vulgarem loquendi usum, ut in.
IO. Synopsi diximus, imitatus sit.

PAG. 14.

- „ Aristotelem propriè locutum, nullus faci-
lè negabit.

Com. Noua Rheticatio. Quid tibi est propriè loqui?

II.

IBID.

- „ Propriè autem loquitur, qui obseruat καμε=
- „ υκη ὀνοματαια: hæc seruatur, quando nomi-
nibus sic utimur, quomodo vulgus eis
vtitur.

Com. Nego hoc: Quid enim si (quod plerumq; fieri recte adnotauit

12. Madius) vulgaria nomina neq; aptè, neq; significanter exprimant
rei naturam, cui sunt indita? Atq; aliud esse hoc, aliud οἰκεῖως lo-
qui apud Aristotelem in Rhetor. affirmo. Proprium ac suū cuius-
que rei vocabulum, estimat Rheticus populari sensu: hic vero, quia
non assurgit altius, suum vel οἰκεῖον pronunciat cuiusq; rei vocabu-
lum,

lum, quod iam r̄su receptum est: idcirco illi iuris idem atque
 nūriop. Quid rērō hoc? quod ἐξινησ opponitur, id est ei, quod
 non r̄surpat tota quedam natio, & quod translatum est, & quod
 nuper impositum, & quod mutatum. Igitur nūriop est, quod apud
 omnes eiusdem gentis communiter r̄surpatur, primarium, antiquū,
 integrum, non autem quod naturæ cuiusq; rei exprimendæ accom-
 modatum est, ut hoc nomen in Poëtic. non plus designet, quam quod
 εἰωδεῖς: quod Aristoteles expressè declarat verbis illis, διὰ τὸν
 οὐκ τὸν ἀλλα τὸν ἔχειν, οὐκ τὸν κύριον, πασὰ τὸν εἰωδίς γιγνόμενον &c.
 Verum quid hæc ad Philosophum, qui nec res ipsas ad vulgi opinio-
 nem edisserens, nec orationem ad eiusdem linguam accommodans,
 sed rectâ, ut inquit Themistius, ad veritatem viam tendens, suum &
 εἰωδεῖς cuiusq; rei nomē vocat, quod illius naturæ aptè quadrat? Rhe-
 torem inquam ibi informat Aristoteles, non Philosophum. Quid per-
 tinet illa, φανερόν, διτ, οὐχ ὁ τελεῖα δσα ω. Εἰ λεξεως ἐσιμέτωπη
 ἀκριβεῖα λογιτεῖον ἡμέρ, ἀλλα δσα ω εἰ τοιαντες σίας λέγομεν: nam
 aliás dixerat antea, διὰ δυσέιρε δσα ω νεωμετέρην διδάσκει: quasi
 nimirum Philosophus illiusmodi vocaminum legibus minime sit di-
 strictus. Huic enim non ex nominibus res discendas atq; inuestigan-
 das, sed ex seipsis docuerat Plato Vulgi alia conditio: quod in re-
 rum naturam, rustica suæ mentis acie minime permeans, ex verbis
 res, cognoscere cogitur. Quid enim, inquit in Cratilo, si qui primus
 imposuit, οὐκ ὁ γένετο, οὐτο δέ, διτ κύριος euenietne aliud no-
 bis, quam r̄fallamur? Docet idem, non cuiuslibet hominis esse nomi-
 na imponere: Noster hic tamen, id solum pro legitimo vocamine vi-
 detur agnoscere, quod rusticus, communisq; loquendi consuetudo re-
 cepit semel. De qua tamen hæc pronunciat diuinus Philosophus,
 οὐ δέ αὕτα ὁ Ερμογενεὺς οὐ τό δινικτήρετες, φαντασίαν ἀνθεώρη δυσέ-
 τωρ επωτίσιν γράψωρ. Multa esse casu induita, quorum nullasit habenda
 ratio, quedam falsò excogitata, recepta tamen r̄su, expressè idem
 profitetur. Erasmus tamen, rusticam & nūlgarem linguam, cui eti-

am se plerūq; extra Scholam accommodare soliti sunt sapientes, perpetuam ac sempiternam loquendire regulam constituit, Philosophumq; etiam, in sua gestu suæ maiestatis collocatum, imperitæ multitudinis, quo ad nominum r̄sum per omnia mancipium facit. Hoc primum est, in quo deceptus Erastus. Alterum: ad orationem apertam quidem, sed plebeiam, humilem, rusticam faciunt cīnēa nomina: ad magnificam autem evincunt: dum tamen in his r̄surpandis seruetur modus. 3. Rhetor. cap. 2. Non igitur etiam lege Aristotelea ita alligamur vulgaribus, ut aliis r̄ti non deceat, nec liceat r̄quam. Tertio: ne orator quidem, semper ex communi loquendi consuetudine feligere voces debet, sed ubi afficere velit auditores, hospitē etiam & peregrinam orationem habeat necesse est: Erastus tamen quasi vinculis iniecit Philosophum etiam ipsum de Philosophia, id est, de rebus vulgo ignotis, atq; à populari sensu abhorrentibus differenter, iubet arripere verba de medio foro, & adhibere prius in consilium rusticos, cum nucibus & rapiis suis, quam ὀνοματωσιαὶ fibi arroget. Contra quam Tyrannidem & Cicero lib. 3. de finib. honor. ac mal. suam pronunciauit sententiam, & Petrus Bembus in lib. de Reg. Ital. ling. disputauit egregie. Iterum igitur nego Eraste: propriè, id est, aptè & significanter loqui esse id, quod 2. Topic. cap. 1. dicitur Τὴν κειμένην ὀνομασίαν seruare, cum hæc plerumq; minus exprimende rei sit apta. Atq; Aristoteles allegato loco, questionis quidem vitium testatur esse, cum discedimus à verbis, quæ sunt imposita rebus: sed id ita explicat, ut intelligi velit, cum longissime abscedimus ab r̄sita significacione, ut si quis pallida, atq; exangua negotia cum Georgia diceret 3. Rhet. cap. 3. Quæ breuiter attigisse placuit, non quia velimus penes quenq; aut etiam penes ipsum sapientem, ubiq; esse, mutare nomina, & non necessariis vocibus Philosophiam onerare, quod Chrysippo Plutarchus exprobavit lib. de virt. mor. vel aureolis istis cuculis, ad fucum imperitæ multitudini faciendum, & quiduis pro arbitrio innovandum, hoc modo aperire festrām:

neſtram : ſed quia cognosci à Spudasto cupimus, ad fidem, noue, ut Eraſtus appellat (nam ea de re riederimus poſtea) opinioni de Pu-tredine conciliandam, tenuem & miſeram hanc onomaſticam Rhetorizationem, nullum proſuſ habere momentum. Repetam paucis: neq; in Rhetor. neq; in Poét. κύριος, vel λικέως aliud ſignificat, quām quod paſſim omnes eiusdem nationis ad rem ſignificantam uſur-pant: aliās enim translata etiam nomina, propria non dicerentur: dicuntur tamen, ſed ωνας τὸ ἐιωθός: quia videlicet quicquid pro-po-nit, aut profert Rhetor, id non ſuapte natura vim habeat, ſed ex hominum opinione pendatur: ἀλλὰ παντα φαντασία ταῦτα ζῆι, νεὶ πρέπει τὸν ἀκροατὴν. Atq; hæc proprietas vocamus ad perſpicuita-tem quidem orationis, ſed popularis, non autem Philosophicæ, mu-ltuſ valet, cum alioquin ad magnificientiam atq; ornatum non κύριος vel δικαιος, ſed peregrina ſint uſurpanda, que etiam reddere ſuo mo-do perſpicuum orationem afferit Aristoteles. Subiicit Eraſtus: γλῶττα, quam peculiariiter ibi opponit Aristoteles τὸ κυρῖον, ſigni-ficare voce, qua extera vtuntur nationes, aut que in alieno ſigni-ficato ponitur, ut ſi hominem quis appellet platanum, vel panes la-pides. Ad hæc nos: pimum, illud exemplum de platano, non ē Rhetor. vel Poét. ſed ex 2. Top. cap. i. huc afferri: (id autem quo pertineat, ſubiiciam paulo poſt) deinde non bene ac perfectè explica-re Eraſtum, quid γλῶττα ſit. Videtur enim primum vox hæc angu-ſtinus, deinde latius definiri ab Aristotele: ſiquidem ſcribit is, pri-mūm γλῶττα eſſe nomen, quod cum vniuſ gentis proprium ſit, id eſt, quo, cum omnes vniuſ gentis homines paſſim ad vnum aliquid iudicandum vtantur, tranſeretur deinde ad aliam gentem, apud quam tamen in communū uſu minimē habeatur. Ideoq; nomen ali-quot vnum γλῶττα idemq; κύριος eſſe poſſe, ut τοιε αὐτοῖς dicitur. De-inde addit, proprietatem της γλῶττας in duobus ſpectari: primum in varietate ipſa vocamus tantum, ſic σύγχυνος Cypriorum Idio-matis propriam eſſe voce, ſignificantem iaculi genus, quod Attici alio

alio vocamine nominassent V. G. ἀκόντιον: his itaq; vocem quidem
 hanc propriam, sed illam γλῶτταν: Secundò in varietate non vocis,
 sed significationis: Sic εἰδος nomen Cretensibus proprium τὸ ὡρό-
 σωπόν designare: apud alios autem vniuersam corporaturam εἰδος
 igitur secundum vnam significationem γλῶτταν vni genti, alijs κύριον
 συνυμα futurum: sed εἰς in hac significationis varietate discrimen
 obseruari aliud. Verba enim, quædam eiusdem soni, earundemque
 prorsus literarum extare, quæ cum duplē obtinuerint, etiam
 apud homines eiusdem nationis, significationem, vna tamen eorum
 obscurior, altera vulgatior ac notior est: exemplo verbi οὐρανός, quod
 apud eosdem, cum Mulos designat, tum custodes: sed hoc tamen
 vulgata minus, minusq; cognita notione: secundum hanc itaq; voca-
 bulum illud pro γλῶτταν futurum apud eos, qui etiamsi eiusdem
 sint gentis, nihilominus communiore ac vulgatiore notione illud acci-
 pere consueverunt. Quin imò metaphoricum etiam nomen, sed longissime
 tamen à re significata ductum, in eadem gente, atq; apud
 eosdem gentis homines, γλῶτταν rocat Aristoteles, exemplo addu-
 cito verbi θοντάντι, id est, epulatur, pro visitato ac recepto à medi-
 cis eiusdem gentis εἰδεί, quod est exedit: nam εἰς hīc excessus info-
 lens τὴς γλῶττας habet. Quæ cum ita se habeant, quam rectè defi-
 niuit Erastus γλῶτταν vocabulum, quo exteræ vtuntur nationes?
 Quemadmodum enim, non si quid ab exteris nationibus usurpetur,
 id statim constituit γλῶτταν, sic non si quid proprium nationis vnius
 tantum sit, id illico κύριον est. Iam vero (ut de exemplis allatis di-
 camus) longissimè ductas metaphoras vitandas quidem docuit
 Aristoteles, ut si pro pane lapidem, aut pro homine platanum di-
 cerem: sed nihilominus idem Philosophus metaphorica vocabula(ut
 diximus) ad perspicuitatem orationis facere, nec non ad eiusdem
 iucunditatem testatur: quo nomine etiam dandam esse illis maio-
 rem censem operam, quia iucundis facile discere atq; erudiri consue-
 uerimus. Quād facit ad orationis perspicuitatem τὸ κύριον, tām ad
 eiusdem

eiusdem magnificentiam pertinet, mutatio τοιδιωτικης, & usus των
 ξενων: Vtrumq; autem Poeticae orationi inesse vult Aristoteles,
 tragicæ inquam Dithiramicæ, heroicæ. Nam Comicum maxime de-
 cet τοιδιωτικην, καὶ ταπεινην: & aliorum quorundam Poematum
 τοιδιωτικην leue vicium est. Ut hinc etiam intelligat Eraſtus, sub-
 fidia ista ex poetis illis, annotamentis potius, quam iustis commen-
 tariis à se petita, adeò esse infirma, ut in causa huiusmodi nusquam
 consistere possint. Et sane causa cecidit Eraſtus, si tantum Philo-
 sopho in schola sapientiae concedat, quantum Aristoteles allegatis
 locis, Rhetori in foro, Poete in theatro, quorum tamē orationem
 εν των νυσιον νολοικειων constare vult, concessisse videtur. Hac &
 tot, quasi subsultim delibare, hac de tota nominum tractatione Ar-
 istotelea nunc libuit: vt monstraremus, Eraſtum neq; ad causam
 aptè, neq; extra causam rectè de nominum usu Rhetoricatum fuisse.
 Potissimum vero ignorasse, quo genere vocabulorum continetur
 εκθητις, cum apud rusticos sua quadam, & apud Philosophos item,
 neq; accentu, neq; literis, neq; sono, mutata sua significatione usur-
 patur, qui platani & hominis, panis ac lapidis exemplum hic ad-
 duxit. Si volet, ab ouo (vt dicitur) ad mala usq;, ordinè alias ex-
 ponemus atq; enarrabimus illi, totam ea de re doctrinam Aristote-
 telis, vt intelligat, didicisse nos longè prius Aristoteleæ voluntati,
 atq; adeò ipsius Naturæ genio conuenienter de usu & abusu voca-
 minum, Rhetoris in foro, Poete in theatro, Dialectici in congressi-
 bus, Philosophi in schola sapientiae differere: quam spudasticas suas
 huiusmodi speculatiunculas legeremus. Quanquam denū protestari
 placeat, hec esse πάρεξγα, que ad presentem disputationem perti-
 neant iubil: cum Aristoteles, vt denū reperio, adductis locis, non
 Philosophum contemplantem, aut in schola docentem (qui dat, non
 autem accipit loquendi leges, atq; in hoc universitatis rerum thea-
 tro, à natura quasi dominus quidam ac Dictator constitutus, pro
 suo iure, rerum conditiones in seipsis estimat, vt est in problem. 5.

sect. 18, & probl. 8. sect. 30. ac eisdem non tam ut facile quam ut
verè intelligantur, nomina dat) sed Poetam in theatro imitantem,
& Rhetorem in foro causam dicentem informet.

P A G. 15.

- ” Prudenter ob id monet Aristoteles , lib. 2.
” Top. cap. 2. vt cùm vulgo loquamur.

Com. Non monet Aristoteles, ut Philosophus in schola, sed ut Dia-
lecticus (quem unum se informaturum ter pollicitus & solenniter
protestatus erat li. 1.) in congressibus causam suam agens, cùm vulgo
loquatur. Dialectico inquam non Philosopho materiam argumento-
rum suggredit ibi Aristoteles, qua ex usu popularis vocis, aut ab usu
cuidem, refellere aduersarij propositum, aut confirmare suum pos-
sit: id quod Erastus, qui fortasse ad necessitatem, ideoq; etiam per-
functoriè hæc legit, aut non vidit, aut, quod magis crediderim, dissi-
mulauit. Cur enim contextum mancum ac mutilum, non autem pro-
duxit, ut decuit integrū? Verba Philosophi sunt: ἐτι δέ οὐδεὶς γεθα
ποία δέ καλεῖται, τοῖς τολμητοῖς δένται. Audis, esse etiam, que-
dam, quæ tritis vulgo atq; usitatis nominibus non sint appellanda?
Ex utroq; autem vocaminum genere suppeditantur argumenta ad
opponendum, respondendumq; Dialectico. Χρήσιμος δέ, νολή πρός
το κατασκευάζεται, οὐδενασκευάζεται. Sic autem accipienda esse verba
illa, docet locus alter, qui 6. Topic. cap 5. legitur: Appellatione
(inquit) ea uti debemus, quæ tradita est, neq; aequum esse illam in-
firmare: Ενοίᾳ δέ οὐ λεπτεόρ, διαιώνεται τοῖς τολμητοῖς. Legisti hæc?
Tum autem demum sequuntur verba, quæ Erastus produxit. οἷον
δια μὲν ταῖς δύο ματιάς εtc. Salubre vulgus dicit, quicquid sanita-
tis efficiens est, atq; Aristoteles cum Rustico disputans de rapa
utrum salubris sit vel non sit, vocabulum hoc trita significatione li-
benter enunciabit. At in schola tamen vrinam, & fœces alii, salu-
bria dicet

Bria dicet : quæ si tu dicas atq; pro rapa offeras rusticō , tanquam salubria , is te dicet insanum , & excipiet baculo . Et reuera contextus ipse Eraſti causam nihil promouet . Nam eſto , ut conſeffum ſit ab alio Disputatore , vſurpanda eſſe vocabula vulgo trita & vſitata : quænam tamen res huiusmodi ſint , quibus communia & vulgaria nomina ſint imposta , & quamobrem tales ſint (ut loquitur Ale- xander) & quiſ ipsarum ſit modus , non iam à vulgo diſcendum , ſed à ſapientibus . Siſtat iam hīc ſe Aristoteles diſputator cum libris ſuis : compareat deinde illinc Rusticus cum ſuis corruptis rapis . Vterque στήλη clamabit . Habeſ in verbo conſenſum . Vterq; per στήλη intel- ligit ὥθεος præter naturam , & quo res de natura ſua dimouetur . Iam ſi preceptum lib . 2 . Top . ab Eraſto produc̄tum ſequi volueri- mus , quid illud & cuiusmodi ſit , quod de natura ſua dimotum , τῆλη pati dicatur , inter rusticos quidem , à rusticō , ſuas offerente rapas potius , quam ab Aristotele petendum erit : ſed inter ſapientes (ita & apte & recte diſtinxit Alexander) Aristotelis , vel Philoſophi aliis iudicio ſtandum . Verba Alexandri ad illum locum hæc ſunt : Rebus enim conuenire debent ea nomina , nō quæ multitudo , ſed quæ Philoſophi eis imposuerunt : neq; enim audacem dicere forteſ licet , ut vulgus appellare conſueuit , neq; εὐτυχή , εὐδαίμονα καλέσῃ , οὐτε δικαιονομικόν τὸν ἀνελευθερού , οὐτε τὸν δέντρο φρεσιμού , ὃς εἰώθασι μὲν τοιαῦτα . Μιαφέρα χορ (nota Eraſti) ταῦτα τῶι οἷς κατίδι , οὐτε ἐκένα μὲν οἱ σπόφιοι οὐτε καλέσσι , ταῦτα δέ οἱ ίδιωται διγομάζοτο . In ſumma Philoſophus res nuncupans , nunquam & nuſquā prorsus arceſetur à vocabulorum , minus à plebe receptorum vſu : deſiniens tamen arceſetur à metaphoris . 2 . poſt analyt . cap . 15 . Nam qui rem deſinit , apertissima interpretatione vti debet , cum rei cognoscendæ cauſa tradatur omnis deſtitutio : & metaphoræ obſcurent potius , quam illuſtrent . 6 . Topic . cap . 2 . Aristoteles autem ſtēlē bene no- tum ſapientibus , ſi non rusticis vocamen , idq; ſolenni adhibita pro- teſtatione (cum peculiari quadam alia ſignificatione , & à ſua mul-

tum abhorrente, rusticos caseum suum appellare putridum, monet
suum dico & scholasticum non montanum vocamen, proprijs, vſita-
tis inter sapientes, nullaq; prorsus obscuritate inuolutis verbis defi-
nit, vt deinde videbimus. Quid hic habetur, de quo Dialecticus, aut
Rhetor, aut Poeta, aut plebeius aliis conqueri meritò possit?

P A G. 15.

- „ Sp. Quorsum hæc tām multa ad putredi-
„ nem non pertinentia?

Com. Iste Spudastes hoc loco verè Spudastes est: qui tamen aliás,
vt olim Furnius ille admodum docilem, id est assentiendo facilem
14. prebere se Doctori suo consueuit. Nolumus autem nos in presentia,
vt supra protestati sumus, minutim thecas Aristotelex officinæ ri-
mari atq; excutere, vt proferamus inde verba (etiam dico prater
ea, quæ artium causa fingere oportuit) longè secus accepta, quam in
sapientum scholis, nedum rusticorum triuijs accipi consueuerint.
Tam enim multa vbiq; occurrunt, quod supra etiam Alexandri
atq; aliorum testimonio indicauimus, vt referre pudeat. Tantum
verba Erasti hæc

- „ Nunquam Aristoteles in disputationibus Phy-
„ sicas, aliter nominibus vſus est, quam omnes alij
„ vtebantur illis. Quamobrem, cùm putredinis no-
„ men multò antè tritum & in vſu omnium fuisset,
„ in eo significato posuit, in quo alij vtebantur il-
„ lo, &c. cum iſtis conferemus, quæ post lineolas octo sequuntur.
„ Nominauit autem Aristoteles contrarium sim-
„ plicis generationis putredinem in uno capite hoc,

ea

ea significatione, qua nunquam aliâs in eius ope-
ribus, quia nomine proprio carebat, &c. " "

Paulò antè dixerat *NVNQVAM*, nūc fatetur *ALIQVAN-*
DO Aristotelem à vulgaris appellationis notione discessisse. Quæ
porrò non dicam iam Rhetorica, sed Mathematica est hæc? Quæri-
tur hoc loco, vtrum Aristoteles in appellatione *sh̄ewē*, à communī
ac rustico sensu discesserit 4. Meteor. cap. 1. De questione hac Era-
stius primum hoc pronunciat, Aristotelem *NVNQVAM* ab vſita-
ta vulgo significatione in physicis disputationibus discedere: deinde
verò Aristotelem in 4. Meteor. cap. 1. physicè disputantem de mi-
ſtorum affectionibus, vocabulo *sh̄ewē* aliter vſum, quām vulgus vti
confueuerit. Quæ inquam, aut qualis Cabala hæc est? Cum tibi con-
ſet, in vocula *sh̄ewē* homonymiam incſſe, & Aristotelem hoc vno
capite illam ea notione vſurpare, quæ a vulgari sensu aliena est, cur
tot verba de nominum proprietate fudiſſi, quo monſtrares, eum vt
alibi, ita hic dñe iwc fuiffe locutum? Nos enim nihil plus contendi-
mus, quim duplicitis quidem putredinis mentiones habitam: sed v-
nam tantum definitam, atq; eius viuus, quæ tibi ſpuria & que-
p.ō. putredo eſt, nobis autem legitima, modum ac rationem inte-
gram à Philosopho explanatam: de altera verò illa, quām Meli-
bœus tuus in rapis & pomis contemplatur, mentionem hoc loco in-
iectam quidem obiter, sed citrā peculiarem vllam explicationem
statim oppreſſam: quia nimirum non ſimpliciter interitus, ſed inte-
ritus quidam, & ad aliud quoddam ὥδος eſſe referendus iudica-
reſt.

IBID.

Sophistis ea tribuens his verbis: τῶν πλὴν δρομά-
των, &c. " "

Non eſt Sophista, qui verbo vtitur ea notione, que à rustica & Com.
communi abhorreat, ſed qui cum vtratur vna, ſic tamen videri mult,
g. ij quasi 15.

quasi alia rteretur: hoc enim est ναυτερησθαι. 2. Rhetor. cap. 2. ideoque definitione voci adiuncta, quemadmodum hic Aristoteles adiungit sive, quasi de voce iam conueniat (hoc volent illa verba τοιχων ουκολογηται ου περ των τοιχων 6. Topic. cap. 5.) homonymiam tolli, εταιρειας occasionem ac suspicionem omnem praecidi, docemur alibi, ut semper verum sit, quod scriptum est lib. 1. Rheto. Sophistam non επ τη δινατε, secundum quam etiam Dialecticus, cuius professio est, in utramque partem dicere probabiliter, nonnunquam Sophiste similis est, sed επ τη τοιχωσει spectari. Alias, quot sunt homonyma, que vulgus ignorat? quot inquam pro Synonymis vulgo usurpatur vocabula, εταιρεiuntur, non pro Synonymis tamen habenda? In his igitur non rusticorum vox, sed sapientum lex audienda: que rerum vocamina, una voce confusarum, distinctionibus, queque dico suis, distinguit, quas tamen distinctiones vide re nequit rusticus in rapa sua. Quo significato voculam Fidei, accipit Physicus narrando? politicus contrahendo? Rusticus iurando? quam vario tamen ab hoc Theologus? Motum, qui in loco fit, vulgus novit ac definit: eum qui alteratur si moueri dicas, is te dicet impostorem. Nihil ferè tam in ore vulgi est, quam concoquere, concoctio, concoctum: an non vel ex ipsis interpretibus tamen audiisti, Aristotelem vocabulum hoc, multis rebus præter communem loquendi usum aptare? Pudet me hic adducere plura, (possem enim, ut supra quoque indicavi, cum multa eiusmodi paſsim occurrant in Peripatetica Philosophia) ne in re tam plana, tritaque tempus ambitiosè ac frustra terere voluisse videar.

IBID.

„ In omnibus eius operibus, nunquam ita inuenies usurpatum, ut in uno hoc capite.

Com. De veritate huius sententie postea riderimus. Nunc esto id:
16. at usur-

at usurpatum tamen in hoc loco: et secundum huius loci usum, ad quem peruersè à se interpretatum ac perperam acceptum, nos reuocat Galenus cum tota sua schola, quæstū est à viris doctis, utrum humores per febres putrefacant. Quanquam ne secundum quidem vulgarem illum ac rusticum tuum id patiantur, ut suo audies loco.

IBIDEM.

Nominavit autem sic contrarium simplicis
generationis communissimū, quia no-
mine proprio carebat.

“
“
“

Apoge cum istis argutiolis, quas tibi suggesit Rhemigius ille nostras. Si nomen inuidit contrario rni, cur non & alteri? aut si in uno retinuit generale γενέτως, cur non satis in altero habuisse generali τῆς φεοφᾶς? Mos est Aristoteli, inquit Ammon: in categ. cap. de homonym. & Alex. in i. prior analyt. cap. i. cum ipse nomina noua rebus imponit, particulam, Voco, usurpare, aut alteram illam, Esto; cum autem inquit, Vocatur, aut Est, significat, idem nomen eadem significatione, à veteribus quoq; fuisse usurpatum. Aristoteles autem in nominanda corruptione, quæ opponitur generationi simplici, nihil illiusmodi habet, sed simpliciter pronunciat, putredinem esse finem corruptionis naturalis: putredinem maxime commune contrarium esse generationi simplici in putredinem tendere omnem aliam corruptionis naturalis speciem, quia illa sit ultima, & quasi finis omnium. Ter inquam nominat Aristoteles putredinem corruptionem misti naturalem, etiam consensu tuo: nec r̄nquam tamen, vel nutu quidem indicauit, se primum vti, vel abuti voce σήμεως: quanquam aperte significauerit, se aliter accipere ac finire illam, quam vulgus soleat, ut audiemus postea. Atq; hactenus de Rhetorica Erasti: nunc accedamus proprius ad Philosophiam eiusdem.

Com.
17.

” Cum Aristoteles in 4. libr. Meteor. affectiones mistorum &c.

Com. Quæ h̄ic subjiciuntur vñq; ad sequentem Paragraphum sunt à nobis copiosius alibi, atq; in responso ad Brunonem exarata. Sed nihilominus illud hoc loco dignum esse obseruatione iudicamus: nos librum hunc quartum Meteor. sub Aristotelis nomine citasse hactenus, & quæcunq; in illo dicuntur, tanquam ex Aristotelis ore profecta recepisse, ne videremur nostræ causæ diffidendo, scholam (vt dicitur) subterfugere. Nunc autem, vt in collatione locorum, quam videas plerumq; temerè & citrā vñlum iudicij discrimen à multis institui solère, cautius ac prudentius, circumspectis rebus omnibus, minus erremus: ne videlicet, quod ad interpretationem sententie vnius loci, ex alio adsciscimus, id putemus ab uno eodemque Autore scriptum, quod tamen ab alio atq; alio sit: placet hac de re, priusquam pergamus ad alia, pauca quedam prefari. Hinc autem ducemus exordium. Censuit Alexander lib. 3. quæst. nat. cap. 13. in hoc lib. Mixti, quatenus mixtum est, affectiones agentium ac patientium, quatuor primarum qualitatum opera prodeentes, explicari: ideoq; etiam non post tres præcedentes Meteor. Sed antè illos, post duos de ortu atq; interitu libros, esse hunc collocandum. Nobis, quo ad reliqua, quicquid Philoponus, Simpliciusq;, Olympiodorus, & Auerroës, nec non Latini dixerint, arrisit quidem semper, atq; etiamnum perplacet Alexandri opinio, quæ & veteri inscriptioni respondet, & de ore ipso Autoris cap. 1. accepta esse videntur: illud tamen, quod de loco dicitur, probari nunquam potuit. Sanè quarto huic libro locum non esse inter meteorologicos, tres illos dico, quos pro Aristotelicis agnoscimus, tam pro certo habeo, quæ terre locum non esse aeris. Proæmium librorum Meteorologicorum,

quo

quo Aristoteles singulatim propè capita illa recenset, de quibus in meteorologia erat acturus, præter quam quod non complectitur vlo modo, quicquid contrà opinentur isti, quartum hunc, Meteorologica quoque disputationis finem, tertium ipsum librum disertè statuit. Quo etiam & illud pertinet, quod non, ut primus secundo, & secundus tertio, ita tertius huic, vel unica verbuli nota continuetur: quin immò, ut ex proæmio primi liquet, tertius meteorologicus, nisi particularem Lapidum, ac Metallorum & omnino Fossilium historiam, adnēttere illi placeat, cum tractatione de animalibus ac plantis connectitur. Huc accedit, quod & inscriptio ipsa μετεωρολογία, quartum hunc librum prorsus excludit: sive enim meteora voces, quod halitu, seu expiratione humida vel secca sublimi in loco, orbis siderum proximo, aut supra terram potissimum ac plurimum eueniant: sive quod, cum minus ratis & incōstantioribus causis continetur, incertam; sive demum quod à nostra cognitione remota sunt, arduam etiam habeant contemplationem, queque (ut aptè satis Budensis inquit) suspensum teneat iudicium, assensumque nostrum: Ceterumque videtur Aristoteles voluisse cap. I. libr. I. & secundum utramque significationem usurpauit vocem hanc Plato: & iuxta illum quidem, ut alia loca mittam, in Apolog. ubi quæ μετέωρα dixerat, paulò post vocat τὰ ἐπισκέψια, quibus imitatus Hippocratem lib. de Vet. med. opponit τὰ ὑπόγεια: iuxta hanc verò, secundum eundem Hippocratem lib. de Carn. alibi multoties) constant itamen eruditiorū omnium consensione, vocem hanc istius significatio, ne vel minimum quidem ad ea pertinet, quæ libro hoc explicantur. Philoponi argutias hic satis refutarunt alij. Falsum autem & merum esse commentum id, quod Patritius ex verbis illis exculpit, καὶ ταῦτα τῷ γνωμένῳ νοᾶται τὰς κινήσεις τὰς τότες: atque ex illis, διὰ πῆχη συμβίνει πάλι, non ex Alexandri modo, atque Olympiodori, adeoque Philoponi ipsius interpretatione liquet, verum etiam ex Autore ipso libri (ut alia nunc mittam, quæ huc allat-

ta sunt ab alijs) cognosci potest: quem πΗΞΕΩΣ vocula, non ad ea, quæ hoc libro traduntur ωξι τὸς ωξεῖον, sed ad Lapidum, Metal- lorumq; concretionem, respexisse, ex vlt. cap. lib. 3. constat: cum fer- rum, æs, aurum, humido halitu, maximè in lapidibus, inclusio, ac præ- siccitate in rnum coacto concretoq; effici docuit. Neq; parui etiam momenti illud est, quod initio libri huius, capita propè omnium eo- rum, quæ libris duobus de ortu atq; interitu tradita fuere, sic repe- tantur, quasi hic illos statim excipiat. Postremò, si is est ordo atq; progressus naturæ consentaneus, quem in explicatione Physiologie seruandum esse docemur, lib. I. de Phys. auct. cap. I. à rebus nempe communibus ad proprias ac singulas, eorum vero, quæ libro hoc ex- ponuntur, anticipata cognitio imperfectè mistorum, cuiusmodi me- teora sunt, tractationi ritecumq; etiam necessaria videatur: (Quæ hic quidam Auerrois autoritate abusus, vt hoc insciaretur, temere ob- iecit, nihil in præsentia moror, cum ad alia festinet oratio) omnino il- la ante tres libros meteorologicos locum tenere suum debuerint. Id, quod etiam, si cogitasset pseude demonstrator Sicutus, nunquam in eam sententiam adduci se fuisse passus, vt & librum hunc Meteo- rologicum esse assereret, & tribus præcedentibus libris, exposita fuisse illa, quæ actione ac passione quatuor primarum qualitatum in Elementis accidere soleant, hoc autem quarto, quæ nam sint in reli- quis rebus earundem causa perpetiones doceri, affirmaret. Nam igitur (vt quod instat, agamus) hac quæ diximus, non locum modò, quem iustius occupet Liber hic extra meteorologiam constituendum alium euincunt, quod Alexander, Ammonius, Themistius voluerūt, verum etiam faciunt, vt eiusdem ac præcedentium trium, rnum at- que eundem Autorem rix possimus asserere. Nam inter meteoro- logicos non esse censemus certo certius est: Post eos etiam, ante li- bros de Plantis atq; Animalibus, minime collocandum, docent ex- pressè verba Philosophi hæc: οἰελαθόντες δὲ τεξί τετρών, id est de meteorologicis vjg ad fulmina, typhones, virgas, Parelias, quæ libro tertio

tertio discussa sunt, θεωρήσομεν ὅτι δυνάμεθα εἰπεῖν πατέρα τὸν ὑφεκτόν μένον τρίτον περὶ γένους, καὶ φυλῶν &c. **D**uobus autem libris de ortu atq; interitu, minime adiiciendum (quod ab alijs ex Alexandri sententia disputatum est) quasi tertium περὶ τῶν σοιχέων, de quo Laertius meminit, vel una illa evincit ratio: quod cum in eo ad perfectorum usq;istorum & similarium corporum historiam ac descriptionem deueniatur, ut ex cap: 10. II. et 12. constat; absurdū videretur, si inde ad meteorologica retrocederetur: **P**reterquam quod (ut illud in praesentia taceam, multa in hoc libro confusa proposita, perperam exposita, multisq; imoluta difficultatibus, queq; rationum oppositarum momentis atq; instantijs multis labefactari possint, contineri dogmata) in eiusdem argumenti tractatione, bis, neq; tamen eadem vel notione, vel appellatione ortum atq; interitum ab ipso eodemq; Autore fuisse definitum, quis credat? Quorsum iam boc suo deinde loco significabitur.

PAG. 17. m^{ij} 11.

Nondum enim intelligo, quid naturalem “
& simplicem vocet generationem. “

Hoc in loco duce caruit Amicus noster: ideoq; philosophari **C**om. cum voluit, ne rhetorici quidem potuit. Generationem simplicem ab Aristotele nominari putat illam, que misti est, quatenus misti: quasi & illa quoq;, que est generatio substantiae, quatenus substantia est, aut animalis, quatenus animal, generatio simplex minime dicatur. Deinde cum ipsem intelligeret, ne spudastem quidem suum his acquieturum, addit: Mistionem esse duplicem: unam generalem & communēistorum omnium, quam Aristoteles alias appellat τὴν τεχνὴν τύπον, alteram specialem, & propriam rei cuiuslibet, quā

idem de Sanguine sanguis
 deuteres cap. oīrūtēs cap. alibi nominet : illam, de qua in hoc
 cap. agitur , dici simplicem generationem ac pri-
 mam , quia per eam simplex producatur mistum ,
 & sit nihil aliud, quam mutatio, per quam ex ele-
 mentis mistum aliquod generatur : vel etiam ele-
 mentorum vnio : Alteram, de qua iam nō agatur,
 compositam dici generationem: quia per eam mi-
 stum, non simplex, sed aliquod ac tale mistum, ex
 alia materia iam ante mista, concrescat. Quo tandem,
 vt non solūm benē dicat, sed benē persuadeat, suum Lac pro exem-
 ple accersit , ac suum Mustum: (Nullus fermē paulo inexpli-
 cabilior nodus, in hoc genere argumenti occurrit vspiam , quem hi
 duabus voculis, vel cum Spudasto, vel cum Furnio, vel secum agens
 Erastus, facile non expedit) In horum enim vtroq; duas esse docet
 mīstionēs : priorem, quæ communiter in alijs omnibus insit , id est,
 elementorum vniōnem: & posteriorem, quæ Lactis existit propria,
 casei nimirum, seri , butyri , in rnam speciem Lactis concretionem.
 Ut benē inquam sit amico nostro, qui tam preciosas , tam subtiliter
 excogitatas, atq; ex penetralibus Philosophiae erutas, apteq; explicata-
 tas nobis hic, id est, in hoc primo suæ putridæ officine vstibulo, ex-
 ponit margaritas. Recognoscemus nos , atq; aestimabimus eas, vt ex
 his paucis discamus & intelligamus, qualia futura sint reliqua. Mi-
 sti, vt mistum est , duplicem generationem vspiam proposuisse Ar-
 aristotelem negabimus, nisi prius liber, caput, linea citentur, id quod
 Gal.lib. 2. de diff. resp. cap. 9. ab illis, & quidem iure exigit, qui a-
 lienas sententias allegant. Et Averroēm quidem (vt mittamus Gale-
 num 1. de Element. cap. 8. & 9. necnon 1. de sem. cap. 12.) 2. Col-
 lig. cap. 1. & lib. 1. de coelo ad cont. 20. scimus, duplicem proposu-
 isse similarium corporum compositionem : Vnam, quæ immediate est ,
 ex pri-

ex primis quatuor elementis : alteram vero, que ex iisdem existit, sed mediate : atq; in hoc posteriore genere collocasse ταῦτα οὐκ οὐδεποτί animalium, cum illa non statim ex primis Elementis, sed ex sanguine fiant, qui ex cibo & potu, atq; hic demum ex quatuor simplicium corporum mixtura generatur. Auicennā quoq; lib. ii. de animal. cap. vnioco (vt loca tantum citemus, que futuræ nostræ disputationi affiniora sunt) docuisse propè eadem. Montanum item in disputatione de mistione, quam Valdanus ille Veronensis addidit, in interpretatione verborum quorundam (de quibus paulò post agemus) que cap. i. lib. 2. de part. animal. leguntur, hæc scripsisse. Illud autem primò vt notum & perspicuum sumo, ex terra, aqua, aere, igni, herbas gigni, aliasq; partes uniformes, que in animalibus insunt. Quo posito duas compositiones ex primis, id est, ex elementis, aut si maius, ex eorum facultatibus dicemus esse. Alteram, qua mixta illa sunt, que ex ipsis proximè gignuntur, nec sunt animalium partes, vt lapides, metalla, stirpes, fructus: alteram, qua existunt uniformes animalium partes, que non proximè ex elementis, sed clementorum interuentu generantur. Et Contarenum Cardinalem sub finem lib. 3. de Elem. docuisse: Mixta quedam ab elementis prima mixtione, quedam secunda fieri: Hæc inquam probè tenebamus, priusquam Eraclius de putredine disputaret, atq; (vt in proverbio est) cocta & recocita ab alijs ederet ipse, ac tanto cum apparatu spudastro suo apponerebat: sed Aristotelem tamen, Misti, vt misum est, duplificem generationem nobis inquam aut risquam proposuisse, cuiusmodi Eraclius alieno, sed perperam ducto penicillo, delineauit, hoc inquam, illud est, quod constanter negamus. In altero lib. de part. anim. cap. i. è quo sine dubio farinam hanc suam, suo nescio quo incerniculo excreuit Eraclius, hæc habentur verba:

Cùm itaque triplex sit compositio (σύνθεσις dicit Aristoteles, non γένεσις) Primam quidem statu-
h iii at quis

„ at quis eam, quæ ex vocatis a quibusdam elemen-
 „ tis existit, vt terræ , àèris, ignis, aquæ. Sed fortasse
 „ rectius fuerit, ex potestatibus dicere , iisq; non o-
 „ mnibus, verùm quemadmodum in alijs tractatio-
 „ nibus antea diximus. Humiditas enim , siccitas ,
 „ caliditas & frigiditas , materia corporum sunt
 „ compositorum. Cæteræ autem differentiæ sequū-
 „ tur eas, vt grauitas, leuitas, densitas, raritas, & re-
 „ liquæ id genus affectiones. Secunda verò compo-
 „ sitio (σύνθεσις dico , vt in exemplaribus veteribus est)
 „ ex primis similarium partium, in animalibus natu-
 „ ra existit, vt osis , carnis & reliquorum huiusmo-
 „ di. Tertia & vltima numero partium dissimilari-
 „ um est, vt faciei, manus &c. Hæc igitur prius interpretari
 „ opere preicum est , quam in Erasti philosophiam, cuiusmodi sit, mi-
 „ nimius inquiratur. Exordiemur autem, commodioris doctrinae cau-
 „ sa ab vltimis. Tertiam compositionem, que dissimilum partium est,
 „ vt capitum, brachiorum, crurum, ex partibus consimilibus, vt carne,
 „ osse, rena, duas alias ordine quidem generationis priores, sed natu-
 „ ra & perfectione posteriores complecti docet Aristoteles : ideoq;
 τελευταῖαι μορφαὶ ἀριθμοὶ appellat. ταῦτα γε, id est dissimilaria,
 οὐδὲ τέλος ἔχει, καὶ τὸ πέρας, ἐπὶ τῷ λαβόντα τὴν σύνθεσιν
 ἀριθμός: κατάπερ ἐστι πωλῶμεν συμβούλη τελεόδοκη τὰς γενέσεις.
 Ut hinc intelligamus quoq;, nonnunquam Aristotelem ex Lyceo
 egredi , vt per Pythagoreorum atq; aliorum veterum philosophan-
 tum scholas animi causa spatietur. Sed ad rem: Huius compositio-
 nis materiam lib. 1. de ortu animal. cap. 1. τὰ δύο μερῆ esse dixerat;
 item lib. 4. meteor. cap. 10. & 12. vbi ex similaribus tanquam ma-
 teria, na-

teria, naturae integra & perfecta ipsa opera, ut manum, pedem, aream constare scripsit. Verum ex ista compositionis specie, nullæ, quod sciam, extiterat hactenus controversia. De altera vero, que τῶν ὁμοιομερῶν est, ut ossis & carnis in animalibus, εἰς τὸν τεφωτῶν, inter se controversantur interpretes. Quid enim Aristoteli τὰ τεφῶτα? Videtur dicet quis id indicari non multò post: τὰ μὲν τῶν σωρχέων ὑλὴν, ἀναγνώσωρ εἴναι τῶν ὁμοιομερῶν ἐνηνερπ. Ut sint hoc loco τὰ τεφῶτα quatuor vocata elementa. Sic enim i. de ortu animal. cap. i. scriptum esse, τὰ τοις δέ, id est, similaribus partibus τὰ καλότερα σωρχέα τῷ σωματῶρ ὑλῇ, & lib. 4. meteor. Similares partes, quarum exempla non ex animalibus tantum, sed etiam ex universo naturae sinu proferuntur, ut æris, argenti, ferri, ossis, carnis &c. arido & humido, ut ex materia, caloreq; & frigore, ut agentibus, constitutæ, clarissimè autem cap. 12. εἰς τὸν σωρχέων τὰ ὄντοιομερῆ effici, traditum esse: atq; eodem in loco, in quo Aristoteles tres rerum compositarum ordines statuit, quorum singulorum forma & oīsia, non aequè sit manifesta, nunquam post diſsimilares partes, quæ sunt ἔνεκτος, nisi de similaribus meminisse, in quibus ratio Finis magis latet: & post has de elementis, ac primis corporibus, in quibus eadem est obscurissima. Ecce: οὐτοὶ δὲ επὶ στρογκός κοῦ διστά τὰ τεφῶτα δ' ὑλα: εἰ δέ εἰς ταῦτα κολλήσθαι τεφῶτα, κοινῆς: nec multò post: κολλήσθαι ταῦτα ἔχωρον διδασκεῖ, οὐ πῦρ, οὐ πτερος οὐδὲ στρογγύλης: τὸ τοπ δέ εἴ τι μᾶλλον προσωποῦ κοῦ χείρ. Ut perpetuo sibi in locis istis omnibus constet, materiam nempe Similarium partium elementa ipsa immediate constituens. Sic inquam ratiocinetur aliquis. Sed quicquid alibi voluerit ille, non idem tamen voluisse allegato ex lib. 2. de part. anim. cap. rationibus hisce, quibus Nugiendi illius Suessani χαλια vexare, atq; urgere olim consuevimus, persuaderi facile sibi patiatur aliquis. Nam de compositione, cuius materia immediate sunt elementa quatuor, iam locutus antea fuerat Aristoteles, (de quo mox viderimus) quam de hac

hac altera verba faceret. Deinde vero, hanc non simpliciter in semilaribus mixtis, sed in partibus animalium spectari vult: quasi nimirum preuenientem alteram aliorum Similarium causam sequatur. Et verba etiam illa, que $\tau\alpha\omega\zeta\tau\eta\gamma\zeta\theta\zeta$, $\xi\kappa\zeta\theta\zeta$, $\theta\epsilon\mu\zeta\theta\zeta$, $\psi\upsilon\chi\zeta\theta\zeta$ enunciat, quod sint videlicet $\tau\lambda\tau\pi\omega\sigma\upsilon\theta\epsilon\tau\omega\sigma\omega\mu\alpha\tau\omega\pi$, ad elementa, que non composita, sed simplicia corpora sunt, quia eorum una natura est, unusque motus, minime referri posse videntur. Alij igitur, non Elementorum, sed compositiorem aliam quandam constitutionem, ut supra quoque indicauimus verbis illis exscripti contextus, $\delta\epsilon\upsilon\theta\epsilon\alpha\delta\epsilon\sigma\upsilon\theta\epsilon\epsilon\pi\zeta\epsilon$ &c. designari opinati sunt: illam dico, que non immediate ex elementis, sed interuentu mixtae alius materiae, V. G. carnis, interuentu sanguinis, huius vero interpositu panis existit: proindeque $\tau\alpha\pi\varphi\tau\alpha$, nihil esse aliud, quam plures illas interiectas mixtorum aliorum composituras, & quasi præparationes, que similarium animalis partium causam præcurrunt. Quo sensu etiam similares arborum partes, ex eorum succo concrescere: succum vero ex quatuor elementis constare, lib. i. de plant. cap. 3. scriptum sit. Opinionem huic fauere quoque nonnullis videri possit, locus Theophrasti, qui lib. 1. de hist. plant. sub finem cap. 2. atque initio 3. scriptus est. Nam cum is de partibus animaliumque, id est, animaliumque, quedam proposuerit, nempe radice, caule, ramo, surculo, subiicit: $\alpha\lambda\lambda\tau\delta\epsilon\kappa\zeta\omega\pi$ $\tau\alpha\omega\zeta\alpha$, $\phi\lambda\omega\zeta\delta\epsilon\mu\pi\tau\zeta\theta\zeta$, $\xi\kappa\zeta\alpha$, $\pi\alpha\omega\zeta\delta\epsilon$ (ista videlicet iam recensita) $\delta\omega\omega\mu\pi\pi\zeta$: tum addit, $\nu\omega\zeta\tau\alpha\tau\gamma\zeta\omega\pi\delta\epsilon\kappa\zeta\omega\pi$ (*videtur hic $\tau\alpha\pi\varphi\tau\alpha$ Aristotelis interpretari*) $\nu\omega\zeta\kappa\zeta\omega\pi\tau\alpha\omega\zeta\alpha\pi\gamma\zeta\omega\pi$, $\nu\omega\zeta\phi\lambda\omega\zeta\delta\epsilon\pi\zeta\omega\pi$ (*cognosci hic possunt Aristotelis verba*) $\pi\pi\pi\omega\zeta\delta\epsilon\pi\omega\pi$. Verum enim uero (excipiunt alijs) quis credat, Aristotelem dicturum aut asserturum usquam fuisse, ex chylo sanguinem, vel ex sanguine carnem componi? Quod deposito priori actu nascitur aliud, ex eo fieri nasci, non autem componi dicitur aliquid: quia non nisi ratione materia inesse intelligatur. Elementa componi dicuntur ex materia

materia, & qualitatibus primis: similia corpora ex elementis: dis-similia ex similibus, siquidem in omnibus hisce singula cōponentia, suum, tanquam partes quādam, retineant actū, neq; alicuius illorum actus, alterius actū permuteatur. Quam etiam ob causam Aristoteles lib. 1. de ort. & inter. cap. vlt. sanguinem carni misceri negavit, quia non maneat eius forma sed in totum aboleatur. Sublata autem mistionis ratione (in sanguine dico, quatenus ex eo fit caro) ne constare quidem compositionis ratio potest: cūm, quatenus suum retinent actum, componi quoad substantias, quatenus verò non retinent, alterari quoad qualitates, τὰ μητα dicantur. Ideoq; qui lib. 1. de plant cap. 3. similares partes ē succo, hunc verò ex elementis oriri pronunciauit: idem cap. 2. eiusdem lib. 1. easdem similes partes, non nisi in similes partes, aut in elementa quatuor diuidi posse, scriperat, ibi videlicet, ψυσις verbo γεννωνται κοιλι πεφύκασι: hic verò σι καρποι. Praterquam quod de partibus similibus loquens Aristoteles, si ad eiusmodi compositionem respexisset, iam non secundam, sed nec tertiam, neq; fortasse quartam dicere potuisset. Docent enim isti, similaria mixta, & prima, & secunda, & tertia compositione ex elementis fieri: immò verò plures etiam esse mixture inter medios gradus, licet occultos nobis, per quos natura perfectorum mixtionem moliendo, progrediatur. Verbum autem τα τεχνώτα gradus omnes illos designare, quo autore aut teste assuerabimus? Aristoteles cūm citatis antea locis, tum lib. 2. de ort. atq; inter. cap. 7. disertè testatur, carnes & ossa ex elementis conflari, nulla aliis interuenientis compositionis mentione facta: atq; in 12. metaphys. cont. 15. tres duntaxat compositionum gradus, tribus datis exemplis recenset, ignis, carnis, capitū. Omnino igitur τα τεχνώτα hic quoq; elementa debent intelligi. Et Theophrasti verba quis non videat, de duplice illa compositione similarium partium in animatis accipienda esse: secundum quam Medici ex Galeni doctrina lib. 3 de fac. nat. cap. 15. & 10. meth. cap. vlt. nonnullas primo quidem sensus in-

tuitu simplices, diligentiore tamen, exactioreq; instituta inquisitio-
ne, compositas alias verò (que idem autor τά περιτεχνα nominat)
eiusdem sensus iudicio, omnino simplices deprehendi, docent? Et
multos huiusmodi etiam iudicio sensus estimatae compositione gra-
dus esse, eosq; cùm ab Aristotele, tūm à Galeno confundi solitos, ut
que in diuersis (dico) sint, respectu sensus tamen in eodem collocen-
tur, tam est notum, ut nihil notius. Sed nihil minus ad hanc parti-
um distinctionem verba Philosophi nullo pacto referri, aut accom-
modari posse diunt. Neq; his illud obstat, quod secunda compositio
ad similares animatorum partes restringatur: cùm horum gratia
tantum, tres illi compositione gradus propositi, & eorundem mu-
tua inter se collatio instituta sit. Restare iam alia duo argumenta,
que rectè accepis Philosophi verbis, quibus prior compositionis
gradus describitur (de quo iam dicendum) facile dilui posse affir-
mant. Sic enim loquì Aristotelem, περιτεχνη μέτρη σύνθεσιν θείην, τις
τῶν ἐν τῷ καλούμενων ὑπὸ τινῶν σοιχέων: quasi hæc sit materia
prioris huius compositionis, cui adiungantur exempla sic compo-
sitorum, οἷον γήρα, αἰρεσί, θελος, πυρός: ad hunc enim quoq; modum
ab eodem describi compositiones alias: ecce: Σευλέξα δὲ σύνθεσις εἰκ
τῶν περιτεχνῶν: οἷον δοσεν ργὴ σαφεδεῖ: item τρίτη δὲ ργὴ τελεταια,
οἷον προσώπων ργὴ χειρός. Ut τοις vox οἷον exemplum composi-
tionis, non autem materiam signet, in quo isti turpiter sint hallucinati.

Quæ autem illa sunt, que a quibusdam appellantur elementa, &
ex quibus prima illa ex simplicia corpora conflantur? Quæ porrò
alia, quam calidum, frigidum, humidum, siccum? Hæc enim no-
mina tam pro rniuocis, quam pro Denominatiuis equirocè rsuper-
ari, & alias rniuocorum qualitatis nominum loco, Denominatiua e-
nunciari olim quoq; solita, ex Galeno & Platone cognosci potest.
Hanc igitur vulgarem loquendi rationem, Aristotelem quoq; ipsū,
imitatum alicubi, calidum, frigidum, humidum, siccum, Philoponi
etiam testimonio, immò vero & Alexandri lib. 4. Meteor. in com.
ad cont.

ad cont. i. elementa vocasse, ut lib. 2. de ort. & inter. cap. 3. Nunc autem, cum primæ contrarietates, secundum illius Philosophiam, principia elementorum sint, non elementa: & calidum, frigidum, humidum, siccum, non ipsam per se à subiecto secretam qualitatem sed subiecto adnexam, ideoq; vel corporeum ipsum simplex elementum, vel aliud ex hoc constans denotet, errorem & suum & vulgi quasi corrigens, subiicit εἰς δὲ βελτιόν τούτων τῶν συνάμεωρ οὐτε γαρ, οὐδὲ τὸν οὐκ εἶδεν αὐτοῖς, ἀλλὰ περὶ ἐπέροις ἐγκέλαδον πρότερον. Quæ pulchrè ijs quadrant, quæ cap. 1. 2. 3. lib. 2. de ort. atq; inter (hos enim libros procul omni dubio indicat) exposita sunt: ex materia nimirum sensili & contrarietatibus, id est, εἰς τῶν συνάμεων, quatuor illa simplicia corpora, ignem, aërem, aquam, terram primum existere. Hactenus igitur in contextu plana esse omnia. Sed quomodo illa verba accipiātur ὑπὸ τῶν συνθέτων σωμάτων εἰς ψεύσαντα. Sane non alio, quam ut dicamus, voculam συνθέτων, vel potius totam istam periodum, oīcōs alicuius spudasti, rem ipsam minus intelligentis, glossema & additamentum esse. Id quod ex sequentibus appareat, his nempe: οὐ δέκανον φίλοφος οὐ τόλοις ἀκολυθεῖσιν οἷον ήσεται &c. καὶ τὸν αὐτὸν τοιαῦτα τὸν σωμάτων: ubi voculam συνθέτων repetere oblitus est Sciolus ille. Nec facile videas etiā, quorsum intrusum hoc sit emblema istud. Deinde, si Aristoteles de compositione mixtorum, verba sua voluisse accipi, quid habuisset ista correctione opus? Mistra non εἰς τῶν συνάμεων elementorum, sed ex ipsis elementis fieri, quoties dicit atq; inculcat: Quin immò qualitates per se non commiscentur, sed corpora cum illis, que neq; extra mixtum, neq; in mixto sunt, sine subiecta substantia. Calida autem & frigida, humida & sicca, per se & primò sunt elementa: propter hæc verò reliqua composita corpora. Deinde in lib. 2. de ort. atq; inter. cap. 1. & 3. ad quem locum sine dubio nos reuocat ille verbis, ἀλλὰ περὶ &c. & in quo id ipsū docet, quod hoc loco præter omnem necessitatem repetitur, cæteras nimirum differētias qua-

litatum, ad quatuor illas primas referri, de elementorum numero & constitutione, non autem mixtorum differit. In l. etiam meteor. cap. 3. ubi eandem habet sententiam, cœlicq; motum autorem primarum qualitatum, & aliarum omnium affectionum, quæ illarum sunt comites, in materia hac subiecta esse docet, tam elementorum, quam mixtorum, corporum materiam intelligit. Concludunt itaq; hi: primam speciem compositionis ab Aristotele descriptam esse elementorum ex materia, & primis qualitatibus: Alteram similarium ex Elementis: Tertiam dissimilarium ex similaribus: atq; huius sue opinionis subscriptores atq; approbatores habere se dicunt, Aueroëm, Philoponum, cum in comm. suis ad lib. 1. de ortu anim. cap. 1. tum ad lib. 1. de phys. auscul. cap. 7. Suesianum, & quotquot alios ad libros de animalibus edidere glossas: immò vero affirmant, nullum prope ex Arabibus vel Latinis ad hunc usq; diem extitisse, qui locum illum obiter allegans, non sic acceperit, quasi prima compositio sit elementorum ex materia & primis qualitatibus, altera vero ex elementis. Atq; hæc & tot in præsentia, ad istum locum annotasse placuit, ut cognoscerent Lectores, non adeo placuisse id esse apud alios, quod Eraftus quasi pro rato accipit. Sed esto: obtineat ita apud Spudastum aliquem prior illa interpretatio, ut posteriori huic preferatur: quid hæc tamen Erafti emblemata ad Aristotelis philosophiam? Prima inquam compositio Aristoteli sit, mistorum ex elementis: Secunda vero consimilium partium animalis, ex prioribus mistis illis: quid ad hæc tamen Eraftea commenta? Percurramus illius singula oracula. Mistio (inquit) est duplex: Vna generalis, & communis mistorum omnium: atque hæc nihil est aliud, quam simplicis misti productio, seu mutatio, qua ex elementis mistum aliquod, seu mixtum simplex producitur &c. Primum, omne mixtum Aristoteli ex elementorum concurso fit, & omne & quæ sim-

què simplex, vt cognoscere potuisti ex 4. meteor. cap. 10. & 2. de
 ort. & inter. cap. 7. quo loco aurum, æs, argentum, lapidem, os,
 nerium, cutem &c. lignum, corticem, medullam, quorum materiam
 esse siccum & humidum, agentia vero calorem & frigus, testatur,
 in eadem mixtorum classe locat: tibi vero, neq; quod verum est,
 (nam nos, vt de hoc quoq; premoneamus Furnitum tuum, ab elemen-
 tis, à mixturi, à temperamentis istis Aristoteleis & Galenicis iam
 per Dei gratiam tantopere abhorremus, quam ab eo, quod absurdissimum
 est in tota physiologia, abhorre philosophum decet) neq;
 quod Aristoteleum habetur, satis assequenti, mixta quedam sunt,
 quorum elementa sunt materia, nonnulla vero, quorum alia mixta.
 Mistum dico ex mixto, per mistionem aut compositionem generari,
 cum non nisi causa materia remanere dicatur, quis nunquam præter
 te pronunciare ausus est? Generationem definit Autor lib. 4. meteo.
 cap. 1. communem mixtorum omnium, eamq; fieri docet, cùm agen-
 tes qualitates (qualitates inquam, non elementa, vt ignis, aer &c.
 quemadmodum tu somnias) calidum nempe ac frigidum, vincendo
 vel à λόγῳ sive invenient, copulantq; humidum cum siccō. In omni autem
 mistione (vt tuo modo loquar) vel prima, vel secunda, vel tertia, vel
 si velis etiam centesima, calidum ac frigidum (suum dico in quacun-
 que) inest, quod finit humidum ac siccum: ex qua finitione genera-
 tur mixtum aliquod, ac tale mixtum non mixtum simplex, vt tu
 pueriliter loqueris: (αὶ δὲ πρᾶξεις, νῷ αἱ γενέσεις τῶν πρεστῶν κα-
 οίκασοπεῖσιν. 1. metaphys. cap. 1. & natura nunquam & nusquam
 mixtum simplex, sed hoc & tale mixtum facit) atq; omni mixto
 simplex corruptio accedit, cùm humidum (suum dico semper cuius-
 que misti) à siccō, rictis eo modo, quo suo loco decebit Autor libri
 4. meteor. agentibus qualitatibus, diuortium facit. Verè igitur defi-
 nitio ista communis ac generalis est mixtorum omnium, quæcumq; illa
 fuerint, siue animata, siue inanima, siue prima ex elementis (de qua
 Autor lib. 4. meteor. cap. 1. ne vel nutu quidem meminit, quia for-

tasse secundum illius opinionem nulla eiusmodierat) siue secunda, siue alia ex mistis alijs. Vbiqe (dico) generatio simplex fit, vincen-
tibus terminantibusqe qualitatibus agentibus, certa quadam ratione
patientes, & vbiqe simplex corruptio, si haec ita superent illas, ut co-
erceri, atqe intra illius λόγος cancellos contineri amplius nequeant.
At inquis, Lac quoad eius remotiorem materiam, id est, elementa,
mistum simpliciter appello: quoad proximam verò, ut butyrum,
caseum, serum, tale mistum voco. At (inquam ego) ex toto illo capi-
te priore lib. 2. de part. anim. ne verbulum quidem, vel minimam
syllabam proferre vnuquam poteris, quo doceas, Aristotelem per
τερπόνημα ηγέτην σύνθεσιν, eiusmodi quid somniasset, cuiusmodi
tu opinaris. Primam enim illam compositionem (non mistionem, non
generationem, ut tu loqueris) statuit esse, (hoc in praesentia tibi con-
cedimus, quod alias denegaremus) mixtorum omnium ex elemen-
tis: Secundam verò similium partium in animalibus. Iam, tam in
illis, quam in his, tua secunda & que atqe prima mistio locum habet.
Negabisne aurum, argentum, &c, certo ac sebi proprio modo (tuis
ut oris verbis) esse mistum? Immò verò, ut eorum quodqe similare,
& sub una forma Rustici tui oculis appareat, dissimilibus tamen sui
generis partibus, minus quam rapam, vel lac, vel Mustum confla-
re? deinde verò etiam corpus quoddam esse ex quatuor elementis
conflatum inficiaberis? Simpliciter de omni mixto pronunciauit Ar-
istoteles verba illa: τὸ δὲ μέσον, id est proportio illa mistionis, το-
λμὸν οὐκ ἀδιαχείτω 2. de ort. ac inter. cap. 7. Antea verò hæc
locutus erat: οὐδὲ τὸ γε τὸ τὰς ιχθύα μεταβάλλεις αλλαγα
ἐν δὲ τὸτωρ (vbi hic tua secunda mistio?) σάρκες, οὐδὲ δακτυλία;
τοι μεν θερμὸς γιγνομένος, φυχεῖς τὸ δὲ τυχεῖς θερμός
τοι περὶ τὸ μεσοῦ ἔλθεις εἰπε ταῦτα γαρ οὐδὲ τερπος. Quid verò tu ad
hæc? Audiamus.

PAG. 18. *mity 12.*

Simplex rerum omnium ex elementis generatio, recte communis dicitur, quatenus omnium materia eadem est, solaque partium proportione distincta. Non sic in lacte res habet. Quoniam res alia nulla ex butyro, sero &c.

"
"
"
"
"
"
"
"

Quid audio? In lacte nonne eadem peculiaris proportio partium, Com.
communis omnium mistorum materia spectatur, per quam lac est? 20.
Aut quidnam monstri aliusti tandem verbi iisti? Deinde non re-
spondes ad rem. Hoc inquam est, quod querit Spudastes, utrum in
lacte, carne, osse, prater illam diuersam elementorum proportionem,
qua res disparates & alias produci, nempe lac, quod non est ca-
ro, & carnem, que non est os, & os, quod neutrum illorum est, ex-
presso docet Aristoteles, aliam alius naturae ex tua putrida offici-
na proferre possis tu: & illud est, quod querit Simonius, utrum, cum
tua secunda mistio, in alijs etiam mistis, prater animalis partes lo-
cum habeat, ausus tu recte fueris affirmare, Aristotelem lib. 2. de
part. anim. eam appellare σύνθετην: cum nihilo plus ibi do-
ceat Philosophus, quam secundam compositionem in similibus ani-
matorum partibus, εν τῷ περιώδῳ esse spectandam? Quid tibi τὸ
περιώδος? Mixta alia (dices) prioris compositionis, quorum materia
sunt elementa. At hoc modo (dicam ego) non σύνθετη compositione
vel mistio, sed generatio appellanda esset: cum tamen Aristoteles
ibinumerum & gradus duntaxat compositionum exponat. Deinde
si Autor lib. 4. metcor. de secunda illa tua & composita mistorum
generatione non agit, hoc enim tu ipse affirmasti pag. 17. lin. 27.
cur de opposita illi corruptione, que tua rustica putredo est, agere
debeat:

debeat: Vel hanc citra illam induxit: quod contra eius Philosophia leges esset. Sed intremis magis, ac musten. & butyraceum illud exemplum tuum paulo acutius inspiciamus. Actu insunt in Lacte partes ha, serum, butyrum, &c. & in Musto, flos, fax &c. Num igitur hic generari ex butyro, sero, caseo, lac: ex flore, fice, vino, mustum afferes, quo generari ex chylo sanguis recte dicitur? Tamen ter maxime interpres, tam hoc pro exemplo, secundae tuae & composite missione, quam illa duo aduersi. Deinde ex butyro, sero, caseo, lac generari quis unquam dixit, nisi fortasse semiobolarius aliquis baccalaureus? Erit igitur tibi generatio en $\tau\delta\pi\tau\alpha\epsilon$, & erit

aliquis baccalaureus? Erit igitur tibi generatio ex ratione, & erit
res prius quam sit; qua insania quid insanus? Tua tamen haec verba
sunt. Res alia nulla ex butyro, sero, caseo generatur,
præter lac, &c. Immò ne lac quidem: sed ex sanguine Lac vero
iam genitum ex tribus illis partibus esse compositum dicitur, citra
quas vel citra quarum vna, lac esse non intelligatur: cum id ipsum sit
lac, varietate illa partium constare. Ex eodem sanguine
non modo lac, sed & pinguedo, & caro, & os oriuntur. Vna enim
horum omnium & communis materia Sanguis: qui cum non sit v-
tus, atq; alijs niformis, in tam varias atq; inter se discrepantes mutatur substanc-
tias. Ergo, ut nulla res alia, ex butyro, sero, caseo constet, præter
lac (id enim est lactis esse, & non uno aut altero horum, sed iun-
ctis omnibus definitur lac) alia tamen permulta sunt, quæ ex eadē
materia generationis proxima fūnt; Quin dicas etiam generari cor-
pus animatum ex capite, thorace, artubus? Artus ex vena, neruo,
carne, osse? Carnem ex fibris, membrana, molli substantia? Sic non
recte quoq; dicitur Mustum ex flore, face, vino generari: cum
Mustum nihil sit aliud præter haec iuncta: & propriè generari,
non ex his, sed ex succo vinarum musto dicatur, ut cum Theophrā-
sto loquar. Immò vero bonus aliquis Peripateticus, ne misceri qui-
dem ex iisdem recte dici concedet: cum mīstilium naturam eam
esse

esse oporteat, ut prius scilicet quipiam (actu inquam & non
 facultate tantum naturali, ut Schorendorfensis Pseudodemonstra-
 tor voluit, φύνειον δὲ τὰ μιγγυμένα πρωτεόπτε ἐν κεχωρισμένων
 συνίοντα, (Et sane, quomodo misceantur, que seipso nondū sunt?)
 tum addit, νῷλ δυνάμενα χωριζεθαι πάλιν) ac separatum sint:
 foec autem, flos & vinum, vna cum ipso mixto existant, & non es-
 sent antea. Prater quam quod dicet idem & contendet, nec Mustū,
 nec lac, prout inquam definire atq; intelligere consueimus istas
 voculas, vnum verè naturale mixtum esse. Posse namq; rursus non
 multo negotio dirimi ac separari partes, que in vnam lacticis & mu-
 sti speciem coière: Fuisse igitur eo modo confusas, Vnum contiguita-
 te duntaxat (non continuatione, ut Scaliger docuit, cum ea, que na-
 tura & specie differunt, continuum vnum efficere nequeant, lib. 5.
 de phys. auscult. contex. 39.) in lacte & Musto, non forma: &
 quamq; suum retinuisse naturalem & mathematicum actum, id est,
 infuisse sub forma propria. Iam neq; Auerrhoēm, neq; Alexandru-
 dum eiusmodi ens, vnum esse Ens, aut vnum esse mixtum datu-
 rum, sed tot Entia & tot mista, quot habet in se naturas: cùm vnius
 rei non sit nisi vnum actus, & ἔνεργα vna: Quod autem de Rosa
 obijcitur in qua (ut isti ex Gal. lib. 3. de fac. simpl. cap. 15. & 16.
 loquuntur) amarum dulci natura miscuit, & preterea quod re-
 laxet (Deum immortalem quales fabellas: unde enim relaxationem
 istam expiscati sunt, diligentes scilicet Naturæ rerum perscrutato-
 res) & adstringat: item de brasica, lente, ac metallicis quibusdam
 lapidibus, esse id ab alijs discussum alibi. Axiomata hæc Physica,
 pro veris haberi: vnum ens dici vna forma: Vnius forma vnam esse
 energiam in mixto que confunduntur & mutantur, quoad formas pro-
 prias perire: (Formarum enim naturæ non conuenire, ut que actus
 sint, siant potentia) tantum seruari facultates eorum (σώζεια γηρ
 ή θύναμις αὐτῶν) atq; in summa non manere, nisi secundum mate-
 riālē: (τῶι μετὰ τὸν οἰκεῖον ὑλικὴν ἀναγνῶσθαι εἶναι τῶι οἰκοικε-
 μενῷ)

I. Scheg
Kig.

XII.
Scaliger:

+

φῶν ἐνεργοῦντα πάντα μεταξειρωπούντα τὸν τοιχέαν) in quem
 etiam sensum alia Aristotelis loca vel accipienda, vel ut ruat ferè
 tota ipsius Physiologia necesse esse. Primam igitur secundum Ari-
 stotelem eorum, quæ propriè & naturaliter miscentur conditionem
 hanc haberi, ut per se seorsim extiterint prius: alteram, ut seorsim
 existere rursum per generationem possint. Quæ enim mixta sint ex-
 quisitè segregari amplius non posse. His inquam, & tot, Philosophi-
 am tuam vngabunt ac vexabunt, etiam qui pro Aristoteleis maximè
 haberi volent: quæ ipse iam videris, quam aptè lacti tuo conueniant.
 At non pauca horum rideri dices, ab ijs aliena, quæ alibi Aristote-
 les protulit, & perituram omnem mixtionis rationem ab eodem ex-
 positam. Credo sanè, quia à veritate ipsa sunt aliena, quæcunque idem
 de mixturiis istis, naturæ ac Deo inuisis, philosophatus est. Quam
 verò plura, & quam absurdiora monstra in Aristotelis opinionem
 inuehit opinio altera, secundum quam elementa in mixto non solum
 materia sua sed etiam tota substantia inesse creduntur? Excipies,
 eo modo tamen nullum amplius inter generationem ac mixtionem,
 quæ tu duo turpiter alioquin confundere consueisti, super futurum
 discrimen: Respondebunt illi, mixture naturalis rationem, quam
 Aristoteles primorum ac simplicium corporum, quæ ille rerum
 omnium generabilium elementa esse credidit, (& falsò credidit)
 causâ duntaxat descripsit, à generatione eo differre, quod in hac
 unum contrarium mutetur in alterum: in illa verò vtrumque pereat,
 & in οὐταρξίᾳ, καὶ νοῦντι vertatur, in quo seruetur vtriusque dū-
 vaux. Sed longius prouehor, quam putaueram. Ad rem itaq. Calor +
 natius in mammillis dissimilibus illis sanguinis portionibus se mi-
 scens, easque agitans ac subigens totidem dissimiles naturas procreat,
 quæ eo modo, quo diximus, inter se confuse, quasi sub unam formam
 oculis nostris apparentes, appellationem Lactis obtinuere. Hoc liben-
 ter concedemus: illud verò minimè. Lac unū esse naturale mixtum:
 mūcio minus illud: Lac generari ex caseo, butyro, sero, contraham
 iam

iam in angustam quasi summam omnia hæc, cum serum, butyrum, caseum, lactis esse materiam affirmas, quam intelligis? compositionis ne aut mistionis, aut generationis? Si compositionis; quorsum adiunctum exemplum chyli, ex quo fit sanguis? Si mistionis, lac vere mixtum vnum non est. Si generationis, è quanam schola voces has accepisti: Lac ex butyro, sero, caseo generari? Cur non deniq; monstres locum, indices lineam, vel verbulum, vel syllabam, qua Autor cap. i. lib. 4. Meteor. secundam istam tuam generationis rationem signarit? reuera enim hoc tuum est, illius non est: de cuius vnius tamen voluntate, non autem de tua, & physiologi & Medici inter se contendunt. Nos autem asserimus, Autorem illum vnam definitissimae generationis rationem, nō duas: quia vna etiam duntaxat est: primam, non secundam, quia tam illi secunda hoc loco prima est, quam prima secunda: communem mistorum omnium, non priuatam, quia priuata nihil nunc quidem plus habeat, quam communis: que ex humido & sicco, tanquam materia, non que ex elementis illis, multò minus, que ex butyro & caseo fit.

P A G. 18. & 19.

Arbitrantur nonnulli, eam sic ab artifici-
ali &c.

"

"

Simplicem generatiouem ab Autore nostro dici opinaris, quia Com.
communis, & quia non ex mista alia materia, sed ex Elementis pri-
mò fiat: Naturalem verò, ut vel artificiose opponatur (quo affers
magna & inaudita miracula: fructuum nimirum industria homi-
num, aut citius, aut serius, venustiore forma, aut etiam medicata
venatorum: herba paucarum horarum spacio producet: Vitis de-
nig; cuiusdam, palmitum benè longorum, cum aliarum oculi rix
cœpissent erumpere: que omnia tu appellas mixta secunda) vel vt
contra ~~tuū~~ atq; omnino imperfectam generationem, vel vt
k ij contra

+
Vit. Var. C. fol. 11;

contra animalium generationem distinguatur, in qua non sola natura, verum etiam anima rationem efficientis habeat, cum tamen simplex ortus a primis qualitatibus efficiatur. Atque his melius Spudastum tuum, ne hiscere quidem volentem amplius, bene pastum ac saturum dimittis. Primum, quid opus est in re leui tantopere tumultuari, atque in re plana istiusmodi ambitiosas excusiones affectando pilum (ut dicitur) in ouo querere? Autori nostro simplex generatio illa est, quae non rei simplicis, ut recte monuit Albertus, obliquè accepit Erastrus, sed, ut alibi, quae substantie, non accidentis & mistorum omnium perfectorum communis (hoc enim vult illa vox ναθόλας) id est, per quam mixtum, siue hoc, siue illud, ut mixtum tamen existit: Non ex Elementis primo facta, ut tu somnias (cum Autor de elementis ne vel meminerit quidem) sed ex humido & sicco, quodcunq; demum illud sit: cum suo quodq; mixtu cōstet. Idem Olympiodorus cū Alexandro voluit. Et reuera nunquam & nusquam aliter usurpatam vocem hanc Generationis simpliciter in Aristotele inuenias. Ut dupli nomine demirari hic Erastrum libeat: Primo, quia supra contendet, Aristotalem nunquam a communi loquendi consuetudine discedere solitum, hic tamen & alibi sēpè, ut videbimus, vel nolentem eum cogat, non a communi modo, sed etiam a proprio & sermone & sensu discedere: deinde vero quod ab alijs Interpretibus allata, tam male ac perperam accipiat, ut videatur nonnunquam data opera seipsum ludibrio doctis viris exponere voluisse. Naturalis autem Generatio dicitur, non ut contra μόλυνσυ δισtinguatur, quasi sit idem hoc loco naturalis, quod perfecta & absoluta: cum tam perfecta quam imperfecta Naturæ ipsi adscribatur. (Ἐοίμ γερὴ καὶ φύσης θυσθανατῆρ κοῦν οὐδὲνα θεῖανώσου, οὐδὲ τιθέντω τῇ γενέσει τὸ πέρας. 4 de ort. animal. cap. 7.) sed nec ut opponatur violentæ generationi: (quidam enim rentur, ut interitus naturalis definitur esse is, qui vi non fit, ita & generationem illam intelligi naturalem, quae naturæ ductu, atque ordinaria via

via citra violentiam progreditur, cum præsertim in 2. de ort. & inter. expressè doceamus, vim naturæ opponi, & id quod violentia sit, ei quod naturaliter) nam definitio ab Aristotele tradita tam violentia appellatæ lib. 5. phys. cap. vlt. quam non violentia generatiōnē aptè conuenit: multo etiam minus, ut ab Animali ortu discerneretur, siquidem hęc etiam naturalis dicitur ab Aristotele 2. Phys. cap. i quo loco accretio, decretioq; naturales appellantur motiones: & iure, cūm anima ipsa quoq; natura quædam sit, ut expreſſe habetur i de part. animal. cap. i. & colligitur ex 2. Phys. cap. vltim. preterquam quod Aristoteles secundum Erafisti cabalam, hoc loco vel primam & simplicem mīstionem, vel secundam & compositam definiat, quæ ab anima est, nihil etiam, quo ad hoc intersit: quia vel spōntē, id est, naturæ illius uniuersalis ductu, vel animæ opera, per mīstionem generetur aliquid, semper agentibus qualitatibus, certa ratione materiam in patibilibus qualitatibus positam, vincendo, sūnientibus, id sequatur. Nihil rūspiam (inquit Galenus) de specie in speciem permutari, absq; duabus patientibus, reliquis vero agentibus qualitatibus, potest. Ergo naturalis ortus hoc loco idem intelligitur, qui lib. i. de ortu atq; inter. cap. i. nempe, ut Philoponus docet, Artificiosò oppositus: qui etiam ipse in simplicem, & non simplicem diuiditur, ut Auerrhoës ex Aristotele docuit. Dicitur autem simplex, qui substantia est, cui, ut audiēmus, opponitur Generatio secundum partem, quæ alteratio dicitur. Errat autem Erafus, qui generationes eas pro artificiosis nobis venditat, quas Aristoteles violentias quidem, sed non tamen artificiosas appellat, lib. 5. phys. cap. vlt. ex quo loco ritis palmites ante constitutum aliás à natura, præscriptumq; tempus, insignem in longitudinem excreuisse, herbamq; paucarum horarum spacio esse pronatam, non pro inauditis miraculis esse habenda, discere potuit. γενέσει κοιναὶ αὐξήσεις οὐχ ἐμαρτυρέναις (audimus Aristotelem non distinxisse τὸ ἐμάρτυρεν ἔπος; φύσεος, quasi natura nihil sit aliud, quam Fatum, id est,

ordinaria Dei potestas) nominat motiones huiusmodi, cuiusmodi sunt
 ἀ τῶν ταχὺ διὰ τρύφην ἐκόπτων, καὶ οἱ σῖτοι οἱ ταχὺ ἀσθένοντεις:
 Sed naturae tamen atq; à natura: etiam si, non dicam contra naturae
 ordinem ac rationem, sed ante præscriptum duntaxat ab ea tempus
 (qua ratione solum præter naturam habentur) hominum arte indu-
 striaq; promoueantur. Quin dicat etiam Erastus, cerealium, fructu-
 umq; omnium ortum esse ab arte? Sunt igitur ambo isti ortus à na-
 turae: & in vtroq; ordinem ac rationem eandem Natura seruat, nisi
 quod in priore seipsum promouet, in posteriore ab alio excitatur, &
 quasi impellitur. Ut hinc appareat, quām soleat disputator noster
 propriè loqui, immò verò & quām constatiter. Nam secundū ipsum
 definitur ab Authore nostro Generatio prima simplex: Iam mira-
 cula rerum, que recenset ipse, non ad primam, sed ad secundam &
 compositam, ut ipse appellat, generationem, suo iudicio pertinent, &
 non comprehenduntur Aristotelea definitione. Ergo frustra colla-
 tio illa naturae atq; artis huc adhibita. Deinde Galenus primam
 ipsam ex elementis generationem, solo plantarum exemplo monstrat
 lib. 8. de placit. Hipp. Erasto autem plantarum generatio, secunda
 est, non prima. Cui præstabimus fidem? Neutri Sed perpendamus
 alteram eiusdem sententiam. In arte (inquit) nullæ fortasse
 generationes efficiuntur. Quid illud fortasse? Hæsites tu,
 cum spudaste tuo, quamdiu libet. Nos hic, quid verè dicendum sit,
 optimè nouimus. Et quasi nesciremus lib. 1. phys. cap. 5. & 7. atq; ali-
 bi sexcentis in locis exempla nobis artificiose generationis proponi
 atq; explicari: 7. autem Metaphys. cap. 6. ortum artificiosum cum
 naturali conferri, & Generationem in naturalem, artificiosamq; ex
 spontaneam diuidi. Materia sua quedam artis est, suæ item formæ
 artificiosæ sunt, à naturalibus differentes, & accidentia sua, per quæ
 non simpliciter fieri aut domus, aut statua, sed hoc vel illud dicitur.
 Statuam inquam aut domum ἀτάλως γίνεσθαι dicimus: & dicimus
 quoq; albam vel nigrum fieri. Audi Simplicium: neq; rœp αὐτή^{οὐσιώδης}

οὐσίας γένεσις, ὅταν ἐν σφράγεσσι ἀνθράκαις γένηται. Et paulò ante: η
ὕδωρ χύμα εἰδός, οὐσία τοῦ ἀνθράκους δίνειν, ἀλλού ποιῶντας, ἀλλο
χωρὶς καὶ οὐκ ἀλλοῖοι γίνεται τὸ ἔιδος: εἴ τοι σφράγεσσι ἀνθράκαις γέ-
νεσις. Quomodo autem artificiosa formæ cum naturalibus collatae,
pro accidentibus habeantur, si nondum didicit Erastus, qua con-
scientia disputare de putredine, contra omnium aliorum Philoso-
phorum sententiam posse se, professus est?

P A G. 19.

Est μόλυνσις velut inchoata quædam mistio,
quæ ad finem Naturæ propositum per-
duci non potuit.

“
“
“

Confundit rbiq; Erastus Generationem cum Mistione, cum ta- Com.
men hæc non sit illa, si Aristotelî credamus 1. de ort. atq; interit.
cap. vlt. quod testatur Auerrhois 2. de ort. & inter. com. 48. Mi-
stio dicitur mîo, vel compositio elementorum quatuor, quæ mutuo
inter se, tota per tota alterantur. Spectatur hæc igitur in duobus,
in unione partium minimarum substantie, & commutatione confu-
sioneq; mutua potestatum: sic inquam docent Proceres isti, quorum
phantasma Erasto numen est, vt video, atq; vt suo videbimus loco
clariss. Sed Generatio ab Autore nostro definita, cui fortasse illud
idem mixtione phantasma, inanis tantum imago esse visum est, non
sic: Non enim substantiarum Elementorum unione, & primarum
qualitatum alteratione, sed finitione, terminatione q; duntaxat, se-
cundum certam rationem definitur: quæ a duabus agentibus qualiti-
tibus, in patientes reliquias proficiscitur. Sic enim Aristoteles 1.
de ort. & inter. cap. vlt. misse ēstī πᾶρα μικτῶν, eo scilicet modo,
quo declarauerat, ἀλλοιωθεντῶν ἐνωποῖς: hic vero ēstī δὲ ἀτακτικὴ
phantasma γένεσις μεταβολὴ ὑπὸ τάξιον πᾶν αὐτόμενον. ὅταν, ἔχω
λόγον etc. Sed cuiusmodi commutatio? non certè ἀλλοιωσις illa
mutua

22.

mutua per primas actiones: verum alia, nempe finitio & copulatio, secundum quæ etiam opera, qualitates agentes definierat paulo ante: Ideoque cum docuisset in Mistio perfecto per putrefactionem, quæ maxime opponitur generationi simplici secedere partes humidas à siccis, subiicit: ἐκ τέτωρ γαρ οὐ γένετο νεὸν ὡρίδη τῷ θεῷ, ἐγγαγμένων τῶν ποιητῶν. Profectatus antea sum, nolle me hoc loco attingere illa, quæ in Aristotele Philosophia, defendi minus posse reor: sed ea duntaxat indicare velle, quæ in Erasti disputacione reprehendi debent, etiam si Aristotalem per omnia recte sensisse, & per omnia rbique sibi constitisse, maxime credamus. Mistio inquam Aristotelis est, non cum unum superat prorsus, & alterum ex toto superatur, sed cum τὰ μικτὰ viribus quodammodo paria, ita inter se vicissim agunt, ut utraque ex sua natura in eam mutentur, quæ dominatur: cum hoc tamen, ut eorum unum non se vertat in alterum, sed utrumque in tertium, quod sit μεταξὺ καὶ κοινόν. At Generatio hic est, cum duo quedam ita finiunt atque effingunt reliqua, ut ipsa vicissim, neque finiri, neque fangi dicantur. Profectò, etiam si Generatio existere citra mistionem nequeat, non propterea tamen mistio generatio fuerit: Ideoque reprehendendus venerit Erasmus, qui mistionem id dicere sit ausus, quod nullus unus aut usquam interpres Aristotelis, vel Græcus vel Latinus, vel Arabus dixit. Non inquam quid nos velimus hoc loco, sed quid Aristoteles voluerit aut voluisse videatur, fideliter exponendum fuit: cum de putredine ex unius illius sententia, non autem ex nostro cerebro disputare instituerimus. Accedam iam ad ipsam rem proprius. Mutatio, quam hoc loco Philosophus generationem appellat, est opus calidi & frigidi duntaxat, ut agentium ac mouentium: humidi autem ac siccii, ut materiæ ac patientium. Hic murus aheneus esto: Vel alium, quam nos habemus, nobis isti, qui de actione ac reactione hic meminisse voluerunt, contextum Aristotelis proferant. Alexandri certè verba in consimili disputatione, è quibus integrum aduersus istos construere demon-

demonstrationem possumus, hæc sunt: οὗτοί τοι τὰ ἀντίστοιχα ποιῶντες
 ἀποτελοῦνται τὸν πομπονίαν τὸν ὑπό τοῦ αὐτοῦ τοῦ πομπονίου τοῦ Ρε-
 ἐτίσμερού διctum hic à Pomponatio & Montisancro, non unam
 qualitatem, cum altera eiusdem contrarietatis, ut in mixtione; sed
 unam contrarietatem cum altera conferri: quarum hæc quidem, ut
 materia sit, nihil agens, mouenda, subigenda, finienda, illa vero ut
 agens, nihil patiens, sed mouens, subigens, terminans: etiam si
 alibi potestates Elementorum omnes, ipsaq; adeò elementa quatuor,
 respectu formæ mixti, non autem (ut hic) generationis respectu in-
 ter se collatae, materia similarium esse dicantur. Ergo (inquit Ari-
 stoteles) mutatio, quam illæ facultates agentes in materia, quæ est
 in patibilibus qualitatibus posita, secundum certam quandam ra-
 tionem, id est, inducenda formæ conuenientem rationem, vincendo
 afferunt, simplicem constituit ortum: Nam si non vincant, non po-
 terunt absolute cogere, atq; omnino mire & continere patientes, ut
 inde mixti perfecti sequatur generatio. Fiet igitur in ijs quidem,
 quæ secundum partem gignuntur, μολύβδις quadam in ijs vero, quæ
 simpliciter & absolute, Putrefactio: et si etiam omnino, non autem
 certa quadam analogia, sua vi superent, nequam & nunquam au-
 rum potius, quam argentum, vel hoc, quam illud, aut os, quam ca-
 ro generabitur. Typum quandam generationis huius, si quis cupiat,
 is habet præter alia loca, quod consulat caput 4. lib. 2. de gen. a-
 nim. ubi partium similarium ex semine ortus explicatur: atq; etiam
 cap. 2. lib. 3. eiusdem tractatus, quo generatio pulli ex ovi partibus
 edifferitur. Nobis hoc loco plura non lubet addere, ne dictum (ut dici
 solet) agamus. Satis enim & superq; à Preceptoribus olim nostris,
 presertim vero à Mercenario Montisancro Philosopho certè nou-
 vulgaris atq; in Peripatetica disciplina excellentissimo hic dictum
 est, quo posset intelligi, distare multum generationi hoc loco exposi-
 ta notionem, à Misticone, quæ lib. 1. de ort. atq; inter. definitur: respon-
 sumq; ab ijsdem satis (quantum dico responderi pro Aristotele po-
 tuit,

*Vetus
zio.*

*Montesan-
cti, a. s.*

tuit, non autem, quantum pro philosophia debuit) ad ea, quæ opponi solent: ut quæ aliâs tricis inuoluta multis videbatur, sententiam Aristotelis, unde & usquequaque euolutam eximerent, atq; extricarent. Sed hoc loco libenter ex Eraſto cognoscere velim: utrum ex rustica & plebeia loquendi consuetudine, vel ex propria potius autoritate & hoc, prout id Eraſtus accipit, Autor μόλυνσιp istic appellat. Dicat, inquam, obsecro nobis, atq; indicet Rusticum, qui generationis simplicis ac naturalis defectum, cum dico vi mouentium qualitatum imbecilliore ad ὅρη p. peruenire materia, & finem à natura institutum assequi, in simplici generatione nequit, nominet μόλυνσιp. Perpessionem hanc in re iam consistente, cum dico, non iam simpliciter fit, sed ex parte fit, nempe, coquitur, elixatur, assatur, maturescit, ab efficientibus qualitatibus fieri, dicunt & fatentur omnes, etiam Coci, quatenus non plane deponere crudum succum res V. G. in elixatione ob defectum atq; inopiam caloris humidi potuit. At μόλυνσιp non nisi sapiens, ex Eraſti sententia, simplici generationi ex parte opposuit: Dixi autem ex Eraſti sententia, quia secundū Metochitæ (quam nos veram esse putamus) interpretationem, nec sapiens quoq; opposuit. Apud Theophrastum quidem lib. 4. de caus. plant. cap. 10. leguntur haec: Quum terra calore turget, si ei committantur semina, non diu sub ea detineri: sed quemadmodum etiam, cum in aquam calidam coniiciuntur, nulla immaturitate præueniri. prouindeq; citò in segetem erumpere, οἰδεμίαρ γαρ λαμβάνει μόλυνσιp: sed locus ille, quem Eraſtus adducit, ex 4. de gener. animal. cap. 7. nostram potius confirmat sententiam: Minus inquam vulgo esse uisitata vocabuli huius significationem hanc, sed ex vulgari translatam ad aliud, & sine protestatione tamen πάχει γαρ ταῦτο τὸ κύκλω (inquit) εἰ τῇ μητρᾷ, ὥσπερ εἰ τοῖς ἐπομένοις τὰ μαλακά μενεῖ, quasi non dicat, Molam in utero esse μόλυνσιp, sed quid simile μόλυνσε: Ideoq; etiam Philoponus in Comm. ad istum locum haec loquitur, περὶ ὧν μεμολυμένων (inquit) ἔργου ἐν τῷ

δὲ πῶν μετεώρωρ : in quo libro de ijs, quæ μόλυνσιν in generatione secundum partem, non autem generatione simplici patiuntur, non nisi ex vulgari consuetudine loquendi disputatum est : μόλυνσις δὲ ἀπεψία μὲν ἐναντία δὲ ἐψήσει. Sed nihil his iam opus est. Autor noster non opposuit Generationi simplici Molynsin, sed Generationi secundum partem. οἷαρ δὲ μὴ ιρατη, κατὰ μέρος μὲν μόλυνσις Ο. Quæ verba aptissimè explicauit Metochita in hunc modum: Si autem non superant, in ijs quidem, quæ in parte, non autem in ijs, quæ simpliciter & absolute gignuntur, Inquinatio sit. Idem dixerat Alexander his verbis: εἰ πῶν δὲ τὸν κατὰ μέρος ἀθένεαρ τὸ ποιῶντος τὸν ἀπεψίαρ ποιῶν, λέγει. οἵτι τῷ σὲ διν τινὶ γένεσε, οὐδὲ κατὰ μέρος θλαξ & πλῆκτον, ἐναντίον ηρῆ νοιούρ σημεῖος: quid clarius aut ad Philosophi mentem aptius? Ergo explicandum iam nobis, quod Erastus assequi minus potuit: Simplicem ortum intelligit Autor hoc loco, qui substantia est, & secundum totum dicitur lib. I. de ort. atq; inter. cap. 4. à qua distinguit ortum non simplicem, id est, secundum partem, & qui nihil est aliud, quam alteratio quædam. Igitur ortui simplici putredinem, ortui vero particulari μόλυνσιν opponit. Pro cuius rei recta intelligentia sciendum: Simplicem ortum hoc loco ab Auctore definitum, natura sua cum τῇ πέψει (absoluta inquam illa) & prima, secundū quam nutrimentum, nutriendæ partis formam adipisci dicimus) conuenire, quam cap. 2. ac 3. explicabit nobis: est enim concoctio aliud nihil, quam ortus quidam. Quid porrò Autor de illo scripsit? Hæc Ο tot: Simplicem ac naturalem ortum esse mutationem ὑπὸ τῷρ πυνάμεωρ ποιῶντῷρ, οἷαρ ἔχωσι λόγοι δὲ τῇσι ὑποκεμένης ὑλης, Εκάστη φύσις. αὖται δὲ εἰσὶ μὲν δια πυνάμεως παθητοι. γεννῶσι δὲ τὸ θερμόρ νοητού ψυχού, καταστάντα τῆς ὑλης. cap. I. Et paulo post: εἰ ταῦτα γαρ ἔγενετο νοητού διάθετο τῷ μητρόν, ἐργαζοε μενωρ τῷρ ποιῶντῷρ. Iam eadem prorsus verba de concoctione repetuntur ab eodem cap. 2. & 3. Hoc tamen Concoctio à Generatione separatur: Primo, quod latius patet: non enim omnis profine

habet phisicā ὁραὶ θεοῖς, νοῆταισιν, ut cap. 2. traditur: Deinde quod quamvis in animalibus (aut, si placet, etiam in non animatis) per coctionem, mutatio fiat in nouam substantiam, intereunte priore, quoniam tamen illa ad fouendam, conseruandamq; meliorem naturam, quæ eadem numero manet, refertur, ideo perfectio esse dicitur, non interitus prioris substantiæ, aut procreatio nouæ: qua etiam ratione nutritionem à generatione differre Gal. 1. de fac. nat. docuit: Igitur Aristoteli simpliciter generari hoc loco est, determinari humidum siccō, ac calore vincente, secundum certam rationem, ad nouæ speciei procreationem: quæ seipsa existere atq; esse intelligatur, cùm prius non esset. Generatio verò secundum partem est communatio siue alteratio, quæ earundem primarum qualitatum vi accidunt corporibus, eandem omnino substantiam ac naturam retinentibus. Ortui simplici opponitur corruptio simplex, quæ dicitur putrefactio: Ortui secundum partem ἀπενίκη, quæ ad putrefactiōnem atq; interitū pertinere dicitur: quia & ipsa sit effectus languidioris, aut aliâs imoderati caloris, atq; in deteriorem naturæ habitum mutatio quedam: proindeq; putredo κατὰ μέρη appellatur. Hec tam plana & perspicua sunt, ut qui ea non intelligat, is planè sit stupidus.

P A G. 19. 20. *mij 15.*

” Interpretes rectè excusant &c.

- Com. Apparet omnino, non intellexisse Erastum, quid hoc loco Autori 23. nostro sit Generatio. Summa enim illius sententia est: Qualitates duas agentes appellari, quia maximè agant, minimum patiantur (quod omnes interpretes dixeré) cùm non sic mutent atq; efforment materiam humiditas & siccitas, ratione caliditatis & frigiditatis, quemadmodum hæ ratione siccitatis & humiditatis, eandem alterant atq; effingunt: nam (inquit) humiditatis & siccitatis causa, materia corpus recipit, seu consistentiam, & facile ac difficulter fin-

ter fingi & figurari potest: idq; vult placuisse Græcis & Arabibus. At hoc non est minimū agere, sed est merè pati, & nihil agere. Latini verò, Graci, & Arabes, nunquā & nusquā de his rebus, tam insipide, atq; (vt ita dicam) febriculose locuti sunt. Qui enim dicant illi, hīc materiā recipere corpus propter humidū & siccum, cūm do-
 cuerint alibi, vel materiā ipsam per se esse corpus vel saltem ut sit
corpus habere à coetera forma dimensionū triū aut ab aliis (cor-
 poreitatē appellant) que substantia sit, non quantitas. Tu verò etiam
 qualitates in hanc scenam introducis: & audes Græcos atq; Arabes
 Philosophos, tam monstrosarum phrasum, authores facere. Ecquid
 etiam est tuum illud figurare? an & hoc calorū est? tibi quidem,
 sed non Authori nostro, qui hoc eodem libro cap. vlt. calorū quidem
 ac frigoris motione, ita cogi partes humidi ac siccii vult, vt inde exi-
 stat V. G. ferrum aut os, qua quatenus partes sunt ~~equo usq;~~ &
non etiam instrumenta, nullam figure speciem obtinent: cūm adem-
ta figura continuitate, non s. uero usq;, sed instrumenti duntaxat
perimatur ratio. Sed sena tamen aut vertebræ, quod figuratum iā
 ferrum & os est, non qualitates mouentes, sed huius quidem Na-
 turam, illius verò Artes esse causam. Quod tamen etiam sic intel-
 ligendum venit, quomodo ab Aristotele lib. 2. de ort. animal. cap.
 I. expositum est. Dura enim & mollia, rigida & lenta, & quicunq; alij affectus, partibus animalis insunt, à caliditate aut frigiditate
 manare quidem possunt, sed ratio, qua iam caro aut os est, ab illis
 profici sci nequit: verū à motu habent originem, qui ab eo est, quod
 re ipsa tale est, quale potestate id, ex quo gignitur. Nisi proprijs
 vocabulis philosophando res exponantur, quando futurus litigandi
 finis? Mentis interpres una oratio est: hanc igitur apertam & si-
 gnificantem esse decet: atq; ibi potissimum, rbi proposita disputa-
 tio, metaphoram respuat omnem, ne vera falsis, & perspicua ob-
 scuris inuoluere velle videamur: quod iam Sophistæ, non philosophi
 est. Materiam causā humidi ac siccii subiici per pessimibus illis quas

Autor noster recensuit, agentibus calore & frigore, constanti animo & ore dicent Græci, dicent Arabes, dicent Latini: Verba tua verò hominis esse, qui titubando philosophetur, & philosophando titubet, etiam dicent. Autor ipse (cuius tu tamen illustrare mente, non obscurare debuisti) longe liberaliore & candidiore animo nobiscum hic agit. Audi: τὰ δὲ ἔκρα καὶ ὑγραὶ ἐγιργάλενα: Hæc enim illi materia est: αὐτὰ τε κατ' αὐτὰ, νοῇ δοσα κοινὰ ἐξ ἀμφοῖρ σώματα καθέσκεν.

PAG. 20. mihj 14.

„ Accedit alia quoq; causa &c.

Com. Noua & admiranda subtilitas. Quæ planissima sunt Erasto, & quæ in oculis etiam (ut ita loquar) omnium defixa, cur tuis istis, terra mariq; conquistis, & quam longissimè petitis emblematis obumbras atq; infuscas? Quæritur hoc loco, cur Aristoteles ex quatuor primis qualitatibus duas actius esse, paſſiuas autem duas alias doceat: siue quod idem est, cur subiecta, quibus adsunt primæ qualitates quatuor, propter calidum & frigidum, agere tantum, siccii vero & humidi causâ pati solū dicantur. Tu ad hoc: quia humiditas (inquis) & siccitas, seipſas extra subiecta sua non possunt proferre, citra transitionem partis alicuius substantie, cui inhærent, instar caliditatis & frigiditatis &c. Quid iam hæc ad questionem? Esto inquam hoc calidi & frigidī priuilegium, ut in vicinum corpus atq; affine, citra ullius materiae transitum ſe promoueant atq; insinuant: an propterea in ipso congreffu ad generationem, agere tantum, & non etiam pati debent? Cum in siccii aut humidi materiam ſe promouebit calor aut frigus, extra ſuum subiectum expansus, hebetior eius actio futura est. Refiſſet enim acrius humor in ea, quam iam ſibi occupauit, ſede, & aduenientem hospitem, vel hostem potius, nullo, cui impunitatur, ſubſidio comitatum, facilius excludet.

*Proprio
eratiza
rio.*

cludet. Sed perpendenda diligentius hæc sententia est : Calorem &
 frigus extra subiecta sua se expandere, & absq; substantia sue
 transitione, in res dissitas promouere. Nego id : Qualitas enim de
 subiecto in subiectum non migrat: ideoq; non nisi in suo se propagare,
 atq; induere in alienum potest. Accidentis enim essentia est in-
 herere, neq; separatur nequam à subiecto suo accidens : multò mi-
 nus mouetur: non est enim corpore, quia non habet in se materiam
 aliam, præter eam, in qua est : (alioquin enim esset substantia, ut
 audiuisti supra, & substantia in substantia) non igitur in loco: non
 ergo per se mouetur, sed in subiecto suo, cum subiecto suo, propter
 subiectum suum. Etiam ne frustra laborem, hic adducendo Aristote-
 telis loca, quæ in promptu sunt omnibus, & quibus ista millies in-
 culcantur ? Falsum est igitur, extra subiecta sua, caliditatem ac
 frigiditatem proferre seip[s]as posse, cum nusquam sint, nisi in sub-
 iectis suis, immò verò extra subiecta sua nullæ sint. Aristoteleum
 principium est hoc : In sitam uniuersitatem, eternitatis appetitionem:
 hanc enim imaginem sui, in rebus à se productis, elucere voluisse il-
 lum, qui solus eternus, sine principio principium, & sine fine finis est,
 lib. 2. de ort. atq; inter. cap. 10. In animalibus autem per generati-
 onem, in alijs omnibus per mutuam, vicissitudinariamq; transmutati-
 onem fieri propagationem hanc. Si igitur omne physicū agens, agendo
 repatiatur, & mutans, mutando mutetur, quî fiat id citra subiectam
 materiā ? Hæc enim est, quæ à contrario etiam imbecilliore patitur:
 cum contrariū nullū, alteri materia sit: sed quod actu calidum est,
 frigidū esse potest, & quod actu frigidū, potentia calidum est, pro-
 pter adiunctam vtriusq; contrarij capacem materiam. Nego igitur
 alio modo niue et glaciem, proximis quibusq; rebus frigiditatem suā
 communicare quam aqua aéri suam impartiatur humiditatem. Ap-
 paret tamen oculis Tytiri tui, Vapore hinc exhalare aliquos, inde
 nullos. At sapienti vtrinque : qui aqueos illos vapores etiam esse fri-
 gidos dicet : ergo & per vapores quoq; aërem frigescere ; non citra

ure neq;
 aucti
 simoni.

vapores item niue & glacie rigere eundem, etiam si è re solidiore minus illi conspicui sint: Terram aridam exsiccare iuxta se posita, quos, aut quales tamen ex ea vapores exhalare conspicias? Et igne elementum, quia siccum, & quatenus siccum exsiccare, persuasiſſe Furnio etiam tuo, Antiquarios istos: quinam autem ab illo halitus? In summa, que Tytirus vehicula constituit humiditatis ac ficitatis, eadem sapientes statuerunt caloris & frigoris: & quem idem proponet propagationis horum, in proximam quamq; materiem, eundem hi propagationis illarum, in circumstantia corpora progressum exponent. Tantum dicent, calore & frigus, efficaciores esse qualitates, alteras verò tardiores, hebetioresq;: Huiusq; problematis rationem à fine illam esse, quod calor frigore temperatus instrumentum Naturæ, sit ad omnem generationem. 5. de ort. animal. capit. 9. 2. eiusdem tractat. cap. 3. & 4. Nihil enim plus habere qualitates has, quam ut sint instrumenta agentis ubiq; ac mouentis Naturæ. 4. Meteor. cap. 5. Quod ibidem annotauit quoq; Olympiod. & 2. de ort. atq; inter. cap. 9. Alteram à materia: cuius tenuitate promptius subiens qualitas, & per alienam materiam, intus, extra, & vndiquaq; permeans, eam sibi adsciscat, ac suam illico faciat. Sic autem esse, & hæc, & ista, & illa, & singula, que in vniuersa rerum natura sunt, voluisse illum, cui & esse & viuere, queq; dico suum, & hæc quidem obscurius, viliusq;, alia nobilius & evidenter acceptum referunt. 3. lib. de cœlo cap. 9. Non te adhuc sinam, sed paulisper, tam libenter alioquin diuagantem, etiamnum exercebo: ut mihi per te liceat, quod tibi per nos licere vis, & concessam tibi digrediendi licentiam, ego quoq; usurpem. Mutua Elementorum transmutatio, si Aristotelem audiamus, fit cum tertium elementum ex duobus, communem nullam obtinentibus qualitatem, tanquam alterationis materia generatur: V.G. cùm terra ex igne & aqua oriatur, terra ipsa principium mouens est, sibi simile procreans: (quicquid Theophrastus male præceptoris mentem affecitus, contraria pronuncia-

nunciauerit, initio libri de Igne) nam frigiditate sua, caliditate ioris demoliendo, siccitate verò aquæ humiditatem exhauriendo, in possessionem utriusq; materiæ pedem, vt ita dicam, ponit, ac figit. Sic cum Aqua, ex aëre ac terra generat aquam, humiditate sua terre ariditatem diluit, frigiditate verò, aëris calorem attenuat. Iam si actio humidi, in contiguam terræ ariditatem, non nisi transmigratione portionis aqueæ fieret, atq; actio secchi in humidum, non nisi transitione partis materiæ terreae, neutra iam harum integra, sed dimidiata duntaxat Generatio esset: nam existent inde Aqua & Terra, quæ partim actu erant, priusquam essent, partim potentia id est, ex ente, partim quatenus eus est, partim vero quatenus non est, per se fiet aliquid. Quod non in Aristotelis tantum, sed etiam in universa Naturæ Philosophia, monstrum est horrendum & ingens: Vel indices tu nobis tandem, quonam euolauerit illa pars Aquea: non enim in alterum contrarium versa, quia ex toto vietrix. An occupata nouæ materiæ possessione, hanc totam è se productæ qualitati, quasi mancipato filio cedens, sese aliquo abdidit? Nuge hæ, nuga istæ, quia & illa omnia nuga sunt, de quo suo loco.

IBID.

Fortasse hic alteras effectrices vocat, &c.

“

Atq; ista quoq; ad rem aptè non dicuntur. Cur enim, et si calor & frigus exhalationes excitent, agitent, densent, cogant, sursum deorsumq; mouent ad Meteororum productionem, pro agentibus potius, quam pro patientibus hæ cantur? Quid enim Meteororum effectio, quæ iam tribus precedentibus libris exposita est, ad ea, quæ in quarto hoc explicantur? vel potius, quid hic liber, ad illos? Tum concludis:

25.

IBID.

Si ad mista, & eorum generationem respi-

“

„ cias, mutuamq; elementorum transmutationem, omnes tum agunt, tum patiuntur.

Com. At Aristoteles hoc loco duas tantum agere, alteras duntaxat pati pronunciat. Et illa exhalationum suscitatio, agitatio, coactio, motio, quid aliud obsecro, quam transmutatio quedam, vel elementi rnius in alterum, vel duorum aut plurium, in imperfecto mixtum? Tua tamen Cabala docet, hic omnes qualitates tum agere, tum pati: illic has magis illud, illas hoc, id est, esse quod non est, et quod est, non esse, ut nequam sibi constet philosophia tua. Nihil inquam hoc loco Autor noster eiusmodi cogitauit, quale tu somnias: sed de simplici, naturaliq; Generatione mixtarum substantiarum loquens, eam sic definit, ut sit mutatio, quam agentes facultates, certa quadam ratione, que in patibilibus qualitatibus posita est, vincendo afferunt: antea vero pronunciauerat, Calorem & frigus agendi, humorem autem ac siccitatem patiendi vim habere: Videri enim in omnibus rebus (ev τωσιη nota) calorem & frigus determinare, copulare, mutare, durare, mollire, tam ea, que sunt eiusdem generis, quam que diversi: siccitatem vero & humorem determinari, aliasq; eiusmodi affectiones, que expositae sunt, accipere, tum ipsas per se, tum propter eas alia corpora. Ratum igitur, firmum, fixumq; id sit. Definitam hancenam ab Autore nostro Generationem, per quam Mistum omne corpus, quatenus eiusmodi, natura existit: in ea calorem potissimum artificem esse: humidum vero actionem caloris excipere. Quibus uthiq; adijciantur, humido quidem siccum, quo firmum illud ac stabile efficiatur, ut actionem calidi retineat: calido autem frigidum, non tantum, quod aiunt, ut cum modo & mediocritate quadam, que proportione ad ipsa patientia definitur, actionem illius temperet: sed ut cum hoc ipse quoq; agat. A calore quidem potissimum profici motionem, per quam consistit mistum corpus: sed frigus

frigus, præterquam quod calorem ad eiusmodi motionem aptum
 reddat, que analogia respondeat materiei, humidum quoq; ac sic-
 cum vnire, terminareq;. Ita humidum, quod ante mistionem, termi-
 num prorsus obtinebat nullum, ab agente quidem accipere, sed ad-
 misto nihilominus siccо, mediocritate quandam nancisci, per quam
 suæ partes constent, ne diffluant, ac proinde maneat terminus, quem
 calor & frigus induixerint: quanquam ipsum quoq; siccum, quia
 sine humore dilabatur & consistere nequeat, 2. de ort. atq; inter.
 cap. 8. cum terminus humoris ab agente calido inducitur, eque atq;
 ille pati censeatur. τὸ γενέρον τὸ ξηρόν τὸ διαθέσιον,
 τὸ ξηρόπευκτες. 4. Meteor. cap. 4. Hanc igitur atq; huiusmodi
 actionem caloris & frigoris esse: hanc item atq; huiusmodi passio-
 nem humidi ac siccii, secundum quam Generatio ab Autore nostro,
 nunc in hoc libro, hoc in loco, perspicuis, clarissimisq; & bene ac
 propriè significantibus verbis definita est. Copulare inquam ex fini-
 re, copulariq; ac finiri certo termino, quem aliqua deinde forma, si-
 ue hæc siue illa consequatur, hoc in loco Autori nostro esse Agere &
 pati. Atq; secundum hunc modum, & hanc Agendi Patiendiq;
 rationem duntaxat, tum Generationem hic, in hoc libro, definiri,
 tum calorem & frigus agere, ac nihil pati, contra vero humidum
 & siccum pati ab illis, & nihil vicijsim eiusmodi in illa agere, pro-
 nunciatum esse. Respondereq; hæc illis apte, que ab Aristotele lib.
 2. de ort. atq; inter. cap. 2. tradita sunt. Caloris nimirum esse, secretis
 eis, que alieni sunt, cogere, atq; in ordinem redigere illas, que sunt
 eiusdem generis, humidii nimirum ac siccii partes, in unam naturam.
 Id quod lib. 4. meteor. quest. 5. ex Philoponi verbis lib. 2. de ort. atq;
 inter. ad cap. 2. imò vero ex comment. Alex. ad cont. I. cap. huius,
 Pomponatius, & post illum Interpretes alij obseruarunt. Atq; hec
 est plana, vera & genuina loci huius sententia: ex qua constat, cur
 hic, hoc loco, in hoc libro, Auter calorem & frigus Agentia tan-
 tum esse, rimq; habere ad mouendum dicat, humorem vero ac

DISPUTATIO

siccitatem patientia. Non enim respectu formæ mixti, (qua ratione
 quibus in primis qualitates omnes, materia instar æquè habent) neq; respectu
primarum operationum: (sic enim calor in frigus, humor in siccita-
 tem, & vicissim frigus in calorem, ac siccitas in humorem agit) sed
respectu secundarum: secundum quas id quod caliditas, frigiditasq;
 in humorem & siccitatem efficere possunt, hec vicissim prestat
 nullo modo queant. Ideoq; nusquam alibi (nisi mea fallat memo-
 ria) legimus, calorem & frigus, tum humida reddere, tum exsiccata-
 re, tum durare, tum mollire humorem ac siccitatem. Que si ad sim-
 plicem Generationem restringere etiam placeat, quo pacto fient?
 Sanè non alio, quam subactis, sursum deorsumq; commotis, atq; inter-
 se compositis totius materiae partibus. Sic enim, quæ prius seiunctæ
 nimio humore diffuebant, siccis coniunctæ portionibus, aridiores
 & solidiores redduntur: contrà verò, quæ per se præ ariditate ri-
 gebant, humoris deinde appulsi, & consociatione diluta, mollescent.
 Verum in tui gratiam dubitare libet, quomodo calor componere atq;
 vnire congregera corpora dicatur. Coeunt ignis vi aqua & terra:
 num & hæc òmophiæ? Item calidum aptum est seiungere, frigidum
 verò cogere. 2. de ort. & inter. cap. 9. Quidnam siangivæ? Certè
 ḥæmosphæra. Nam ḥæmosphæra suosigilæ, 2. de ort. atq; inter. cap. 2. Ergo
 cum generatio & concretio sit ex alienigenis, non autem ex conge-
 neribus, per calorem non fieri coito & vniu ad generationem, in A-
 ristotelis schola: Per quem igitur? Per formam, ut est eodem capite
 lib. primo de ortu & interit. expositum. Idcircoq; in priore li-
 bro de anima expluditur actio perficiens ab Igne, atq; attribuitur
 formæ: atq; ibi potissimum, ubi dicitur, si anima nō esset in animali,
 clementia à se mutuo discessionem factura, quia nihil superfuturum
 sit, quod illa continat. 2. de anim. cont. 39. Ut hinc appareat, calo-
 rem non solum non vniu humidum & siccum tanquam partes in
 mixto, sed etiam opus habere aliquo, à quo vniatur ipse duobus illis.
 Reuera igitur calor coniunctione Homogeneorum non definitur,
 nisi

nisi quatenus præcipuum forme organum ad rerum procreationem
ac vitam est.

PAG. 20. & 21.

Sp. cur dicis, Putredinē contraponi Simplici Generationi, ut contrarium maximè commune?

"
"
"
"

Autor noster definita simplici ac naturali Generatione misteriū, Com.
 quatenus mīstā sunt, rationem oppositā Corruptionis, quæ Putrefactio dicitur, in hunc modum venari agreditur. τῇ δὲ πλὴν γενέσει ἐναντίον μάλιστα κοινόν, σημεῖος: Cur τὸ̄ quomodo μάλιστα contrarium? Quia ὑγρὰ τρεπότο, εἰσαχράτελο, γίγνεται τὰ σκηπόμενα: ἐκτόπιστοι γάρ ἐγένετο καὶ ὡρίδητο ὑγρῷ τὸ̄ ἔκχορόν, ἐγγαζομένων τῷ̄ ποιητικῷ. Id est, quia, quemadmodum per generationem mīsti, terminus quispiam, humido et sicco vnitū inducitur, inductusque in eisdem conseruatur, calore vincente μέτα λόγῳ sic per simplicem corruptionem, quæ Putrefactio est, attenuato, rictoque calore, ut iam τὸ̄ δρίζον τὸ̄ δριζομένη superius sit, aboletur terminus ille, factoque diuertio, secedit à sicco, et vndiq̄ effluit humor, Sed quomodo κοινόν contrarium? πᾶσα γάρ ἡ κατὰ φύσιν φθορά, εἰς τόπον διέρχεται. Quasi dicat, ideo contrarium est maximè, quia non secundum partem, ut altera putrefactio, sed secundum totum rem perdit: (ac si μάλιστα ἐναντίον contraponat ei, quod est κατὰ μέσον ἐναντίον) et ideo maximè commune, quia omnis aliis, quem natura rebus adfert, interitus, ut senectus in animalibus, atque ariditas in plantis, via sit quedam ad hunc ipsum, qui Putredo nominatur. Ut enim substantiae naturales mīstae (eiusmodi autem sunt animalia, plantæ, et reliqua omnia inanima, præter simplicia corpora) alio etiam modo interire possint, nempe quatenus animata sunt, per hunc tamen unum, si naturaliter et non vi intereant, suęque naturae relinquuntur, tandem

m iij

esse

27.

esse desinant, inevitabili fato necesse est. Ergo per hunc interitum languente calore dissoluatur à secco humidum (quæ duo, sua cuig^z mixto, tam dico per primam, quam per appellatam ab istis secundam mīstionem Principia, ut materia generationis insunt) quod per Generationem, rū^e efficacitate caloris eiusdem mouentis, ἐργάζεται cum secco acceperat. Ut hinc intelligi possit: etiam si per Putrefactionem hīc definitam, abscedant a se mutuo partes humidae ac siccæ iuxta posite: atq^z enata ex iuxta positione confusioneq^z illa, temperies dissoluatur: immò verò etiam & forma Mīsti abeat, nihil tamen minus, eam non Mīstionē, sed Generationi Mixti, quatenus eiusmodi est, propriè ac formaliter contraponi. Generatio enim est ad esse formæ: Putredo ad non esse eiusdem: Generatio sit opera caloris agentis, cum mediocritatem habet ac vincit, & terminat humidum cum secco: Putrefactio sequitur, cùm a missa mediocritate illa, rūq^z adeo languet insitus calor, ut humidum & siccum superet: id est, illius efficacitate intra mīsti cancelos, retineri nequeant amplius: Generatio formaliter, est certa quedam terminatio humili per seccū commixtionem: Putrefactio formaliter, est eiusdem termini abolitio, dissolutioq^z. Hæc enim duo, Humidum dico ex siccū, sic terminata, primum constituant Putrefactionis subiectum. Id quod ex Aristotele 1. de ort. animal. capit. 16 & Thophrasto libr. 3. de histor. Plantar. capit. 2 cognosci potest. Διὸν γὰ τεώποτον, εἴτε ξηρὰ τέλθυται τὰ σκπόμενα: ἐκ τούτων δοξάρε γένεται καὶ ὕδωρ τῷ ὑγρῷ τὸ ξερόν, ἐργάζομένων πόρον ποιῶντας. Hic inquam hoc loco Autoris nostri, planus & genuinus est verborum sensus: atq^z hæc una illius mens. Vel igitur aliam nobis totius huiusc contextus lectionem proferant isti, vel sua tūm obtrudere desinant, cum aliena querimus. Ex quibus etiam cognosci poterit, nō satis prudenter affirmatum hactenus, per Putrefactionem simplici ac naturali Generationi oppositam, Mīstum in elementa, id est, quatuor illa simplicia corpora rursum dissolui. Neg^r enim hoc loco Autor de elementis

elementis verbum habuit ullum, sed de humido & sicco: quæ sua cuiq[ue] misto, tam dico per primam ab istis appellatam, quam per se- cundam mistionem, principia insunt, in quæ (sive elementa iam sint, sive illis proportione respondeant) dissoluitur, cum naturaliter in- terit. Quam verò etiam sapienter Erastus illa? Si aliquid na-
turaliter genitum, hac Putredinis specie non cor-
rumpatur, non rectè ei, ut contrarium, opponi. Con-
trarium profectò Generationi Combustio: siquidem illa calore me-
diocri, certa ratione materiam superante sequitur, ad formæ misti
esse: hæc verò supra modum vincente eodem, ad non esse. Et nus-
quam repertus est hactenus, qui combustionem esse misti corrupti-
onem, inficiari sit ausus: cur igitur eo nomine non opponatur Gene-
rationi? Sed non opponitur tamen, ut u&λισα νοὶ κοινὸν ἐναντίον:
idq[ue] rnum pronunciat Autor, quia mista, quatenus mista, ut per
Putrefactionem corrumpantur, apta sunt natura sua: relictq[ue] na-
ture sive, interibunt deniq[ue] ac desinent esse per Putrefactionem: sed
Combustio non sic: quandoquidem hæc accedit misto, & violēta est,
non secundum naturam corrumpens ipsum. Ut ex hoc etiam liquidò
constet, pueriliter errasse Olympiodorum, qui crucem & gladium
huc pro violentæ corruptionis exemplo attulit, cū non misti, verùm
animati duntaxat, quatenus animati, Interitus istiusmodi species
sint: & Erastum, qui Spudasto suo concesserit, Autorem nostrum
negasse, Combustionem esse contrarium Generationi: cùm hic ne vel
nutu quidem eiusmodi quid vspiam significarit: quin imò contrari-
um expresse afferat, cum eam nominat violētam misti corruptionē:
καὶ μῆτις φθαρὴ τῷρ φύσει συνεστῶτωρ. Εἰ γέρη νοὶ σάρκα κοὶ δὲ σπ
κοὶ διάσπι πατακαῦσω: non igitur opponi, sed maxime & commu-
niter opponi negat: quia nimis secundum naturam minime con-
ueniat Misto, cum violenta sit: quod etiam docuit Alexander com.
3. Supinè quoq[ue] ab eodem Spudasto dicitur, per Combustionem fie-
ri prin-

ri principiorum misti dissolutionem. Absumitur in Combustione humidum cum siccii portione, cedens in ignei caloris pabulum: sed in naturali ac simplici Putrefactione insitus misti calor, ab ambienti calore evictus, è mediis illius partibus extra ad hunc mouetur, eaq; propter humidum, cum nullus adsit amplius, qui cohibeat, à siccō diuortium facit: quod ipsum verè est dissolui mistum in principia sua.

P A G. 21.

” Causa non est vna &c.

Com. Tota hæc Philosophia ut importuna est, & non necessariò adjicitur, ita vndiq; scatet erroribus. Singulos percurremus breuiter.
 28. Oriri Putrefactionem ab interno misti principio scribit Erastus: oriri ab externo expreße, disertè, evidentissime dicit atq; inculcat Autor, ὥπερ & θεωρίας θερμότητος: hæc verò quænam? αὐτή δὲ εἰπεῖ τῷ περιέχοντος: & paulò antea: γίγνεται δέ σοῦ φίβ, διαρκεῖται τὸ ἡριόντος τὸ δριγόνευορ διὰ τὸ περιέχον. Hoc autem, quid aliud obsecro, quām quod Aristoteles toties repetit, nempe Aer & Aquā, vel, si velis etiam, Terra, in quibus mixta naturaliter degunt?
 Cur (inquit) in frigore minus, quām in aestate putrent mista? quia tum ἐν τῷ περιέχοντι ἀερὶ οὐδὲν ὑδατί, δλίγοντά εἰσι μόνοι, ἐν δὲ τῷ θέρετρῳ. Cur etiam, quod conglatiatum est minus tentatur putredine? quia μᾶλλον τυχρόν ἔστι, οὐ δικῆς θερμός. Sic etiam, cum querit, cur quæ mouentur & fluunt, quæ item effervescent, quæ deniq; in maiori corporis mole sunt, minus putredinem sentiant, quām contrarijs conditionibus, semper ambientis externi calorem, qui ἐν τῷ προτεστῷ, ἐν τῷ ἀερὶ, ἐν τῷ ὑδατὶ inest, minus aut magis mouendo efficacem pro causa adducit: eum verò contraponit calori, qui ἐν τῷ περιέχοντι (hoc notetur) id est, in re, quæ putrescit, inest? ἐλάθετοι γαρ ἡ ἐν τῷ ἀερὶ θερμότης τῆς ἐν τῷ περιέχοντι: Item ὁ περιέχοντα γαρ γίγνεται οὐ πάντα τῆς ἐν τῷ ἀερὶ θερμότητος κίνησις, τῆς ἐν τῷ περιέχοντι:

πρόγνωστι τροπαρχίσε. Quid clarius? Falsum igitur omnino esse etiam Vgo dicet, Combustionem à putredine differre, quia illa ab externo, hęc ab interno calore proficiscatur. Audiamus hęc Sapientum iudicia, tūm subijciamus, si non qualem deberemus, saltēm qualem in Aristotelea schola possumus demonstrationem. Albertus Magnus ad lib. 4. meteor. cap. 5 sic: In combustionē calor ignis extrahit calorem naturalem terminantem, qui exhalans rapit secum humorem, quo educto res fit arida, deinde vero etiam cinis: Sic in putrefactiōne, calor aëris externus, educit natuum, qui in mixto corpore est &c. Auerrhois autem ante illum 3. collig. cap. 3. hęc: Et iam declaratum est in 4. meteor. quod efficiens putrefactiōnis duplex est: Per se, vnum, calor externus, qui internum dispergit atq; exhaustit: Per accidens alterum, interna frigiditas &c. Et capit. 4. docet, calore tepente externo (hoc enim intelligit per frigiditatem) fieri putrefactiōnem, feruente vero & igneo, adustiōnem. Utrobiq; igitur principium mali externus est, & non internus calor. Eodem modo accipit Auerrhois verba Vgo Sen. in lib. 4. Auic. fen. 1. ad cap. de Febr. putr. & in postrema parte lib. 3. art. med. nec non concil. diff 159. licet Vgo ille in tota hac disputatione, cuius tamen se vnum esse capacem iactat & gloriatur, peruersè satis & confusè se gesserit. Petrus Pomponatius in 4. meteor. quest. 17. hęc: Putrefactio eatenus dicitur violentus motus, quatenus a principio externo, nempe à calore continentis sit. Idem Buccaferra: idem Sancto iustianus, & alij docuere, qui ex Authoris nostri, non ex propria sententia philosophari voluerunt. Hęc tantorum virorum iudicia, Aristotelea ratione illa rūcunḡ stabiluntur: quod mista, ut mista sunt, principia in se continent, viribus ita exæquata, & ad eam moderationem inter se redacta, ut vnum suapte vi agere in aliud, nullo modo queat: sed que diuersa & contraria prius erant, nunc quasi deposito ad tempus actu, vnum facta, concordi atq; amica pace, se vnius mixti formæ imperio aquę subiecerint, atq; emanciparint. Iam

si forma eadem misti maneat, eiusq; imperium etiamnum duret, qui
 possint insita elementa per se, suo repetito actu à serpis distrahi,
 atq; inimicis qualitatibus, sese mutuo iterum oppugnare? Attenuari
 itaq; (aiunt ipsi) ambientis qualitate calorem insitum necesse prius
 est, quam frigus internum vires exerere suas possit, ut illo in totum
 obliterato atq; exploso, humidum secedat à sicco. Vel sic planius.
 Calor adiecto sibi frigido mediocritatem obtinens, generationem
 efficit, per quam mistum vel hoc vel illud primo consistit, eandem
 que factam conseruat: Tamdiu igitur non dissoluetur mistio, quam-
 diu calor de suo gradu non deturbabitur. A quo autem deturbetur?
 Superat ille internum misti siccum & humidum, quæ merè patiun-
 tur, ac sunt illi materiae instar. Quid verò frigidum? Id tantum est
 (dicunt) quantum temperare calorem posset, non vincere, etiam si
 vna cum calido, frigori atq; humoris dominetur. Docet itaq; Autor,
 externo ambientis calido, educi atq; euocari internum: indeq; frigus
 internum misti, vires sumere, ὥς τέτει καὶ ἐνθετη πάχει θερμός:
 ἦδὲ ἐνθετη τοιαύτης δυνάμεως, ψυχρὸμ τῷσι, αὐμφω δὲ κατίται ἔιτε. Sed
 hinc non leuis exoritur dubitatio. Nam eodem modo corrupti mi-
 xtum poterit, si patientes mixti qualitates propter ambientis hu-
 morem aut siccitatem auctae, ita superent, ut agentibus dominantur.
 Quod item de externa frigiditate dici potest. Perinde enim est, si
 attrito alijs calore, non aucta quidem interna frigiditas, sed tamen
 superet, ac si illo alioquin non attrito, hæc, externi frigoris accessione,
 augeatur, sumptisq; ut ita dicam, ex novo commatu viribus, socium
 calorem oppugnet. Corpora nostra (ergo & alia quoq; mista) con-
 tinuò mutari, non à calore tantum, verum etiam frigore & humo-
 re & siccitate circumfusi aëris, tot locis dixit atq; inculcauit Gale-
 nus, ut citare illa, rideri ambitiosum posset: cum præsertim excessum
 cuiusq; qualitatis interitum rei consequi posse, adnotarint iam isti ex
 Hippo. lib. de nat. hum. Quid? corrupti etiam animalia ipsa sen-
 sim ab externo frigore, habemus Probl. 9. Sect. 24. cur non & mista
 ab eo-

ab eodem corrumpantur? Cessit hic Pomponatius: Hoc argumentum (inquit) male me habuit, neq; in eo ipse mihi facere satis possum. Magna est autoritas Aristotelis: sed vis quoq; veritatis magna &c. Nam quicquid post hanc ingenuam confessionem ad huiusmodi nondum extricandum, hinc inde sollicitè conquisiuit, id prorsus nihil est. Vult tandem, alias corruptiones non dici naturales, cur? quia generatio (inquit) est vincente ac terminante nativo calore: Ergo corruptio naturalis fuerit, hoc attenuato tantum ab externo, unde patientes qualitates ita superent, ut cum retineri amplius intra missione terminos nequeant, à se mutuo diuortium faciant. Sed perinde esse diximus antea, si debilitato calore, superent, vel eo integro vigescant, & vires acquirant, consociatae qualitates aliae. Quidam sic: Putredinem fieri euocato exhalanteq; calore innato: at externam frigiditatem, calorem cum humido pellere intrò potius. Verum & haec quoq; nugæ. Ut modicum frigus intrò pellat, ingens, per minima quoq; peruadens, aucto interno, calorem perdet: vt non sit hæc putredo, fuerit corruptio tamen, teste etiam Aristotele lib. de respir. At Autor hic negat, corrupti alio modo mixtum, quam per putrefactionem. Naturaliter dices: Cur autem (dicam) interitus ille solus naturalis, qui per putrefactionem? Quid vero hic alij? nihil potuerunt: alias enim tanti momenti scrupulum non disimulassent. Quid nos? Primum hoc: naturalem solum dici corruptionem, quæ per putredinem fit, quia dissoluitur mixtum in ea principia, ex quibus naturaliter per generationem coauit. Educitur enim superstes calor: quod dum fit, frigus & ipsum ad naturam suam reddit, atque humidum à fisco diuortium facit: omnia igitur principia, qualia conueniere, salua & integra, talia à se mutuo discedunt: per alias vero corruptiones, vincentibus passiuis, aut altera actiuarum supra modum exuperante, non tam secessionem, quam attenuationem, atq; aliorum principiorum sequi ruinam. Aristoteli nam esse corrupti-
nem secundum totum naturalem, quæ Putredo dicitur. Alias que

secundum totum sunt violentias, & non putredines, sed excessus in Assatione aut Elixatione, quos exustionis nomine cap. 1. & cap. 3. comprehendit, esse voluit. Deinde vero illud, quod longe verius est, Nugas esse meras, & mera delirantis phantasiæ somnia, quæcunque de quatuor simplicibus corporibus, appellatis elementis, è quorum congressu mixta existant omnia, indeq; certæ temperaturæ orientur, hactenus vulgo credita sunt. Somnia quoq; illa, de dissolutione mixti per putrefactionem in principia quatuor, ut & alia istius generis multa, de quibus suo loco & diximus, & dicemus quoq;. Affici continenter, atteri q; corpora omnia, quæcunque illa sint, contagio ambientis: animata vero, ut animata, aliam præter communem hanc, sui interitus obtinere insitam causam, certum est: certum item, quædam magis ac promptius pati, ut citò corrumpantur & naturam mutent: alia vero minus ac tardius, ut diutissimè sint, atq; ideo videantur genita, ne rnuquam intereant. Cuiusmodi autem communis affectionis hæc, atq; attritio sit, ab immoto mouente inducta, ut perpetuæ rerum ex se generationi mutuæ, corruptioni q; suus restaret in Natura locus, partim in comm. ad lib. Hipp. de natur. hum. partim in Med. animaduer. exponendum. Redeo ad Eraustum.

„ Quod naturaliter corruptitur (inquit) sensim
 „ longo temporis tractu eò deducitur. Combustio
 „ vero celerrimè omnia dissipat &c. Hanc differentiam
 inter Putredinem & Combustionem, attulere omnes propè alijs,
 quotquot de Putredine ante Eraustum disputationarunt. Id quod vel ex
 uno Alberto lib. 4. meteor. cap. 6. cognosci potest. Quid vero il-
 lud est, quod de suo adjicte Eraustus? Combustionem non
 „ magis simplicem & primam, quam secundam &
 „ compositam mistionem soluere. Quasi vero Putrefactio
 „ non omnem æquè demoliatur, atq; Combustio. Quid item illud?
 Naturalem

Naturalem corruptionem debere omnibus à natura ortis competere. Quasi Combustione tandem, quicquid ~~quam~~ mistarum ac non mistarum etiam Substantiarum in natura est, absuri non possit. Nego enim & pernego, quippiam in ijs existere, quod tandem ignis vi non perdatur. Si (inquit Aristoteles) interualla ignis plena essent, & corpora ex igne constarent, iam prius unumquodq; aliorum elementorum deflagrasset, lib. 1. meteor. cap. 2. Idq; ipsum est, quod Anaxagoreis obijciebatur : stellas, dico, non esse igneas, quia iamdudum hæc inferiora omnia combustissent. Mittam iam hic Herachiti opinionem, de qua lib 3. Phys. cont.

46. scribitur, tantum subscribam pauca hæc Aristotelis verba. τὸ ἐγχειρίδιον τὰς δυνάμεις ἀπάντωρ διατὸν οὐντικόν εἰναι. Deinde in extremo pagellæ huinis, naturalem corruptionem definit, quæ longo temporis tractu sensim accedit, cum tamen Albertus allegato loco, inuicto argumento iam antea demonstrarit, istam differentiam, quam ex ore Theophrasti lib. 5. de plant. caus. cap. 15. accepisse isti videntur, nullo modo pertinere ad constitutionem naturalis vel violenti. Modus rei (inquit) rem consequitur, cuius est modus : non potest igitur esse rei causa. Velox & tardum modi sunt, qui consequuntur tam naturale quām violentum: igitur non possunt esse causa mutationis naturalis ac violentæ. Elementorum sane motus naturalis, qui secundum locum est, & tardus esse & velox potest : Idem de violento eorundem dico. Si igitur tarditas naturalitatem faciat, & velocitas violentiam : cùm rī mouebitur elementum tarde, naturaliter moueri dicetur : & cùm celeriter secundum naturā, violentē. Verū de hoc infra pauca quedam alia subijciemus. Et quod Erastus exemplum accipit de morte hominis, nihil est : Animalia enim, ut animalia corrumpuntur à principio interno, quemadmodum declarauit Arist. lib. de vita & morte, item de respirat. Sed mixta, ut mixta, principium primum suæ corruptionis internum

habere, secundum Autorem hunc, vel Aristotelem etiam ipsum, nunquam & nusquam probari poterit. Etiam enim si Putredinem caliditati internæ, ac frigiditati internæ mixti, tanquam commune utriq[ue] adscribi debere, concedendum istis esset: id tamen per accidens & secundariò duntaxat, accipiendum, ipsa per se Aristotelis verba, satis superq[ue] indicant. Ceteræ animi partes (inquit lib. de respir.) sine vegetatrice nequeunt esse. Hec autem ipsa, ab q[ue] innato igni nequit extare: cum in hoc rno, eam natura quasi accenderit atq[ue] excitarit. Ignis autē interitus duplex, u&gavor: vog& obesie hæc à contrario frigore, confertim atq[ue] uniuersim cogente, atq[ue] utita dicam, suffocante, proficiscitur, ac violenta est. Illa vero naturalis, & non a contrario frigore, sed ab ipsomet innato calore prouenit. Cum enim augetur hic, suum absumento pabulum, seipsum absunit: augetur autem vel circumfuso æstu aëris nimio, vel cum præsenio siccioribus ac tardioribus ad motum redditis respirationis organis, ventilari satis nequit. Quid autem de Putrefactione Autor noster? Eam à calore circumfusi aëris euocante (non augente) internum, fieri? hinc frigus internum sumere vires; quoad nihil sit aliud caloris defectus, quam frigiditas. Vtriusq[ue] igitur opera, diuertium humidi à sicco consequi. Nolo h̄c Erastum, nolo item Aristotelem vexare, ne alia diuerticula tūm conjectari, cum de putredine disputandum est, velle videar. Hoc tamen significabo duntaxat. Si Aristoteli respirationis & motus cordis, calor principium est, ut verè est lib. de respir. cap. vlt. quomodo respirationis defectus calorem augebit? & auctum in sene calorem quis dicet? atq[ue] augeri eundem, indeq[ue] interire non vi animal, sed naturaliter quis afferere ausit? Humidi autē præpropera consumtio illa, quæ & cuiusnam obsecro? Atterit seipsum nativus calor paulatim quotidiano opere, attritus reficere sibi suum nequit ~~strenuus~~, vt cum Hippocrate loquar. Non igitur in senio suum depopulatur humidum, cum minus vegetus parciore etiam alimento tum indigeat, sed sensim languescēs (non

(non enim, ut Plato in Timaeo inquit, citra laborem alimenti confe-
ctio, eiusdem dispensatio, superuacuorumq; continua secretio est)
demumq; post tot exanthlatos labores, totq; inita certamina, attri-
tus, prorsus fatiscens, quia resicere sibi nequeat id, sine quo non con-
sistit, tandem ex toto deficit. Raro autem accidit eiusmodi mors :
nam marcescente calore nativo alia inde emergunt incommoda, vt
~~excrementorum~~ generatio, coaceruatio, corruptio, quorum causa,
vi, & non naturaliter interit animal. Verum & de his, que hoc lo-
co primis duntaxat, vt dicitur, labris ex aliorum gustu attigimus,
plura dicendi, locus infra dabitur. Nunc Combustionis & Putre-
factionis differentias, quales reuera sunt, in angustam hanc summā
contrahemus. Combustio est corruptio violenta, quia cum à princi-
pio externo profiscatur, accidit misto contra ipsius naturam atq;
habilitatem : Putredo autem, naturalis. Nam etiamsi à principio
externo suscitetur, attamen omne mistum, quia per unionem humi-
di cum sicco, vincente calore primum extitit, aptum sua natura est,
per putredinem, id est, dissolutionem humidi à sicco, eodem calore
deuidō corrumpi: & relictum naturæ sua, vt multis annorum mil-
libus integrum duret (alijs enim longior, alijs breuior durationis
terminus, quasi vita modus est datus. 2. de ort atq; inter. cap. 10)
diurnitate tamen & annorum numero, in hunc deniq; modum est
corrumpendum. Deniq;

Non lapides quoq; vinci cernis ab æuo?

Non altas turres ruere, & putrescere saxa?

Non delubra Deūm, simulacraq; fessa fatisci?

Nec sanctum numen fati protollere fines

Posse? neq; aduersus naturæ fædenti niti?

Lucret. lib. 5. de rerum nat. Quo etiam sensu Galenus lib. de
marcore cap. 2. senium esse interitum animalis secundum naturam
docuit. Sed Theophrastus tamen lib. 5. de caus. plant. cap. 15. Ari-
stotelis

stoteli definitionem lib. de respirat. & lib. 3. Nicomach. atq; alibi sequutus, ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, & διάνωσι moueri, pro eodem videtur accipere: contra quam hīc se explicet Autor noster. Omnino, quia appetum sua natura sit hoc modo genitum, ita corrumpi, ut diximus, cum corrumpetur, συνβάλλεται censebitur aliquid. Qua rūna vocola, propriè atq; ἀπλῶς βίᾳ, a naturalibus motionibus discernitur. Voluntur (sic isti docent) inferiores orbes a primo mobili: motus igitur ille à primo proficiscens, extrinsecus evenit reliquis orbibus: quos tamen violenter moueri negant, quia consentiant & non repugnant, etiam si proprio motu, ex aduerso concurrant, atq; in contrarias partes ferantur. Ad perfectionem (dices) contrarius iste motus est: & cuiusnam? Orbium ipsorum? Quid obsecrò commodi Saturno, cuius motus aliis est, accedit, quod ad alterius raptum seu rectionem retro agatur? Facit id (inquires) ad alterationes, generationes, corruptionesq; terrarum orbis: quem ideo cœlestibus illis circumvectionibus contiguum esse oportuit, ut ab illis omnibus eius vis administraretur, & regeretur. Sanè sic res se habet: sed idem finis in Putrefactione vim illam ab externo calore, illatam interno, sic lenit, ut non minus hic quam ille motus, esse naturalis iudicari debeat. Perpetua enim series generationis. Ideoq; omnium rerum tempus ac vita, certo quodam termino circumscribitur: ut harum interitu, in alijs consequatur ortus. Alioquin occupata tota materia, ordo & series illa ortus atq; occasus rerum perpetuari minimè potuisset. 2. de ort. atq; inter. cap. 10. II. In putrefactione igitur dissoluto in ea principia mixto, ex quibus primum constitut, habet Natura ex communi illa omnium mistorum materia, siccō inquam & humido, sui iuris facta, unde species alias ad vniuersi perfectionem possit exprimere. Idem eleganter brevitate consueta significauit Lucrecius lib. 5. de nat. rerum.

Nec manet vlla sui similis res: omnia migrant:

Omnia

Omnia commutat Natura, & vertere cogit:

Namq; aliud putreficit, & aeo debile languet:

Porrò aliud concrescit, & è contemptibus exit &c:

Omnino igitur violentum est, cuius principium ita externum est, ut ei neq; qui agit, neq; qui patitur, quippiam conferat. Etiam si autem nulla actio fiat citra patiendi potentiam: non tamen omnis potentia δράση est, de qua Aristoteles lib. 2. de phys. auscult. cap. 1. sed ea solum, que à natura est, alicuius gratia, & non secundum accidens. Ideoq; ibidem recte conclusum à Philosopho, naturalem materiam nullam insitam δράσην ad formas artificiosas obtinere: etiamsi artifex citra illius habilitatem & patiendi potentiam nihil efficere possit. Altera differentia est, quod combustio fit, aucto calore insito: Putredo autem non intus aucto, sed extra euocato. Autoris nostri ea de re verba, tam plana & perspicua sunt, ut, qui alter accipiat ea, is non nisi extreme rel. stupidus vel peruvicax esse possit. Et Olympiodorus ipse, ter quaterue de insiti caloris τάσσει τοις οὐθεὶς loquitur in hunc modum. Διαφοραίς γαρ τοι δικεῖται θερμότην τὸν περιέχοντι. Et paulò post. καὶ φυσική, διὰ γίνεται σῆμας ἐνθεῖσα θερμότητος δικεῖας, διαφοραίς δέ της τοι περιέχοντος θερμασίας, καὶ συνταγομένης αὐτῆς τῆς ἐνθούμηροτητοῦ. Item, καὶ γαρ τοι θέρμας θερμότης ἐνδιαφορῇ τὸ οἰκεῖον θερμόν. Et alibi τοι εὖ γίγεται φθορά, διὰ τὸν περιέχοντος θερμότητος δικεῖας φθον τὸ θερμόν θερμόν. Quin imò calore non aucto, sed exhausto atq; attenuato Naturalem putredinem sequi, expresse idem Interpres docet: cùm Medicos (id est Sputastum & Furnium) huic Aristotele definitioni minus acquieturos protestatur, εἰ μὲν τοι ιατροί οὐκ ἀνέχονται, ὅπερ τῆς πλεονεξίας τοι δικεῖται φυχῆς οὐχὶ ἀδικεῖας (ecce) τοι δικεῖται θερμότητος σῆμα. Sed & Alexander quoq; lib. 3. quest. nat. cap. 14. & in com. 6. ad lib. 4. meteor. Putre-

dinem fieri testatur, exhalante proprio calido, atq; vna cum eo ex-
eunte humido. τῷ γαρ ἐξ οὐ τὸ οἰκεῖον θερμότερον εἴη τοι εἰπενεί μετονομάσας. Idem Auerrhoi placuit, cum in comm: tūm in paraphrasi. Vtrobis enim per putrefactionē exolui atq; exinaniri calorē mixti ab exter-
no docet, augeri verò, quod Medici dicunt, nusquam. Atq; in promptu
est ratio. Si auctus internus calor, non autem debilitatus, putredi-
nem efficaret, absorberet itaq;, non autem secum extra educeret hu-
midum: neq; inualescente frigiditate interna, intercideret ipse (quod
tamen vult Author noster) quin imò hēc aucto- illo oblitteraretur:
sic non esset commune τὸ θέρμανθεν caloris externi, atq; interni frigoriū
putrefactio: ut verba illa sonant: Καὶ νοιοῦτο τὸ πάλιν οὐ σύντιε, τυχό-
τητο τε οἰκείας, καὶ θερμότητος ἀποτίες. Ex quo nascitur tertia
differentia: Nam per putrefactionem, euocato sensim interno calo-
re, ab externo, τὰ πατέται, que prius efficacitate illius coérceban-
tur, iam quasi soluta rinculis, facto inter se diuortio, naturam pri-
stinam, singula suam repetuerit: per combustionem autem externo
igne, internus misti calor ignitus perdit, inq; suam viuis naturam
mutat, ac vertit materiam mixti.

3.

P A G. 22.

„ Hoc suo deinde loco exponetur.

Com. Quid? Scolamné (ut dicitur) ita fugis? Siste, siste inquam, te
 29. hīc Eraste, atq; hīc te præbeto virum. Autor habet enus, etiam tuo
consensu, de naturali putrefactione tractauit, quam ille à calore
τῷ περιεχοντος suscitari tradit. Quid tibi hoc in loco περιέχοι? fu-
lignesné Ο fumi illi, quos tua fumosa putredo huc inuexit? Non
igitur hīc naturalis interitus fuerit, sed violentus: non igitur edu-
catione humidi atq; dissolutione à sicco, sed eius absuptione, aut alia
quauis commutatione sequetur. Vel potius aér, aqua, terra? Sanè sic
res

res habet. Sed quid tibi respondebis, qui naturalem misti putrefactionem ab interno principio, non autem externo fieri, supra contendebas quidem, non probabas tamen?

P A G. 23. 24.

mītī 17.

Cum Elementorum corpora ad minima
redacta & inter se confusa, &c.

“
“

Mutuo se ex OMNI PARTE in mixto tangere, ac tangi
ad minimas redacta portiones elementorum corpora, vix Plotini
discipulus affirmare ausit, cum id citra corporum seu dimensionum
penetrationem, ne imaginatione quidē concipi posset: hanc autem o-
mnibus modis à Scola sua explodat Peripateticus. Faceſſant igitur ^{impugnat}
procul hinc, abeantq; in malam crucem verba illa, MVTVO. O-
MNI EX PARTE. Sed his proſtagatis verborum monſtris,
quenam aut qualis elementorum ſuperfutura Miſtio? Nulla ſane,
niſi ſecundum ſenſum, & que nihil plus fit, quam partium, iudicio
ſenſus, minimarum, continua quædam appoſitio, connexioꝝ. Id quod
Ariſtotelem voluiſſe, notat Galenus lib. 1, de elem. & lib. 1. me-
thod. med. cap. 2. quia καθίστα temperari elementorum ſubtantia
nequeant. Igitur miſtum reuera nullum fuerit θμοιον εἰς? Atq; vel
humidi elementi ſubtantia, per ſicci elementi ſubtantiam, ſecun-
dum omnes dimensiones tranſfundetur, vel qualitas tantum ipſa,
tota, per contrariam, ut eam reprimat ac temperet, totam ſeſe in-
ſinuabit: sed illud fieri nequit: igitur hoc alterum detur oportet
quod tamen est contra Eraſti Mathematicam, qui ſupra contende-
bat humidum ac ſiccum, citra ullam expansionem ac diſſuſionem
ſubtantie, contiguas res, minimè alterare poſſe. De cætero, quæcūq;
de ratione miſtioris elementorum ſubiungit, popularia ſunt, atq; ab
iſtis Elementariis decantata millies. Ut nulla ferè ullius interpretis

o ij

vel

fol. 52.

vel Aristotelis vel Galeni pagella extet, quæ Physiologicum hoc
 mysterium, ijsdem verborum lenocinijs non referat. A qua impo-
 stura, quantum abhorreat vniuersa Physiologia, perpensum à nobis
 in animadu. atq; in Comm: ad libros duos de nat. hum. dictumq;
 (credo) satū. Libet cum Erasto nunc his paucis agere. Ait, cùm
 alterum elementum, alterius vires ita repressit ac contudit, vt non
 magis sit hoc quod fuerat, quam aliud, amicabilis vno & consen-
 sio oritur, quæ misti forma seu ἀόγος nominatur. Aio: vel con-
 fluunt in mistum elementa, summis contrarijs qualitatibus, vel
 remissis earum gradibus. Fernel. libro tertio de temper. capite
 secundo. Summis quidem ea concurrere qualitatibus voluit,
 sed repressis tamen viribus. Idem tu simia eius. Audi iam.
 Sequitur actio rim: hæc verò naturam qualitatis: quomodo igi-
 tur attenuatis viribus, eadem nihilominus qualitas, atque idem
 qualitatis gradus supersit? Qua ratione posthac Spudasto tuo per-
 suadebis, mistum hoc calidum primo, vel altero, vel tertio, vel
 quarto demum gradu esse, nisi una illa, quæ à viribus dicitur?
 Immò verò, quomodo gradus ipsos & qualitatum ordines definies?
 Primi gradus esse dicunt, quæ obscure, nec dum manifestè agunt:
 Secundi, quæ iam manifeste: Tertijs, quæ vehementer: Quarti, quæ
 summè. Tu verò quid? Non augetur aut diminuitur qualitas, nisi
 aucta vel diminuta materia, qualitas enim ipsa per se individua: igi-
 tur nec intendi per se, nec remitti potest: accessione igitur aliarum
 partium maior, decessione verò fit minor: quam etiam maior vel
 minor vis consequitur. Viribus igitur attritis aduersariam qualita-
 tem, in partem alienæ materiæ (hæc enim patitur semper, & non
 agit, vtriusq; contrarij capax) se induisse, necessum est: quomo-
 do enim non repressa qualitas, cuius materiæ portionem, contraria
 iam occupauit? Ut reuera impudens sit, qui cum ex feruentissima
 & aque gelida, paribus portionibus permiscetur aqua, enato inde
 tempore

tempore , extrema quantulocunq; illo tempore abolita esse inficietur.
 Postremò colores extremos , viribus ad moderationem quandam re-
 pressis , & non etiam qualitatibus commisceri in mediis dicent ? Cō-
 uenire igitur qualitatibus quidem summis elementa , sed viribus ta-
 men adusq; moderationem quandam remissis , vnum ex illis est , que
 fieri & constare simul nequeunt . Sed neq; si repressis congregian-
 tur qualitatibus , congruenter procedit missionis ratio . Sic enim in-
 stabit alius : Repressæ qualitates peræquæ inter se pugnant ac sum-
 mæ : neq; modo extremis extremis , sed media extremis , & sibi mu-
 tuo aduersantur . Gradus enim hanc mutat essentiam : contrarium
 contrario per suam essentiam inimicum est : ex gerunt media , vice
 defectus atq; excessus cuiusdam : ad quæ duo contrarietas omnis
 reuocatur . Aequæ igitur ista atq; illa mutuo se oppugnare poterunt .
 Quæ igitur aut qualis futura pax aut amicabilis vnius ? Quid pax :
 bellum erit perpetuum , quo se vicissim demoliantur : idq; tamdiu
 duraturum , donec alterum eorum , infirmius nempe a præcellente ,
 vel etiam vtrumq; si paria in permissionem venerint , penitus obli-
 teretur . Quomodo igitur mutuò applicari , commisceri , insinuari ,
 confundi poterunt elementa , vt inde certæ , constantiæ naturæ mi-
 stum existat ? Ad hæc respondit quidam : negans media tam inter-
se pugnare , quam cum extremis , tam cum extremis , quam ex-
trema inuicem , quia contraria sint , quam quamplurimum inter se di-
stant . Ita miseri isti Elementarij , dum quanto possunt studio suam o-
 pinationem tueruntur , cauillatiunculis istis , Rerum Naturam , imò ve-
 rò seipso coguntur eludere . Omnis contrarietas ad excessum ac de-
 fectum reuocatur : agit , quod excedit , quatenus excedit : patitur .
 quod deficit , quatenus deficit . In mediis autem ratio quoq; est exces-
 sus ac defectus : ideo generatio dicitur esse in contrarium aut in me-
 dium . 1. de phys. auscult. context. 44. Nam medium cum altero
 extremorum comparatum , alterius extremi rationem habet , vt lib.

5. tract. eiusd. scriptum legitur. Ut summa caliditas, superat frigiditatem summam caliditatem, & vicissim haec illam frigiditatem ut quatuor: ita caliditas mediocris, mediocrem ac parem frigiditatem, caliditate, atq; illam haec vicissim, frigiditate vincit. Distare autem inter se plurimum contraria, non gradus, sed natura atq; essentia facit. Nihil enim tam a calido distat, quam frigidum, & vicissim a frigido nihil, quam calidum. Semper autem actio unius contrarij in alterum est, quatenus deficit. Atq; hactenus fecit istorum Elementariorum commentitium dogma, & futilis contētio, ut in hac longiore fortasse, quam nunc quidem deceat, oratione diuerterim.

PAG. EADEM.

„ Eam Aristoteles formam hoc in loco appellavit λόγοι.

Com. Nequaquam: Generationis enim definitio ab Autore hoc loco tradita, ad rerum naturalium formas usq; non pertingit: sed materiam tantum complectitur, quatenus in formanda haec, patientium atq; agentium qualitatum causā, certo quodam modo preparatur. Appellat igitur Autor, ut recte docet Alexander, τῷ λόγῳ nomine, analogiam efficacitatis illam, secundum quam, qualitates agentes in patientes agere, ad misti huius aut illius generationē possunt. In quae etiam sensum accipit particulam hanc Olympiodorus. Imò neq; aliter accipi Autor voluit. Hoc enim, quod est ἐχεπλογον ἐν τῷ οὐλη. statim alijs illis verbis interpretatur: ηρατεψ τῷ οὐλη, cui opponit μάντεψτερ. Gal.lib. de marcore cap. 3. id quod Autor hoc loco duabus verbis expressit, ἐχεπλογον, ipse aduerbio ρmico explicauit ἀναλογως.

PAG. 24.

„ Et quia inter qualitates præcipue mistio-
nis cau-

nis causa est caliditas: (nam frigiditas,
non nisi ex accidente, generationis est
causa &cæt.)

"
"
"

Demirari satis Erastum nequeo, qui contra communem aliorum Com.
Interpretum opinionem, Aristotelis mentem se esse expositurum,
pollicitatus, ibi nihilominus tam securè philosophetur, ubi cum ra-
tione tot hæstarunt alijs: atq; ea nobis vndit pro veris, quæ docti
atq; emunctæ naris Philosophi alijs, certis rationibus, quas Erasmus
neq; legit, neq; capere potuit (non enim dissimulasset) pro falsis
habuerunt. Sic enim dicunt: Hoc loco Frigiditatem & caliditatem
pari gradu, & citra omne ordinis discrimen pronunciari agentes
ab Aristotele. ἐπ τὰ δύο, ποιτικά, τὸ θερμόν νοεῖ τὸ ψυχρόν. Et pau-tacēp
lō post: φανέται γαρ ἐρ τῶι πρᾶσι μὲν θερμότης νοεῖ ψυχρότης δρίγος αλ-
νοεῖ τυμφύσιον, νοεῖ μεταβάλλοντα τὰ διογενῆ &c. Item: τὸ πει
γαρ θερμόν νοεῖ ψυχρόν, ὡς ποιτικά λέγοντες: addit causam utri-
que qualitati communem, τὸ γαρ συγνοῖτο δόπες ποιτικόν τι δέ. Item:
γεννώσι δέ τὸ θερμόν νοεῖ ψυχρόν, νοεῖται τῆς ὑλης &c. Item:
ἔργαλονένων τῶι ποιτικῷ ὥρισθαι τῷ διγένει τὸ ξηρόν. Quid? quod
tam frigoris, quam caloris motionibus efficientiaq; cogi, ac certa
mollitie, duritie, dilatatione, contractione q; terminari similares par-
tes diserte pronunciauit idem Autor cap. 12. II. 10. 7. Vnum ex
istis tribus locis pro omnibus adducemus: τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα μόνια
θερμότητι καὶ ψυχρότητι, καὶ ταῖς τὸν πινίσσειν ἐνδέχεται γίγνεσθαι
πικγύνμενατῷ θερμῷ καὶ τῷ ψυχρῷ λέγον δέδια διοιομένη, διορ
σάρκα, νεῦρα, καὶ ὄστα τοιαῦτα. πάντα γαρ διαφέρει, τάσα, ἔλξη,
θραύσει, σιληρότητι, μαλακότητι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς τοιάτοις: Quod
etiam post Alexandrū Olympiodorus multoties, sed præsertim circa
finē com. ad cap. 7. obseruauit. Addunt, non posse ab illo explicari
modum istum per accidens. Nam rident ac sibilis iam explodunt e-
os, qui

32.

os, qui ex cap. 5. lib. huius tradunt, frigiditatem per accidens cō-
ferre ad generationem, quatenus tantum calorem frenet ac tempe-
ret, ne plus agat, quam subiecta rei conueniat. Et, quamobrem ri-
deant, causam adferunt. Quia (inquiunt) non hic vna qualitas a-
gens cum altera confertur, quatenus in mixtionem cum ea venit,
(quod nondum assequi potuit Erastus) sed conferuntur agentis due
cum duabus patientibus, & due agentes appellantur, quia deter-
minent, copulent, mutent: due vero patientes, quia eiusmodi deter-
minationis, & copulationis capaces sint. In mixtione refrangi qua-
litates elementorum, actionesq; ac passione mutua ad moderationem
quandam misto conuenientem reduci, & tam bene frigoris excessum
caloris consortio, quam caloris exuperantiam frigoris contagio
retundi. Hec inquam in mixtione consideranda: ab hoc vero loco,
in quo definitur generatio, totam istam speculationem esse prorsus
alienam. Amicabili inquam hic pace per mistionem contempneratas
qualitates agentes, & que per se ac primò in patientes agendo, gene-
rare dicunt, quia hoc ipsum dicat expresse atq; inculket Autor.
Quasi Frigidum constantiam tribuat materia partibus, determinet
atq; vniat eas, & que ac calidum: nisi quod huius vis atq; evēgēta
certo quodam natura priuilegio, paulò latius quam frigoris, pate-
at. Hec inquam & tot alij, que tamen Erastus ille non vidit, qui o-
mnes interpretes Aristotelis in hac disputatione reformare atq; in
ordinem redigere voluit. Quid vero, inquires, ad obscurum illum,
etiam Alexandri testimonio, locum, qui cap. 5. legitur? Quid ve-
ro (inquam) tu ad illustrissima illa loca cap. I. 7.10.11.12. circiter
duodecim? Sed ut fuit, quod vicissim opponeremus, ita non deerit,
quod respondeamus. Conferri ibi Frigus cum calore: hic vtrumque
cum humido & sicco. Frigus ibi eatenus dici patiens, quatenus aque
inest ac terrae, que causa humiditatis atq; siccitatis, patientia & non
etiam agentia sunt: quasi patiens sit Frigus: quia corporibus pa-
tientibus

tientibus insit: quod calor non accidit. Nam aér & ignis, quibus insidet calor (inquit Alexander) etiamsi siccitatem atq; humiditatem adiunctam habeant, patientia tamen (nota Eraste) non sunt, quia nec ab humido, nec à sicco terminantur. Iam vero, qui potuerit dicere, Frigus esse principium Agens, quatenus corruptiens, quem Generantem cap. 1. ac toties in libris his definitem cogentemq; dixerat, ναταλησυμβεβιν Θ (dices) ναρεπερ ειρηται πεδηγον. Et vbinam? Quis neget Frigus perse in rnum conducere, cogere, exasperare, indurare, mollire, imò vero generationem metallorum promouere atq; absoluere? At non primo, dices, hæc agit: sed & calorem non primò id agere, respondebit Olympiodorus comm. ad cap. 1. verum per accidens & secundario: id quod etiam res est, etiamsi deinde sui, ut consuevit, oblitus in comm. ad cap. 5. Frigus per accidens & secundario: calorem vero perse ac primaria ratione exsiccare docuerit.

P A G. 25.

Hinc scitè mihi quidem dixisse Aristoteles " "
 videtur, naturalē corruptionem omnē, " "
 viam esse ad putredinem, quæ natura- " "
 lem interitum claudit ac terminat. " "

Autor appellauit maximè contrariam generationi putredinem, propter allatam superius à nobis causam, non quia Combustio & alia violentia corruptiones sunt generationi simpliciter subcontrariae potius, quam maximè contrariae (neq; enim Autor tam propriè atq; aptè, & significanter loqui, ut Erastus consuevit) omnem autem aliam corruptionem naturalem, viam ad putredinem eo sensu pronunciat, quem ipsemet exposuit, non autem, quem Spudastes somniat. Quid opus est tot fabellis, atq; ambitiosis circuitionibus,

vbi omnia plana sunt? Verba Philosophic habent: πᾶσα γαρ η
νατὰ φύσις φύσει, εἰς τὸ δόδος ἐσιν, τὸν γῆρας νῷλον οὐανσίε.
Quorum verborum hic sensus est: corrumpuntur etiam naturaliter
mixta per senectutem & ariditatem, sed ut animata, non ut mixta:
Mixta enim, quatenus mixta, per solam putredinem esse desinunt.
Ergo cum animata non solum animata sint, sed etiam mixta, atque
vtrinq; nomine, id est, ut animata, & ut mixta, naturaliter corrumpantur,
corruptiones aliae simplices via sunt ad unam hanc, qua ultima
omnium est: Nam ut corpus esse animatum definit per mor-
tem, non tamen adhuc definit esse mixtum: post animatum igitur
ultimò supereft mixtum: quod sola putrefactione corruptitur, ul-
teriore nulla corrumpendum amplius. Ecce τέλος δὲ τῶν ἀλλων
ἀπάντων σαπρότητος. Vtramq; harum corruptionum, quarum una ex-
cipit alteram, expressè significavit Arist. lib. 1. de anima sub finem
cap. 5. vbi egressa ē corpore anima, id est, corrupto animali, corpus
(nempe, quod supereft mistum) expirare ac putrefactio scribit.
δοκεῖ γαρ μᾶλλον ἡ φυχὴ τὸ σῶμα σπινέχειν ἔξελθειν γάρ, διαπνε-
ται καὶ σπερται. Quod obseruare debet Spudastus quoq; ut cognoscat, eo etiam in loco nomen σπερτας de naturali, id est illa, qua sit
per διαπνοήν usurpari. Lucretius quoq; lib. 3. de rerum nat. sensum
quasi huius loci explicans, ita cecinit.

*Proinde vbi se videas, hominem indignarier ipsum
Post mortem fore, ut aut putrefact corpore postea,
Aut flammis interfiat, &c.*

P A G. E A D E M.

„ Miraberis multò magis, quod pleriq; hic in
„ scirpo nodū, vbi nullus est, querant &c.

Com. φθορᾶς nomen aliquando pro termino, id est dicta putredine

accipi

accipi, aliquando pro tractu precedente, & via illa, que senectus
 & & & & dicitur, & non ipsa finis est, sed ad finem ultimum ten-
 dens, que est putrefactio, falsum est, & reuera confictum ab eo,
 qui res non intelligens, nodum in scirpo querit. Non est putredo fi-
 nis ac terminus, in quem secundum naturam definunt animantia:
 Terminatur morte animal in cadauer: mixtum putrefactione in
 principia sua. Non est mors, quam Aristoteles vocabulo, antece-
 dentium alterationum, senectutis inquam in animalibus, & sicc-
 itatis in plantis appellavit, preparatio ad putredinem (vel ut rudis
 admodum Spudastes ille loquitur) alteratio & motus antecedens
 finem ac terminum, qui putredo est, sed seorsim, corruptio quedam
 substantialis, & finis ipse ac terminus mutationis ab esse animalis, ad
 non esse animal: quemadmodum putredo & ipsa seorsim corruptio
 que dam substantialis est, & finis ac terminus ipse mutationis ab esse
 mixti, ad non esse eiusdem. Nec unquam aut usquam aliud Aristoteles
 docuit. Putrefactionem dico varijs accipi ab interpretibus so-
 lere modis, non nunc primum ex Spudaste didicimus: Pro antece-
 dente mixti alteratione, ut mixtum est, id est dissolutione humidi a
 sicco, exeunte calore, que tamen non momento, sed sensim progredi-
 tur: pro formae substantialis mixti abscessu: pro utroq: ut & gene-
 rationem, pro unione ac determinatione patientium qualitatum, a-
 gentibus secundum certam analogiam calore & frigore: pro indu-
 ctione formae: pro utroq. At senectute vel ariditate, mixtum ut
 mixtum est, preparari ad putrefactionem, credat Spudastes &
 persuadeat ipse sibi, non facilè persuasurus alij. Non enim (si nescis)
 apud Aristotelm lib. 5. de phys. auct. cap. 4. hic motus unus esset:
 quia nec mobile, nec & & & & unum. Non recte igitur senectus Pu-
 trefactionis precedens tractus constituitur: illius finis, mors, huius
 finis ac terra: illic animal, istuc mixtum corruptitur: illa caloris
 attrito ex labore, & marcor ex defectu humidi, haec efflatio, &

euocatio ab externo. Morte inquam corruptitur animal, relmixtum animatum, ut animatum: estq; senectus preparatio, vel (ut Spudastice loquar) Tractus precedens eam: quæ dicitur finis ac terminus mutationis animalis, ut animalis: id est qua mutatur ab esse animal, ad non esse animal. Exim animato intereunte, superest cadaver, id est mixtum, quod putredine demum, cuius etiam suus praecedens tractus, suaq; preparatio est, esse naturaliter definit. Quæ certè verius ac rectius affirmantur, quam Generari aliquid antequam sit, putrescere vero, postquam esse desierit: id quod Maledicus ille Sueus scripsit. Definit sane res mista esse per putrefactionem, non autem putrescit, postquam non est. Quomodo enim putrescat, quod non est?

P A G. E A D.

„ Hactenus egit philosophus de generatione simplici, &c.

Com. Hactenus egit Philosophus de generatione simplici mistorum, cuius naturam neq; Spudastes rimari, neq; Informator ipsius asse-
 35. qui potuit. Confundens rterq; Generationis hoc loco definite notio-
 nem, cum notione Mixtionis: nec intelligens, quo respectu duæ hic
 agentes tantum qualitates, reliquæ vero patientes duntaxat habe-
 antur: quibus reuera notis, discernatur Putredo, quæ simplici Ge-
 nerationi opponitur, à Combustione: cur hæc violenta, illa dicatur
 Naturalis, etiamsi vtræq; ab externo principio fiat: atq; in summa,
 in toto hoc discursu, præter leues ac plebeias, & illas plerumq; à
 Veritate Peripatetica abhorrentes quasdam argutiolas, quas corda-
 tus Philosophus, ne proferre quidem, in disputatione hac,
 iam dignatus esset, nihil afferens. Percur-
 ramus iam reliqua.

PAG:

PAG. Eadem. &c 26.

Quia verò præclarè nouerat, nomen Putredinis ab omnibus usurpari ad significandum longè aliam putredinem &c.

“

“

“

Vulgo, fateor: sed ab omnibus doctis pariter ac semper, æquè atq; ab indoctis nego. Certe ut non ita essent in promptu appellatio-
nis eiusmodi (Putredinis dico simplicis) veterum testimonia, non
tamen credendum est, Autorem hunc, illius primum autorem ex-
titisse. Nam ter nominat σῆψιρ corruptionem mixti simplicem ac
naturalem: τῇ δὲ ἐπλαῆ γενέσαι τὸ ἐνεργόν μάλιστα νοινόρ σῆψις: εἰ
παῦλο ποστ: τέλθη δὲ τῷ μάλαρι ἐπάντωρ τέτωρ σαπρότης. Item
τέλθη τῇ κατὰ φύσιρ φθορᾶς σῆψις οἵτινες. Absolutè inquam ter pro-
nunciat interitum naturalem mixti, ut mixtum est, τῆψιν esse, nul-
libi indicans verbo, vel significans nutu, à se rno primum hac pecu-
liari significacione hoc loco, vocabulum τῆψιες usurpari: (nam
quod de voce ιδίως argutatur Erastus, id merum esse illi atq; alijs
nonnullis Aristotelis interpretibus commune somnium, liquido ex ijs
constabit, que infra subiiciemus) Cur igitur verisimile non fiat, vel
necessarium potius non sit, alios quoq; ita loqui fuisse solitos, ut mix-
ti corruptionem naturalem, Putredinem vocarent? Gal. in lib. I.
Hippocratis de natur. hum. comm. I. iniquum esse iudicat, fidem
Hippocrati adhibere, sententias quorundam veterum coarguen-
ti, etiamsi, quinam illi veteres extiterint, ignoremus: Sic etiam i-
niquum videtur, Autorem appellationis huius σῆψιον (quatenus
inquam significat naturalem mixti corruptionem) illum facere,
qui librum hunc & meteor conscripsit, cum ipse se non faciat, eti-
amsi significationis eius, testimonia veterum nulla extarent. Sed quis
non extare dicat? Et Platonem quidem in Phædone eiusmodi corru-

36.

Com.

ptionem mixti naturalem, verbis illis διαλογεῖται, διαλύεσθαι, & παράδοσι, & aptè admodum proposito nostro διαπνέεσθαι, inter omnes eruditos designasse constat. Iam ubi de hac ipsa cadaueris, id est mixti corporis naturali dissolutione in principia sua πολυεδε loquitur, utitur verbo σαπῆ. ἐνία δὲ μέρη τοι σώματος, καὶ ἔχεια σαπῆ, διὰ τέλος νένεα θεάτρα. Καὶ π. Condita (inquit) ut in Aegypto sit, cadauerā longo tempore incorrupta seruatūr: atq; etiam si nonnullā eorum membra computruerint, ossa tamen, nerui, atq; huismodi quedam alia immortalia, id est, diutissimē perdurant. Ut inde multo minus animam interire ac dissolui colligeret, quæ minime composta, sed μονοεδε, non πολυεδε corporis instar, est. De naturali inquam cadaueris, id est mixti, & non amplius animati corporis corruptione, ac dissolutione, & expiratione, (ut Authoris nostri verborum illorum, ἐξιόντος γα τοι σικείς θερμός, συνέξεται μίζει τοι κατὰ φύσιν ὑγρὸν &c. vim hoc uno Platonis διαπνέεσθαι comprehensam agnoscas) verba faciens Plato, utitur voce εὐφεως: quibus igitur cœlestis urgere unquam nos posse aliquis adeo efficaciter, ut non semper iuste excipiendi, philosophicaq; potius, quam vulgari & rustica significatione vocem illam eo loco accipiendo nobis futurum sit integrum? Idem de altero (ut alia mittam) eiusdem in eodem Di- alogo, dixerim, loco. Ubi disputans de corruptione naturali, non violenta corporis compositi terrei, in collatione animæ cum harmonia, & corporis cum lyra, utitur verbo κατα σαπῆςθαι. Clariſſimē autem ibi: τὰ δὲ λείψαντα τοι σώματος ἐκάστη πολύν χρόνον παραμένει: Εἴως ἂρ ἡ παταναυτή, corruptione violenta nimirum (ubi agnoscere propè Authoris nostri verba licet) ἡ κατα σαπῆ naturali scilicet: atq; ibi quoq; & πολυμένης δὲ τῆς τυχῆς, τοῦ ἡδικ τὴν φύσιν τῆς οἰδενείας ἐπιθεινόντο σώματοι ταχὺ σαπέν διείχοιτο. Audis hic duplē interitum naturalem proponi, unum animalis, alterum cadaueris, id est, mixti corporis, per Putredinem diffluentium. Quid enim

enim est illud οἰοῖχοιτε aliud, quād, quod Aristoteles inquit, οἰοῖ
ὑγρὰ τελῶν, εἴτα ἔχετε λόγον γίγνεται τὰ σκπόμενα: τοῦτο
Theophrastus de hoc eodem interitu naturali, loquens lib. 5. de caus.
plant. cap. vlt. inquit, φαεισούται δὲ φυσικῶς (fūmina intelligit, quæ
potestate duntaxat vivere dixerat) ἀποξηρανθήσεναι, καὶ ὡς περ
διαπνεόσης, ἐπει τὸ θερμότητα καὶ ὑγρότητα, quod significa-
uerat antea Philosophus lib. de respirat, cap. vlt. Possem ex utroq;
sed Platone presertim, alia multa eiusmodi proferre loca, in quibus
corruptio mixti simplex ac naturalis verbo σκπέως nominatur. Sed
quorsum? non quid hic vel ille, aut aliis, sed quid Autor in hoc ca-
pite velit, querimus, & scire volumus: Fortasse etiam, si aliorum
Platone antiquorum philosophantium, qui de his rebus ex professo
egissent, scripta extarent, hoc eodem sensu non modo acceptam,
sed etiam definitam Putrefactionem, ab alijs, prius, quād ab Au-
tore nostro, possemus cognoscere: præterquam quod multa Aristote-
telis loca Erastus de violenta putrefactione accipit, quæ tamen de
naturali sunt intelligenda: & vulgus ipsum nunquam more sapien-
tis putredinem nominare opinatur, cùm tamen, vt audiemus infra,
tam hic illius, sed prudens & sciens, quād ille huius, sed impru-
dens ac nesciens, atq; vt est in Platone, nihil discernens & confun-
dens omnia, vocamen eadem prorsus significatione nonnunquam v-
surpet.

P A G. 27.

Non ego duas Putredinis species distin-
ctas facio, sed Aristoteles facit &cæt.

Quod non facias, scio: quod Aristoteles faciat, non tu primus di-
xisti. Audi verba unius Archang. Sancto Ianuarii: Ex quo loco, ne-
mo est, qui non videat, quantopere errauerit Argenterius, qui A-
ristotelem

Com.

37.

aristotelem arguere fuerit ansus, quod putredinis differentias non indicauerit: cum tamen ex contextu. 5. & 6. liquido constet, Putredinis species duas constitui: unam, que dicitur corruptio secundum partem, alteram vero secundum totum &c. Eadem propè verba, eodem de argumento, protulerat antea Vicomercatus. Et Suessianus, ut unum hunc tibi pro omnibus citem, Putrefactionem Aristoteleam naturalem à Medica violenta, decies in comm. suo, sed perperā tamen, ut solet, & appellatione, & natura discreuit. Nam vero Putrefactionem violentam scorsim à Naturali esse ab Autore nostro non modo propositam, sed definitam, id quod rurum tu in hoc tuo Dialogo persuadere Spudasto tuo cupis, tanquam à te primum inventum & excogitatum, dixerat longè antea Oddus de Oddis in comm. ad cap. 89. art. paru. Gal. his verbis. Audi. At nos ex philosophi verbis duos Putredinis modos, atq; inter se distinctos elicimus: Alterum quidem naturalis Putredinis, que non est mixtorum naturalis corruptio, sed corruptionis terminus ac finis, non quidem naturalis omnis corruptionis, sed mixtorum duntaxat, que vita carerit: corrupto namq; mixto, Putredo hec ipsius, nimirum passio, necessario consequitur duabus concurrentibus causis, frigiditate propria, alienoq; seu externo calore: exhalat namq; in primis calor, cū mixtum corrumpitur, atq; una humidum, mox vero frigiditate propria, totum occupante calidum extraneum introducitur, ac tandem totum fit siccum, & simus, que quidem passio propriè naturalis putredo est: Alterum vero non naturalis Putredinis, quam propriè Putredinem nominat Aristoteles, que non, ut prior, corruptionis finis est, sed corruptionis species quedam: cum enim aliqua ex causa externa, que caloris ex terti vi habet, alterantur corpora, ita, ut eorum pars quepiam à natura recedat, tunc propriè in his putredinem ad esse dicimus: ob id Aristoteles hanc diffiniens, dicebat, quod corruptio est inmati, proprij q; in uno quoq; humido, caloris ab alieno

alieno calore , hic autem ambientis est : non enim omnia hoc putredinis modo vexantur , vt lapides , ferrum , & huiusmodi : sed quecunq; in humido , proprio , innato & constant calore , quemadmodum & alteram , cum ait , quod mixti passio est , superantibus quidem propria frigiditate , alieno & calore , vt copiosius eo in loco à nobis declaratum est &c. Hæc item repetit filius eius Marcus de Oddis in disp. de putred. cap. 5. Quæ voluimus huc in præsentia adducere , vt intelligeret Spudastes tuus , falsum hoc , quod tu isto tuo eleganti Dialogo exornare atq; amplificare voluisti , non tuum tamen , sed aliorum esse inuentum. Nos autem etiam si ista omnia legissimus , priusquam Spudastes nasceretur , suimus antea , atq; etiamnum sumus , cum alijs doctis Peripateticis in ea sententia , vnam duntaxat capite hoc , ab Autore nostro propom , definiri , explicari putredinem: Naturalem inquam , & simplicem illam , Generationi simplici oppositā , per quam calor internus misti , ab ambientis calore euocatur ac deficit: atq; vna eisdem mixti humor (aqueus inquam , neque enim , quicquid Fernelius hic philosophetur , alium nos agnoscimus) vndig redundant ac diffundit : quippe nec iam aliunde coercitus , nec sicco temperatus , quia caloris vi , dominio & destituatur . Vt ita sensim inualecente putredine , calore & proprio elangescente , simul naturalis humor dissipetur , & partes redditæ sicciores , tandem infimum ac terram extabescant: id quod re vera est . Mistum corrumpi , siue hoc , siue illud , atq; in illa dissolui principia , ex quibus primū extitit: Λιό θρησκευτική τέλος γένετο νομίζειν τὸ ξηρὸν , εργαζομένων τῶν ποιητῶν) ita in putrefactione , quia sensim euocatus , hebetefcit calor , extinguitur & humor , sui quasi iuris factus , cùm non adsit amplius , à quo cohibeatur , certo & finiatur termino (κατὰ τὸ δικτύον τὸ δικρόμενον

*στιχὸν περὶ ξηροῦ) separatus à sicco evagatur, ac difficit vndiq.
Quod repetiſſe hoc loco placuit, ut sit veluti summa eorum, quæ ab
Auctore nostro post definitam simplicem Generationem exposita
huc rſq; sunt.*

IBID.

” Illa naturalis est, hæc violenta, &c.

Com. Interpretum Aristotelis quorundam inuentum, hæc distin-
38. ctio est: sed Aristotelis non est, qui de duplice putrefactione memi-
nit, utræq; naturali, neutra violenta, vt ostendemus infrà. Vos autem,
cur non aut causam exposuisti, quamobrem una potius quam altera
naturalis, vel violenta dici debeat? aut saltē non protulisti ex Au-
toris nostri contextu syllabam, è qua vestrum istud exculpere som-
nium potueritis? Ecquid verò etiam illud? Vnam putredinem
esse finem, aut extremum corruptionis naturalis,
alteram ante finem hunc accidere? An non (dico) hoc
èquè ferula dignum, ac illud Schorendorficum? Nempe, vt generatur
aliquid, antequam sit, ita postquam esse desierit, putrescere. Non
enim (vt de isto prius dicam) putrescit res mixta, postquam esse de-
sierit, sed esse desinit putrescendo, seu per putrefactionem: postquam
verò esse desiit, quomodo putrescat? Alij contra ineptiū: Putre-
factionem præire, tum destructam rem corrumpi. Quasi non ipsa pu-
trefactio rei destructio sit. Iam verò, vt ad tua transeamus. Putre-
factio simplex est ipsamet corruptio naturalis mixti, non autem fi-
nis, aut extremum corruptionis eius, vt tu, Fernelium imitatus lib. 2.
de abd. rer. caus. loqueris: dicitur tamen, vt audiūisti supra, finis alia-
rum omnium corruptionum naturalium, quia quicquid corrupitur
naturaliter alio modo, vt animal, senescendo, planta exarescendo,
necessariò tandem corrumpatur hoc etiam, nempe vt mixtum, pu-
trescendo.

frescendo. τέλος γαρ το το τῷ πάντας ἀλλων ἀπάντων (nota Erasteil-
lud τῷ πάντας ἀλλων ἀπάντων) σαπρότης. Et antea dixerat: τῶν γαρ οὐ
κατέ φύσιν φθεῖται εἰς τὸν οὐδέτερον δῆμον: οἷον γάρ τοι αὐτούς τοὺς. Clara
dilucida hæc verba sunt, è quibus cognosci possit, quo sensu dixerit
Aristoteles, Putrefactionem esse finem aliarum omnium naturali-
um corruptionum: quorum tamen vim spudastes assequi non valuit.
Non potest animal prius naturaliter corrumpi, vt mixtum, id est
putrascere, quam corrumpatur, vt animal, id est, senescat. Putrefac-
tio vero altera (de tua violenta iam loquor, vt ostendam, te, ne in
tuis quidem tibi constare satis) si ante naturalem putrefactionem
accidit: quo differt in animali à senectute? quia senectus dices non
est corruptio violenta. At infra tamen tu ipse quoq[ue] μάρτυριν quan-
dam violentam dices: at Aristoteles expresse docet, finem cor-
ruptionis omnis, nisi violenta sit, esse naturalem putrefactionem: &
secundum tuam phantasiam, quam tibi obijcimus infra pag. 91. &
92, violenta putredo, etiam si non statim, non semper (hæc sunt asth-
maticæ philosophiae tuæ aduerbia) aliquando tamen ac tandem in
naturalem definit, & rem in elementa (sic tu loqueris) resoluit: De-
nig[ue] vero idem philosophus violentam corruptionem, quæ efficit, ne
putredo naturalis habeat locum, & non sinit res naturaliter putre-
scere (vt oris istic quoq[ue] phrasibus) solam combustionem dixit,
non autem alteram putrefactionem. Nam cum tradidisset, putre-
factionem simplicem esse finem omnis aliis corruptionis naturalis,
hæc statim subiicit: ἀριστοτέλης φθεῖται τῷ φύσια συνεστῶτι: οὐ γάρ
μορφή σώματος, οὐδὲ διάτημα οὐδὲ τάπανον οὐ. Tu vero quasi non in-
terpres, sed Dictator tuo modo accipis omnia.

I B I D E M.

Illa est mistionis simplicis in elementa so-
lutio.

q ij

Quid

- Com. Quid tu h̄ic cum mistione simplici? quid cum elementis? cùm in Autoris contextu, ne syllabam quidem habeas, quam de simplici
 38. magis, quām composita mistione, vel de elementū potius, quām de alijs, ex quibus unumquodq; mistum conſtat, principijs, proportione quatuor illis putatis elementis, respondentibus, interpretari posse?

IBIDEM.

- ” Hæc tot differentias habet, quot sunt res
 ” putrescentes, infinitosq; fermè gradus
 ” ac modos habet.

- Com. Hoc obſeruari tantum nunc quidem (nam hanc eandem rem in-
 39. fra ſæpius attingemus) cupio. Putridos iſtos interpretes vltro fa-
 teri, ſuam putredinem nullo certo typo describi poſſe, & eſſe inſtar
 monſtroſi alicuius Prothei, qui nullam feruet ac retineat, in omnem
 tamen ſe vertat formā: id quod ſuo deinde loco planius à nobis fiet.
 Et quæ autē eſt hæc imprudentia, opinari, tantum Philosophum Pu-
 tredinis ſpeciem aliquam proposuiffe, quam tamen nulla certa idæ,
 nullaq; certa naturæ notione, vel comprehendere ipſe animo, vel de-
 ſignare potuiffet verbis? Variæ ſunt miſtorū naturæ, vt reuera ſunt,
 ecquis hoc inficietur? Vna tamen ratio eſt, vnuſquè modus, quo o-
 minia, quatenus miſta, ſimpliciter ac naturaliter putrefiſunt: (qui
 modus eſt ab Autore hactenus delineatus, & poſthac, vt videbi-
 mus exprimetur efficacius) Cur igitur tandem iſti nobis ricifim non
 aliquem modum, ac rationem aliquam certam exponunt, ſecundum
 quam miſta per ſuam iſtam violentam putredinem corrumpantur?

IBIDEM.

- ” An non priorem putrefactionem expreſſe
 ” καθόλας nominat &c. Non

Non nominat, nec expresse nominauit inquam Autor. Colligitur Com.
 illud tantum ex Autoris verbis: Vnam esse, non καθόλης, sed κάθ
 θλορ: Alteram κατὰ μέρες. Nam cum putredinem simplici gene-
 rationi maximè oppositam dicat, atq; hunc esse finem corruptionū
 omnium aliarum naturalium, quo mixtum corpus in cineres vsg
 resoluatur, ex eo cognoscitur, per hanc putredinem, mixtum corpus
 vt mixtum, quodcumq; sit illud, ex toto, & non vt per alteram pu-
 trefactionis speciem, ex parte naturam mutare suam. Non inquam
 vna Putredo hic, vt alterius species. & pars κατὰ μέρος ab Ari-
 stotele dicitur, quemadmodum καθόλης v. g. & πολεῖς dicitur, cui
 opponitur κατὰ μέρος: sed κατὰ μέρος appellatur, quia per eam
 ex parte, vt audies, per alteram ex toto natura rei mutatur. Quan-
 quam non defuerint etiam, qui affirmarint, hoc loco adumbrata fu-
 isse, tanquam καθόλης genus quoddam, Generationem: cuius notio
 singularibus quibusq; conueniat: nec non καθόλης putrefactionem,
 quæ instar generis cuiusdam, de particularibus dicatur. Idq; eo pro-
 bant, quod Aristoteles Generationem adscribat victoriae caloris &
 frigoris: Constat autem secundum eundem Autorem, tam frigore
 per se, quam calore multa generari: ideoq; statim ab eodem subiici,
 nihil esse aliud simplicem putrefactionem in communi, quam super-
 ius fieri id, quod alias determinatur, humidum nempe & siccum,
 eo quod terminat, nempe calore aut frigore, idq; vi τὸ περιέχοντο.
 Quæ sententia, si cui placeat, is habiturus est, quo suffragium suum,
 non omnino absurdè tueri possit: si tame definitione Putredinis, quæ
 sequetur, eandem ipsam generalem putrefactionem, minutius ex-
 primi idem concedat, & nullum alium secundum Aristotelem,
 simplicis Putrefactionis modum superesse confi-
 teatur, qui sub illo non compre-
 hendatur.

IBID.

„ Hæc miftionis huius vel illius corruptio
„ &cæt.

Com. Etiam Putrefactio naturalis, secundum totum, non est alia, quam
huius vel illius miftionis corruptio : Rapse dico, nucis, castaneæ, casei:
42. imò nulla alia putrefactio simplex vllibi est apud sapientes : est
tamen in Spudasti cerebro apud Erastum.

P A G. 28.

„ Erast. Vix excogitari aliquid à veritate
„ menteq; Aristotelis alienius &cæt.

Com. At nos contrâ: nihil aptius ad rem ipsam, adeoq; Aristotelis
mentem, excogitari posse, affirmamus, quam si dicatur, secundam
43. speciem putrefactionis, non propriè putrefactionem ab Aristotele
dici : idq; etiam de rudi illa quidem, sed fideli tamen versione An-
tiqua cognosci potest : que vocabulum idw; non P R O P R I E sed
SINGVL ARITE R, & de Vatablo, qui peculiariter reddit.
Eandem versionem interpretatione sua, secutus est is, quem antea
nominauit, Archangelus sanctoijstanus, cuius verba hæc sunt : Ac-
cipiendum est idw; pro eo, quod est peculiariter, non autem, quod
est propriè. Et ante ipsum Bucciferrea, primam putrefactionem
propriam, hanc verò quam idw; appellat Aristoteles, impropriæ,
& singulare duntaxat significatione sic nominatam dixerat : Ad-
ducam ipsius quoq; orationem : Declarat hic Aristoteles, duplicum
esse putrefactionem, propriam vnam, antea explicatam, que mix-
tis perfectis : impropriam alteram (quam scilicet idw; nominat)
que tam elementis quam mixtis conuenit &c. Atq; ante hunc Pom-
poniatius, qui in disput. 14, in hunc modum loquitur. Ego illud idw;
interpre-

interpretarer peculiariter, quasi hic sit modus quidam Putredinis, aliis ab eo, quo mixta putrescant &c. Et fortasse non alia est, preter hanc, genuina istius vocis significatio. Id quod vel ex ijs, qui lingue græcæ vocabula exposuerunt discere Eraſtus potuit. Hesychius idιως, idιωη, id est specialiter, priuatim. Suidas idιως κατα μέντης χωρίς seorsim. Quod etiam Phauorinus habet. Pollux in cōposito nomine idιως ενώ διδια τινὶ τῷ ξενῷ φιλωχεῖται ενώς. Crispini Lexicon idιως, seorsim, priuatim, peculiariter. Alia vulgaria Lexica, idιως peculiari modo, priuatim. Henricus Stephanus, qui nūs pro omnibus nobis hīc sufficere potest, idιως peculiaris, & certæ cuiusdam ac peculiaris speciei, vel sui generis. Hoc enim propriè sonare puto, quod ab idιως deducam: ut sit, cuius est certa quædam, & minime cum cæteris communis idιως. Idιωη autem peculiariter. Pro me autem facere videntur, interpretatio Pliniij, qui quod Aristoteles dicit, ὁ δὲ βάτταχος οὐδιαρέχει τὴν γλῶτταν: vertit. Ranis sonus est sui generis. Hinc etiam discimus, Gazam non sine exemplo apud Aristotalem οὐδέ εχει τός πόδας vertisse, pedes sui generis. Hac Stephanus, qui eadem significatione, secutus Gazæ interpretationem, accipit verba illa Aristotelis: ὅντος δὲ περίπτερον γένεται οὐδέ τῷ μελιτῷ, νοσήσει. Καὶ τῷ οὐδιος φαύνεται. Ut iam Medicine & Philosophie Doctor Eraſtus, ab Homine, Typographicis operibus cōtinenter occupatissimo, discere possit, idιως significationem hanc, quam proposuimus, & propriam & vñitatem, & Aristoteli familiarem esse. Legere autem poterit verba, quæ ex Aristotele Stephanus citat. lib. 3. de gener. animal. cap. 10. 4. de hist. animal. cap. 9. & 2. de hist. animal cap. 8. Sed singularis est locus ille, in quo Aristoteles verba hæc habet, idιως καταγεῖται. Nam aliâs Boream propriè vocari docuerat, lib. de mundo cap. 3. 26. partic. probl. 47. lib. 2. meteor. cap. 5. Ventum qui ab Ursa spirat. Habet de recta propria vñitatem idιως significatione satis, ut aude-

audeam affirmare, te non solum toties, sed ne bis quidem pro eo quod est κυριως & δικαιως ab Aristotele usurpatum posse monstrare. Nunc rationes audi, cur gemina haec, rectaque & maxime usita significatio hic necessario debeat retineri. Si Autor voluisset, alteram hanc notionem corruptionis mixti, quae est κατα μερος esse propriam nominis οντεως priorem verò illam abusiuam, id aliquo modo significasset nobis, quemadmodum v. g. lib. 8. Nicomach. de amicitia loquens, fecit. πρωτως καλ κυριως κατα λιτα τελη & γαθων: διδε λοιπων καθ διμοσικητα: & cum de ventis lib. 2. meteor. loqueretur, hos quidem propriè Boreas & Austras, alios autem non propriè eiusmodi esse ac dici scribit: & cum in Chateg. substantiam primam cum secunda confert: & cum 4. Phys. significata, eius quod dicitur in Aliquo esse enumerat: & cum 5. metaph. naturam multis accipi modis docet, atque alijs in locis, cum propriè aliquid nomine aliquo appellari, nobis indicare vult, praterquam vocem κυριως non ιδιως usurpat, reliqua eodem vocamine, aut secundario aut communiter dici pronunciat. Sed fac Autorem nostrum id hoc loco neglexisse: Demonstrabo iam fieri non posse, ut Putredo, quam illa corruptionem secundum partem esse tradit, & elementis quoque convenire testatur, propriè nominari hoc loco putredo possit. Generationem definiuit, eiisque opposuit φθοράν, Idque unum se fecisse testatus est, in epilogo capitulii huius his verbis, τι μετα δε γένεσις ργή τι φθορά εἴηται. Sed generationem simplicem definiuit: igitur non potuit hoc loco intelligere φθοράν, nisi que καθ δλον est: haec enim opponitur illi. Nam si verba illa, non ad eam, quae secundum totum, sed ad eam, quae secundum partem corruptio est, referantur, quin ostendat nobis Eraclius, ubi nam Generatio secundum partem sit exposita? Definita inquam expressis verbis est generatio simplex: illi opposita naturalis putredo, quae secundum totum est, ubinam definita generatio non simplex? Author tamen inquit ργη τι φθορά δε γίγνεται: quae

Tā: quæ aut qualis p̄dōsē? quæ opposita est simplici generationi,
 sed hæc est putredo simplex ac naturalis: non igitur quid putredo
 violenta, sed quid simplex ac naturalis εἰσητού. Præterea putredo
 violenta, etiam secundum Eraustum, est corruptio proprij ac natu-
 ralis calorū, δινέιας ηρὴ κατὰ φύσιν θερμοτήτος, ἐπ ἑκάστῳ ὑγρῷ: at
 quibus tandem machinis efficiet Eraustus in Aqua & Terra, quæ se-
 cundum alteram putrefactionis significationem, rusticam illam di-
 co, quæq̄ corruptio secundum partem dicitur, atq̄ elementis etiam
 conuenit, corrumpuntur, proprium inesse ac natuum calorem? Vbi
 calor proprius atq̄ insitus Terre? In epistola ad Magnificum atq̄
 Amplissimum Dominum Andream Duditum ab Horehuzia, vi-
 rum, cui magnitudine ingenij, optimarum quarumuis disciplinarum,
 solida integrat̄ cognitione, p̄ite, morumq̄ probitate, comitateq̄, nec
 non in plurimis maximisq̄ rebus tractandis, prudentia & iſu (li-
 cebit aliquando, ut spero, etiam dicere, religioniserioris ac purioris,
 Zelo) superiorē alium non habuit etas nostra, calorem quidem
 proprium ac natuum inesse terræ negat, aliquem tamen in locis illis
 conclusum nunc magis nunc minus rigentem affirmat. Nolo iam mi-
 nutulas quisquiliolas alias philosophicas exagitare, quibus eadem
 epistola (cui tamen titulum fecit de calore subterraneo) referta est:
 id vnum petam: à quonam & unde calor ille? à syderibus esse in-
 ciatur, quem illorum calori, in suscitandis halitibus adiungit solum:
 proprium itē ac natuum terræ non concedit: unde igitur? aut à quo
 etiam habet, ut nunc debilitatus langueat, aliâs rigeat auctus? Et
 terram quidem habere calorem, qui propterea negat, quod tactu nō
 percipiatur, is preterquam quod Aristoteli & rei veritati aduer-
 satur, ignorare etiam num videtur, quenam sensus tactus in animali
 conditio & natura sit. Verum ista ut dixi, nihil ad nostra hæc: que
 tamen aliâs cogemur discutere. Iam illud subiungam duntaxat. A-
 aristoteles ex tua Cabala putredinem definit, ut sit corruptio proprij.

ac nativitatis caloris in terra per eandem tuam Mathematicam, nullus proprius ac nativus est calor. Hoc est Barocco nostrum, quod tibi suo loco in memoriam reuocatur sumus. Nunc ad priora redibo. Quam apte poterit etiam nouus hic interpres illam particulam ep. enasca νύξι ad terram accommodare? imo vero etiam ad aerem? Humidum enim in definitione (etiam secundum Eraustum) Putredinis, intelligit Aristoteles aqueum: quomodo igitur proprietate putreficit aer? Putredinem autem alteram, quae secundum partem est, non opponi generationi simplici, vel illud invictum argumentum docet, quod definitione generationis proposita, non comprehendantur elementa: ergo neque Putredo elementorum opponetur illi. Est generatio simplex mutatio duarum patientium qualitatum, humidi inquam & siccii, actione calidi ac frigidi: quod si quis ad elementorum generationem accommodare conetur, an non is tam a Medicis quam a physiologis vapulet? num & elementorum quoque generationi μόλιστι, & ἀπελείψι compere dicent? οἷα τὸ θερμόν οὐχὶ ψυχόν μὲν κατέθη τὸ πονεῖσθαι, id est, παθήσιν δυνάμεων? Habet iam nū fallor Eraustus, quibus machinis efficiamus, necessario i siώς hīc non significare idem, quod proprie: (eo inquam sensu quo ipse accepit) & putredinem alteram, quae corruptio secundum totum & generationi simplici opponitur, non proprie, sed abusivè sic vocata esset. Ergo non est, cur querat, vbinam locorum Aristoteles primam putredinem, proprie vereque putredinem appellari dixerit, cum id necessario, ex ipso Aristotelis (si tandem Aristoteles libri huius sit Author) in tota hac disputatione, progressu sequatur, & liquidò collegi possit Nam cur alteram illam, peculiari quadam, & singulari, sui generis, id est à priori illa abhorrente significatione, sic vocari affirmasset, nisi priorem, quam simpliciter, nullaque adiecta limitatione, ter nominauerat, proprie σχήμα dici existimasset? Quin vicissim ipse Eraustus ostendat nobis locum in Aristotele aliquem, in quo

primam

primam impropriè, alteram propriè putrefactionem dici debere,
vel natus quidem significatum sit? Tantum affirmat ille, nihil pro-
bando: nisi probare sit, Spudasti sui assensum habere. Quod an de-
cuerit illum facere, qui nouos, atq; inusos hactenus aureos montes,
vntio disputationis huius, pollicitus est, ipse viderit.

P A G. E A D E M.

Omnium locorum nunc non recordor, &c.

“

Qui hactenus de putredine disputationarunt, loca ista non lege-
runt in Aristotele: usq; adeo enim sunt obscura & recondita, ut pa-
teant nemini. Vnius Erasti oculis, bonus aliquis Angelus Raphaël
patefecit ac reuelauit. Ecquorum inquam, mis̄is iocis, Eraste, recen-
sio hæc? In Aristotelis scriptis appellari, audeo dicere, centies 784^{iv}
nemo est qui nesciat. At quomodo appellari? Dicimus & credimus
nos adducti rationibus, suprà productis, plerung; secundum pecu-
liarem illam, id est Rusticam, vulgaremq;, non autem quam Author
noster hoc loco propriam agnoscit, appellationem. Probet Erastus
contrarium: nam citasse loca decem, quæ ex indice unusquisq; sibi
colligere facile poterat, & in quibus nihil aliud præter nomen pu-
tredinis habemus, quid obsecro fuit aliud, quam nos pascere ac deti-
nere non necessarijs verbis? Iam igitur adiiciamus nos hoc loco ex
eisdem libris, quos Erastus citat, præter ea quæ ipse novit alia omnia:
sic & in opere Erasti succurremus, & planum alijs faciemus, nos
quoq; non semel legisse vocabulum 784^{iv} in scriptis Aristotelis, &
causas habuisse tamen, cur de putredine, non cum Galeno atq; alijs,
quibus cum iam in certamen hoc descendit Erastus, sentire volueri-
mus. In secl. igitur 1. probl. 18. vlcera tibiarum & grius posse sanari
scribit, quia in loca illa, multa aliunde decimberre superuacua sole-
ant, quæ etiam sint ευσκηνία, Sic enim reddendus est ille locus, non

r ij

autem

autem, ut *Gaza* vertit. In problem. 33. eiusdem sect. vim *svcius* appellati pharmaci, in eo sitam docet, ut exsiccat, & citra escharam, aut *στυπ* carnis (nam ad escharotica appellata, desperatis alijs auxilijs, decurrere consueimus) sanguinis effluvium compescat. In 4. sect. probl. 14. non ut *Eraustus* scribit, ex putrefacto semine multa nasci, sed multa ex putrefactis, multa item enasci ex semine Aristoteles tradit. Sic enim ibi legendum, ut *Antiqua* versio habuit: γινεται γαρ εκ των σηπομένων πολλά, καὶ εκ τοις στέγματος. In sect. x. Probl. 36. Canitiem veluti quandā esse σαπρότα scribit. In sect. 14. Probl. 6. repetit, quod de ulceribus crurum dixerat sect. 1. prob. 18. In probl. 7. querens, cur qui conclusis locis degunt, senescant cintius: *Seneclitus* (inquit) σηπεδών τις ζεῖ: σηπετού, διε τὸ θρεμμόν: τὸ δὲ ζεπτὸν οὐδεὶς ἔχει, οὐδὲ λαβεῖσθαι τὸ θρεμμόν πάχει διορ τὸ θρεμμόν. & probl. xi. cutis pallorem contrahi ζεπτὸν τὸ θρεμμόν σηπετού: οὐ πάχει διακίνησιαν partic. 20. probl. 13. densatam hyberno tempore conculcatione terram, circa Raphanum, prohibere quo minus humor eius putrefacat: κωλύοντα (inquit) τὸ θρεμμόν σηπεδών ζεπτὸν ξηραθεντα φυτεύθη. Partic. vero 22. probl. 5. Putre pomum post vinum crotum sentiri amarum, quia eiusmodi σαπρότητα πικρότητα ἔχει. In sect. 25. extat problema illud 20. de quo nos in examine scripti Brunoniani, & infra paulò etiam plura dicemus. In 26 sect. probl. 18. corpora calida & humida, maxime σηπεδου pronunciat: & in part. 38. probl. 3. Humida superuacula in corpore σηπομένα ὄχοιαν ποιεῖ: quemadmodum etiam probl. 4. pallorem definit, ut sit στυπ τις χρωτὸς. & probl. 9. πᾶν σηπομένον μελάντερον γίνεται: ac *Seneclutum* nihil esse aliud, quam putredinem affirmit. Plura non extant in problematis loca. In lib. 4. de gener. animal. cap. 8. ter de putredine meminit. διορ οὐ μέλιτα προστέχει σαπρόν: & de Purpuris loquens αὐτὸν γαρ δεκάτη τοις σαπροῖς. In 5. lib. eiusdem tract. cap. 7. infecta com-
plura

plura ἐκ τῆς γῆς σκπομένης νοῇ φυτῶν enasci, ετ cap. 19. bis de putridis locutus est. Item cap. 31. de pulicibus, γίνονται ἐξελαχισις σκπε πόνος. In 8. lib. cap. 21. morbum quendam suum, nonnunquam pedes, aliás aures corripientem, exponens, ita scribit: γίνεται δὲ οὐθὲν σαπρὸν καὶ τὸ ἔχόμενον ετε. In libro autem i. de ort. animal. cap. 16. Insectorum (ait) quædam ex animalibus non procreantur αλλὰ ἐκ σκπομένων ὑγρῶν, τὰ δὲ ἔκρων. ut pulices, muscae, scarabæi. In lib. 3. eiusdem tract. cap. II. de Testaceis sponte ortis loquens, tot habet: πάντα δὲ τὰ συνισάμενα τῷ τρόπῳ τοῖον, καὶ εἰ γῆ σκαφώνται γινόμενα μετὰ σκήψεων ετε. Οὐ paulò post. γίνεται δὲ σθεντὸν σκπομένον, αλλὰ πεπλόμενον ή δὲ σκήψις, καὶ τὸ σκπτόν περιπλακα τὸ πεφεύτος ὅστι, οὐδὲ νοῆται ἐκ παντὸς γίνεται κατάπερ ετε. lib. 4. eiusdem tract cap. 8. σαπρῶν γαρ νοῇ πέντε ἔναντια: τὸ δὲ πύρσαπρῶν ὅστι: τὸ δὲ γάλα τὸ πεπεμμένων. In 5. autem lib. cap. 5. causam allaturus, cur senescentes Grues nigriores reddantur, inquit: plus humoris in penitus ipsarum senescentium colligi, quam ut illæ facile putrescere possint. Canitiem autem esse ἀτιτίνα, non autem ἀναντί: Οὐ paulò post, πνεῦματα, id est perspirations καλῶν τὴν σκήψιν. Quid vero iam, si hæc omnia ab eodem Authore profecta negem? qui librum hunc quartum meteorologicum scripsit. Quid si dicam hominis illa fuisse, qui Putredinis naturā, hoc in loco, ab hoc Authore definitam, eque perperam acceperit atq; Erastus? quid si cum doctioribus affirmemus, problematum illorum maximam partem, non Aristotelis esse, sed aliorum ipsius interpretum, qui ex hoc uno capite male intellecto ea exceperunt, atq; in unum illud coniecere volumen? Mirum est (inquam) tam magnificè sua legendo Aristotele ostentata diligentia, tot aliorum interpretum Aristotelis negligentiam, tacitè atq; obliquè taxare voulisse: quasi ea non viderint ipsi hactenus, que tamen toties repetita sunt, ac tam perspicue ετε disertè expressa, ut ne vel stupidis-

simum quidem, & oscitanter Aristotelis scripta legentem latere possint. & quo enim obsecro in disputatione de Putredine hactenus non adductus est locus ille 5. de ort animal. cap. 4. & alter ille 1. sc̄t. probl. 53. quibus tamen pro sua Putredine suis Aduersarios maxime vrgere isti solent? Cur non renit in eam potius opinionem Eraſtus, ut existimaret, loca etiam ista, tam plana, & tot in locis in oculos incurrentia, vīsa, lecta, relecta, & perpenſa etiam ab alijs: interea tamen eos iustas adhuc habere causas, cur à Galeno, atq; alij hac in parte discordent?

P A G. 28.

- ” Est enim non probabile solūm, sed prop̄e
- ” necessarium eum hanc omnibus confes-
- ” sam ac notam putredinem putauisse
- ” propriè τη̄ψιρ nominari.

Com. Quam ipse Autor definiuit, eam verum est, ipsum propriè
 45. σῆψιρ putare: quam verò Eraſtus propriam somniat eam, & non probabile est, & omnino falso est, propriè σῆψιρ ab Autore censi-
 seri: idq; nunquam nisi fortasse Spudasto aut Furnio alicui persuau-
 debit Eraſtus. Quid autem ad allegata loca? Quid igitur (inquam)
 tandem ad istam inuisam hactenus atq; inauditam locorum Gazā,
 quam nobis Eraſtus proponit? Hoc vnum, quod sat pro omnibus fu-
 erit: Reuera desipere atq; insanos esse (quo titulo Eraſtus aduer-
 sarios suos insignit) eos, quicunq; rentur, Putredinis modos, in o-
 mnibus allegatis locis attackos, aut ad vnam eandemq; Putredinis
 notionem omnes referri, aut cum ea definitione omnes conuenire pos-
 se, que ab Autore nostro hic exponitur. Hic murus aheneus esto.
 Et de hoc contenderunt hactenus docti, qui plura etiam quam Era-
 stus le-

Itus legerunt in Aristotele ac nouerunt: Vtrum (inquam) Putredo hic, in hoc inquam quarto libro meteor. cap. i. definita, sit illa rustica & vulgaris (aut secundum totum illa dico sit, & violenta, aut secundum partem) cuius toties alibi facta mentio: deinde vero & vrum aut hæc aut illa in humoribus locum habeat, cum perfibres à sua discessere Natura: Hic (inquam) totus est Rhombus. Nam verò Simonium inter illos doctos, qui in scriptis Aristoteleis euoluendis diu multumq; sudarunt, minimum, in hanc scenam introducam rnum pro omnibus. Is igitur, priusquam Erastus de Putredine scribere, & nobis inuisibilia reddere visibilia, atq; hæc rursum in inuisibilia mutare cogitasset, hæc scripsit:

At putrefactionis quæ recessu quocunq; à natura definitur, plures & varij sunt modi, prout etiam pluribus, varijsquè modis, vnius & eiusdem mixti, seu non mixti, violari natura potest: Secundum hanc peculiarem, quæ tamen vulgaris est, Putrefactionis significationem, multa in Aristotele loca intelligenda sunt. "

Potuit clarius loqui, ut indicaret, alios quoq; vidisse Gazam illum locorum Aristoteleorum, qua rna tantopere sibi sapit Erastus hic, ut despiciens atq; infanos vocet alios? An non perspicue ex ilius verbis intelligitur, alios quoq; Rusticum de rapa sua putrida conquerentem non semel audiuisse, cum ita sonent: *VVLGAREM esse alteram putrefactionis notionem, & abhorrentem ab Aristotelea definitione?* Quid verò illa eiusdem?

Neq; exempla similia desunt in Aristotele, in quibus posthabita vocabulorum germana significacione

„ catione ad vulgi arbitrium se accommodat atq;
„ usurpat ea.

At (inquit Erastus) Vulgaris altera , potius germana & pro-
pria est , Aristotelea illa impropria . At (inquam) vnde hoc Era-
stus colligit . Nos enim illi tot semper opponere possumus . Ab Ari-
stotele simpliciter , & citra omnem limitationem , correctionem , ex-
cusationem , priorem corruptionem mixti naturalem , ter primum
esse appellatam putredinem , deinde vero sub nomine Putredinis de-
finitam explicatamque : Vnde igitur impropriè apud Aristotelē sic
illam dici autememus ? Alteram vero neque appellatam putredinem ,
citra limitationem vocis id iws & non conuenientem definitioni hīc
allatae : Cur igitur propriam somniemus ? Hoc quod proxime
dixi , ut cognoscat Erastus , iam paucis efficiam , paulo post , cum
ad contextus Aristotelis interpretationem ventum fuerit , pluribus
id effecturus . Putredo hīc definita (neque enim nisi una definitur , op-
posita Generationi simplici , que ex ipsa vna exposita est , non du-
plex , ut Erastus imaginatione sibi finxit (sit à calore externo , am-
bientis inquam aeris aut aquæ , in quo mixta degunt , cuocante ac dis-
sipante in auras internum , adeò ut euocato , eductoque calore insito ,
humidum ipsum à sicco diuortium faciat : proptereaque quæ hoc mo-
do putrescent , humida primū : (abicit enim id , quo cohibeatur ,
& sicco temperabatur humor) deinde vero sicca redi , donec ad
extremum in cineres reducantur . Tot inquam conditionibus Putre-
do illa constat , quæ ab Authore hīc primū επ τιπω delineata ,
mox definita est . Nam si quis sit , qui affirmare ausit , eas vel omnes
vel plurimas (nunc percurremus Gazam Erasti) adaptari posse
excrementorum in animato corpore putrefactioni , sect . 1. probl.
24. semini cum ex eo , vel foris , vel in utero corrupto generatur ali-
quid , q. sect . probl . 14. contagiose Phtisicorum expirationi , sect . 7.
probl .

probl. in greco cod. 18. in latino 4. Cerebro, cum transpiratione impedita, putredini opportunum, vita breuioris causa esse dicitur, 10. sect. probl. 47. Vrme, cum retenta diutius, olet grauius, 13. sect. probl. 1. excrementis viuorum aut mortuorum. 13. sect. probl. 4. Spiritui, excrementisq; pituitosis ieiuni ventriculi, grauius olentibus. 13. sect. probl. 7. sudori alarum foetenti: quia conclusus ille locus, minus perspiret, aut foeciori gibborum expirationi, propter pulmonis loca angusta, distortaq;. 13. sect. probl. 8. et 10. humori, qui subest cuti, cum pallorem inducit, sect. 14. probl. 12. (de probl. 7. eiusdem sect. et de probl. 4. nec non penult. sect. 22. infra dicemus) momorse à sacro Angue carni 8. de hist. animal. cap. 29. terræ, vel limo, vel aquæ, vel excrementis, vel parti platarum, cùm ex eis enasci animalia quedam sponte dicuntur, 3. de ort. animal. cap. vlt. et 1. eiusdem tract. cap. 1. et 6. de hist. animal. cap. 15. et 16. demum canitie, de qua 10. sect. probl. 27. et 5. de gener. animal. cap. 4. et 5. (hac tota Gaza Eraſti est) Qui inquam his ac tot adaptari posse conditiones Putredinis recensitas putat, cum ego non desipere, atq; insanire modò (vt Eraſtus loquitur) sed ne humani quidē cerebri micam habere in suo capite iudicarim. Atq; hac vniuersim iam quedam particularius examinanda sunt. Vrget Eraſtus pag. 28. in sua rustica putrefactione usurpatum ab Aristotele verbum σταθμόν προ πυρεων pro putrefieri. Sed quorsum obsecro? Quis enim negavit usurquam, Putredinem vulgarem esse quoq; τινά φθορά, cum adeo sint aperta et plana Philosophi verba, vt ne vel Aſinus id sit infici-
 as iturus? οὐ μέτρησθε γε λέγεται στάθμη επι πλού κατά μέρη φθορά μένων σταθμοί. Sed vt ista subtilis annotatio pro Spudasto aut Furnio aliquo aptè sit excogitata: pro quonam fuerit illa pag. 29. Φθορά μέρης usurpatum esse ab Aristotele pro σταθμού: dic enim lineam, in qua Aristoteles eo loco de istiusmodi verbo vel nutu quidem meminerit? Noluit vir ille, quicunq; fuerit, halitum qui ex

*tabidus, lippū, scabiosis, pestiferis effummat, appellare cum rusticis
& vulgaribus Putredinem: corruptionem cum sapientibus dixit, quia
Putredinem dicere cum ijsdem non poterat. Noster tamen ad suas
partes etiam trahit problema illius: & quo argumento? hoc: quia
in peste, sicut & in phtisi certum sit ægros putrida expirare &c.
Cui certum Erasste? tibi? at nobis & doctis alijs, in peste præser-
tim, nihil incertius.*

P A G. 29.

- ” Debes autem hic obiter, ac veluti in trās-
cursunotare, Putredinem in quibusdam
” fœtoris causam existere &c.

Com. *Magnum & hoc quoq; fuit mysterium Spudasto reuelandum.*
46. *Nemo enim vidit aut audiuit hactenus, oua, caseum, rapas, cepas,
Vrinam, quæ putrefacta vulgos nominat, male olere: (de quo ta-
men fœtore infra dabitur plura dicendi occasio) At alius qui nec
Spudastus ille sit, nec Furnius, non in transcurſu & obiter, sed at-
tente, atq; ex proposito cogitabit, Aristotelem (si etiam nolis Ari-
stotelem esse perinde te amabimus) affirmasse alicubi, malum atq;
grauem odorem omnem esse sōbolem ἀπεψίας Tivie 13. secl. probl.
4. & secl. 1. probl. 48. quam μόλυνσι, dixit alibi, ideoq; nos vul-
garem Putredinem ad hanc ipsam ἀπεψίαν reuocasse in exam. Bru-
non. pag. 42. non ad putredinem hoc loco definitam: id quod etiam
recte factum, ex eo liquet, quod lib. 5. de ort. animal. cap. 4. pu-
tredo alimenti opponatur concoctioni eiusdem, & lib. 4. cap. 8.
expresse dicatur σαπροτής γαρ οὐκ πέψις ἐνάτια: Pagina eadē
annotat, humidiora magis esse putredini obnoxia &c. id quod Me-
dici quidem in ore nunquam non habent. Aristoteles vero sua defi-
nitione ut comprehenderetur, ne dignū quidem duxit: de quo post.*

PAG.

PAG. 31.

Qui non videt Aristoteli citatis locis omnibus &c. " "

Si non omnibus, saltem quamplurimis citatis locis Aristotelem Particularem ac vulgarem putredinem significare, nemo non videt, " "
 & nemo non vidit haec tenus. Sed viciissim qui non videt, eam minime respondere natura & conditionibus Putredini, naturali illi inquam simplici a se proposita 4. lib. meteor. cap. 1. ibidemque definita, explicateque: hunc vere cœcum & amentem iure fortasse dicet aliquis.

PAG. E A D E M.

Ac ne ille quidem sanus iudicari poterit &c. "

Insanimus omnes ex Erasti sententia: videndum igitur, num solus ipse sapiat. Quero primum, num ausit Erastus iuramento affirmare, ex uno duntaxat ore prodijisse voces illas omnes, quas citauit? deinde, utrum senectus sit corruptio naturalis vel violenta? Naturalem dicet Aristoteles (neque enim quid respondeat Erastus magnopere curabimus) πᾶσα γαρ κατὰ φύσιν φθορά εἰς τὸ οὐδὲ τίπου: διορ γηγενεῖς νοῦς ἀναυστικός. Idem habes lib. de respir. & lib. de vita & morte: quod etiam Theophrastus docuit lib. 5. de caus. plant. cap. 15. At Aristoteles tamen, senectutem in animali putredinem appellat 14. sect. probl. 7. quod imprudens allegavit Erastus, οὐ τὸ γηγενεῖς σημεῖον τοῦ οὐδετοῦ. Erasti autem verba ad Spudastum suum hec sunt: *Quis non videt citatis locis omnibus, Aristoteli vocem significare putredinem, non naturalem sed violentam, vulgaremque & omnibus idiotis cognitam? &c.* Ego vero ausim affirmare idiotam nullum tam fore inquam sapientem, ut senectutem putredinem, & senescentem hominem putrescentem dicat. Vbi rides

si ij

deinde

denuò Aristotelem à vulgari loquendi consuetudine discessisse. Congeras iam atq; accumules huc , quantum velis tuos. Quatenus, tuos. Id est, tuos, Fortasse, quibus vndiq; scatet Philosophia tua, nunquam efficies, Aristotelem ista alieno potius, quam suo arbitratu locutum esse. Propriè ne inquam tum vñitur voce putredinis Aristoteles, o Spudaste, aut impropriè : Si hoc : igitur senectus est corruptio animalis violenta, quo corruit Aristotelea philosophia : Si illud : igitur non semel tantum, sed sexies in cap. i. lib. 4. meteor. Et semel allegato loco, propriè vsus est Aristoteles voce Putredinis, quo euanscīt Erafstī somnium. Quæret item Spudastes aut Furnius altus : (ille enim tuus, Erafste, vterq; dico, nimium sunt interrogando tardi, assentiendo faciles, intelligendo stupidi) vtrum castaneæ, nuces, caseus, rapa, poma, cùm putrescant, & putrefascere tam à sapiente, sed. 22. probl. 4. 5. & 22. quam à Rustico tuo dicuntur, naturaliter aut violenter corrumpantur. Aristoteles dicet naturaliter : destruitur enim in illis calor internus foras euocatus ab externo calore : vnde sequitur dissolutio humidi à sicco: donec eo secreto atq; abolito, maneat terra. Et simus vt in castaneis, nucibus, pomis, caseo, liquido non videre tantum animo, sed cernere, atq; intueri oculis est. Dicit etiam Theophrastus lib. 5. de caus. plant. cap. vlt. qui generatim de seminum corruptione hæc loquitur: πάντα γάρ τι μεχρι τινῶς ; εἴ τοι & πόλλα ταῦ. Καὶ δι λέγω συνάμει. (ne quis exciperet, eum de animali corruptione loqui) φθειροποιοι δέ φυσικῶς; & πολλαλούμενοι νοήσπερ διαπνεόσκε (nota Furni διαπνεόσκε illud, nota Spudaste) ξυμα τῆς θερμοποίησε, καὶ ὑγροποίησε. At Erafsto eiusmodi corruptio, non est naturalis illa, sed violenta, sed vulgaris, sed particularis. Cui adhærebimus? Fidem præstet Spudastus cui volet : Nos pro Theophrasto stabimus. Et quoniam Erafstus ad hunc rnum Aristotelis discipulum appellat, libenter scire de illo velimus, ecquanam tandem coniectura doceri possit, Theophrastum lib. 3 de hist. plant.

cap. 12. cūm lūniperum cæsam breui, cedrum vix putrescere: lib. autem 4. cap. 3. spinam albam imbecillum natura sua ευσητον: nigram verò ιχυοτεραν δε νομιζετον: & lib. 5. cap. 5. Robur defossum, atq; in aquis fluviorum & lacuum demersum, minimè vide ri obnoxium putredini: idem tamen mari putrescere: necnon cap. 8. cum Platanum celeriter putredine corripi, aut lib. 6. cap. 3. cum de Laserpitiū radice verba facit: aut lib. 8. cap. 9. cūm de Faba terram stercoreante, & lib. 9. cap. 5. vel lib. 1. de caus. plant. cap. 1. rbi de lignis & alijs putrescentibus, ē quibus nascuntur vermiculi: item lib. 2. de caus. plant. cap. 16. cūm plantas senescere, deinde verò tandem corrumpi, id est putrescere (sic enim seipsum interpretatur) scriptum reliquit: & cūm lib. eodem. cap. 23. in partem arboris, in terram putredine conuersam, si deciderit semen, germinare. aut lib. 4. cap. 17. rbi Triticum coaceruatum vel puluerulentum, celerius putrescere scribit, Violentam potius (tuo modo loquor, id est male, de quo post) & particularem, cuiusmodi intelligit 9. de hist. plant. cap. 12. & lib. 1. de causis. cap. 6. item lib. 3. cap. 7. 17. 27. & lib. 4. cap. 15. nec non lib. 5. cap. 11. atq; alijs nonnullis in locis, quam naturalem & vniuersalem putredinem intellexisse? Ille Spudastes hec non petiit, nos petimus, & petiere olim aliij: Cur igitur nobis quoq; prasertim insanis ac cœcis, & desipientibus, Erasmus sua summa sapientia, ac subtili Philosophia non bene faciat, atq; animum discipline sicutientissimum expleat? Quæ de Theophrasto dicta sunt, eadem de similibus locis, quæ passim in Aristotele occurruunt, ut supra ridimus peti possent.

P A G. 31.

An non apertè & clarè &c.

Minimè gentium: Neq; clare inquam, neq; obscurè hoc dicit Com.
Aristoteles: quia nunquam id habuit, vel etiam habere in animo
f iij . potuit, 49.

potuit, ut diceret. Et solus Spudastes aut Furnius aliquis, qui Eras-
sti & non veritatis Aristoteles sit amans, contrarium est asserturus.
Ut mirer Erastum illa hic subjcere :

Demonstraui Putredinem, qua res κατὰ μέρος cor-
rumpitur propriè putredinem vocari &c.

Vbi locorum hæc demonstratio ? Assensum Spudasti appellas de-
monstrationem, nos stupiditatem nominamus : affirmamusque, tam
discipulum quam præceptorem hac in parte miserè decipi atq; hal-
lucinari turpiter.

P A G. 32.

- ” Sed est vera corruptio talis inquam, ut res
- ” quæ hanc passæ sunt, in integrum prio-
rem statum, nullo pacto redire possint.

Com. Si tam verè, quam audacter philosophari Spudastes ille ab
50. Erasto discere posset, bene cum illo & nobiscum agoretur. Nemo us-
quam extitit quod sciam, qui non fassus sit, Authori nostro Putre-
factionem vulgarem, esse corruptionem : sed esse tamen corruptio-
nem secundum totum, affirmare vnuis aut alter tantum ausus est :
cum Aristoteles ipse dicat, non simpliciter φθερομένων, sed κατὰ
μέρος φθερομένων : siquidem priore illa, quæ dissolutio est humili à
sicco propter interitum ac defectum caloris naturalis, res mixta,
seu prima seu secunda mixtione (semper enim in ea est, quod hu-
mili, item quod siccii, & calidi & frigidi elementi vicem gerit)
desinit esse mixta : altera verò hac, qua nullum istiusmodi diuerti-
um πῶν μικτῶν fit, non sequitur totius mixti corruptio : sed mixti
eiusdem discessio quedam à natura propria, de qua dicemus, etiā
per eam, nonnunquam ita res mutetur, ut in priorem statum denzo
redire

redire nequeat: Sed audiamus prius Erastum philosophantem in
verbo φθειομένωρ.

P A G. E A D E M.

Quid enim aliud est χωρισθὲν τῆς φύσεως quam
corrumpi &c.

Nihil aliud est hoc loco χωρισθὲν τῆς φύσεως, quam mixtū,
non dico corrumpi, sed corrumpi secundum partem. Est autem hoc
discedere à proprio temperamento: quod natura rei & est, & dicitur,
de quo postea. Idq; ante nos, etiam si titubando, & non per omnia
recte afferuit Vicomercatus his verbis:

Ex parte corrumpi ea videtur intelligere, quæ
non omnino intereunt, sed à natura tantum sua
& cōstitutione recedunt atq; alterantur. Possunt-
que etiam interdum ad illam reduci, quomodo
etiam res ex parte generari arbitrabatur, quæ non
absolutè generantur, sed cum genita sunt, tales ac
tales, vt coctione, atq; elixatione, seu maturatio-
ne redduntur. Ita aēr & aqua, cùm à naturali sua
constitutione, ac natura recedunt, ex parte in-
tereunt: Nec enim aut aēr aut aqua esse desinunt,
cùm à natura, & aēris qualitate discedunt, quod
fit cùm putrescant.

Idem post Vicomercatum afferuit Archangelus Sanctioiu-
stianus his verbis: Quæ secundum partem corrumpuntur, & à pro-
pria natura recedunt, talia putrescere ab Aristotele dicuntur: sed
elementa uno excepto igne, secundum partem corrumpuntur, & à
sua

sua natura recedunt: ergo & ipsa putrescent. Sic & humores febrifici, cum à propria natura id est à sua temperatura, & conditiōne recedunt &c. Atq; idem Author cap. praecedente in hunc modum locutus est: Putredo secundi modi, non est egressus proprij ac naturalis caloris, neq; dissolutio humidi à sicco, sed recessus duntaxat, à proprio temperamento, quod cunq; fuerit illud, siue frigidum, siue calidum, siue siccum, siue humidum, siue compositum ex his. &c.

P A G . E A D.

„ Clarius hoc ipsum intelliges, si quæ cap.
„ xj. &c.

Com. Adducam huc alia tria ex Theophrasto loca, ne hīc quoq; putas,
 52. nos admonitione tua fuisse adiutos: tum demū efficiā, ut qualis phi-
 losophia tua sit, cognoscas. Ille itaq; lib. 6. de caus. plant. cap. 15. de
 succorum extractione loquēs, hęc habet verba τός δέ κοινήσια πα-
 τες τῆς φύσεως νοῇ ὑποκήπουτες &c. lib. autem 5. cap. 10. subfi-
 nem, loquens de putredine plantarum vulgari, cui occasionem de-
 derit siccitas, ita scribit, εἰοργάνης ἐκσασίς γίνεται τῆς ἐκφύσεως: Επί δὲ την ἐκσάσει μεταβολὴ νοῇ ἀλλαγὴς: ἐπί δὲ την μεταβολὴν δια-
 τίῳ σκήτῃ ἡ ζωγρονία: atq; 6. de caus. plant. cap. 10. *Vinum* οὐδὲ
 ισαμένον corruptum dicit. Vbiq; igitur apud hunc Authorem fue-
 rit quidem χωρισθναι τῆς φύσεως, pristinum exuere temperamen-
 tum: vel dicas remoueri ac degenerare à natura & constitutione
 propria: non tamen ubiq; corrupti secundum totum. Sic vinum οὐδὲ
 ισαμένον id est, retustate factum acrius, aut vitio aliquo acidius,
 corruptum appellatur, id est, ut recte Scaliger accipit, non exacte
 corruptum, sed quamcunq; mutationem perpeſsum, qua desinit esse
 sincerum vinum: triticumq; & hordeum, cum ex illis apparatur
 zythum à natura quidem sua discedere, sed non simpliciter tamen
 corrupti

corrumphi, aut putrefascere, verum πτοσή πεδου tantum, id est quasi corrumphi dictum est, quia nimirum non sit ista remotio à natura secundum totum sed secundum partem, per quam vinum quidem adhuc sit Vinum, atq; hordeum, hordeum, non eiusmodi tamen conditionis, cuiusmodi fuerat antea: multò minus ut in τα μικτα & principia sua dissoluta sint. Quid est morbus Eraste? aut quandonam morbidā dicimus partem? an non cum hæc à sua cōstitutione remouetur? ecce, ἐκβασις γωρ τις ἀεὶ τὸ κατά φύσιν ή νόσος Theophrastus lib. 5. de caus. plant. cap. 9. & in Platone ἐκβασις τῆς φύσεως νόσος: atq; in Galeno quoties διάθεσις vel κατασκευὴ contra naturā appellatur morbus? Pars itaq; morbida discessit à sua natura: sed an propterea eam sic deposuit, ut in aliam speciem transierit? Plātam idem Theophrastus corruptam dicit, quæ ita à natura sua digressa sit, ut fructificare tantum non possit amplius non autem ut in totum corrupta speciem mutarit: καὶ ή φθορά (inquit) ἡ οὐλος, ή εἰς καεπογονίαν. Ideoq; nos sub hac Putredinis specie, contineri febres omnes, spirituosas dico, humorales atq; hecticas appellatas, in Synopsi asserimus: quia nimirum per eas, nihil plus partes, aut etiam ipse sanguis, quam aucto calore ferverem perpetiantur quendam. Nemini autem dubium, mutatione ista temperamenti, à quacunq; illa demum causa fiat (nam & calefactione & refrigeratione, & exiccatione & humectatione corrumphi res possunt. Galenus lib. 5. de fac. med. cap. 15. & Phyloponus in comm. ad lib. 2. de ort. atq; inter. cap. 3.) si hæc duret, ex toto mixtum corruptum iri: sed non tamen per Aristoteleam putrefactionem. Ergo si v. g. calore aucto, naturam suam ex toto exuere cogatur, Author noster istiusmodi πάθος exustionem, id est excessum elixationis aut affectionis (quod unum & nihil aliud Galenica putredo est) non putrefactionem appellabit: si à frigore μόλυνσι aut quamcunq; aliam απέψιαν. Hæc inquam diximus, atq; inculcauimus nos antea: no-

ster Erastus tamen, quasi Deus ἀπὸ τῆς μιχανῆς apparet, nihil
νοσquam se aut legisse, aut vidisse apud alios scriptum simulat. Ig-
tur, ut iam à nobis habeas, planam ac genuinam Authoris nostri ver-
borum interpretationem, dicimus: Definitam fuisse hactenus Ge-
nerationem simplicem, eidemque simpliciter quidem oppositam, tan-
quam maximè commune contrarium Putrefactionem: τῇ λόγῳ ἀπλῆ
γενέσεα ἐναντίον μαλίσα κρήτη ποιοῦσά σῆμα: secundum partem autem
ἀπεψίαν: ecce, κατὰ μέρος δὲ μόλυντες, νομὴ ἀπεψίο: Posthac, εἰ
τύπῳ delineatam Putredinem: deinde quasi obiter adiecitum, etiam
corruptionem illam, qua est secundum partem, Putredinem dici
consueisse, sed peculiari quadam & plebeia, atque à priore illa ab-
horrente significatione (οὐ μὴν ἀλλὰ ιδίως γελέγεται σῆμα, ἐπὶ^{τῶν} κατὰ μέρος φθειρομένων) Quasi dicat opponi quidem simplici
Generationi, per quam agentes qualitates ex toto vincunt, corrup-
tionē illam, per quam riciissim patientes qualitates, ex soluto calore
insito, ex toto superant: sed & opponi quoque illam, per quam eadē
ex parte tantum dominantur: ὅταν δὲ μὴ κρατῇ κατὰ μέρος μον
&c.) & priorem illam quidem Putrefactionem propriè dici: po-
steriorēm vero ad ἀπεψίαν referri, qua tamen & ipsa putrefactio
à Rusticis appellari consuevit: οὐ μὴν ἀλλὰ ιδίως γελέγεται
σῆμα, ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος φθειρομένων. Hac verborum Authoris
tam plana, simplex, nuda, perspicua est, & sibi per omnia consen-
tiens cum series, tum sententia, ut plus quam iniquus sit, qui ea ad
alium detorquere sensum conetur. Iam vero ut explicaret Philoso-
phus, quid tandem vulgo esset hæc Putredo, & corruptio secundum
partem, subiungit, ὅταν χωρίσῃ τὴς φύσεως: id est putredo ista
apud Rusticos, per quam res corruptitur, non secundum totum,
sed secundum partem, nihil deniq; aliud nobis h̄c fuerit, quam egres-
sio quedam à natura, incolumi tamen substantia, quecumque illa de-
mum sit futura. Sic enim φύσιν cap. 2. definiet: φύσις δὲ ἡράλεγο-
μενη ὡς ξῆλος κρήτης: ecquid amplius? τοῖς δὲ οἷς ὑποκειμένην

Τινά, μορφή ρ τὸ τέλος δι τῆς πέψεως: Εγ γαρ μορφής ὅταν
 τοῖοντι γεννηται, καὶ τόσον τι τὸ ὑγρόν, ἢ ὀπίσμενον ἢ ἐψόμενον
 επόμενον (audis sūπεθαι, nihil hīc esse aliud, quām humorem
 ποῖον τι, vel τόσον τι fieri) ἡ ἄλλως πώς θερμασιομένον. Sic etiā
 alibi putredo ἐπέψια definitur s. de ort. animal. cap. 4. Εγ
 coctioni opponitur, ut audies postea. Atq; hoc demum est interpretari
 Aristotelem: id est verba plana & perspicua, ex eodem, non
 autem TVOS QVATENVS, TVOS, ID EST, TVOS FOR-
 TASSE, tuaq; alia somnia, quorum ne vel syllabam quidem in A-
 ristotele monstrare possis ad eruendum illius sensum, adferre in
 medium. Ergo idιως putrefactio Authori nostro est, digressio
 quæcunq; à natura, seu nativa constitutione: ita tamen ut per eam,
 non secundum totum, sed secundum partem vel mista vel non mista
 res corrumpatur, idιως σῆμα λέγεται επὶ τῷ κατα μέρος φθεί-
 σομένον. Secundum totum autem corrumpi est, cum res non solum
 à temperatura, & constitutione sua vtcunq; discedit, sed prorsus
 suam mutat, vel etiam induit aliam speciem. Id quod si dissolutione
 humidi à sicco, extra euocato calore insito, à calore τὸ περιέχοντος
 eueniat (qua ratione mixtum omne, sua natura corrumpi aptū est)
 interuentu naturalis putrefactionis factum dicitur. Sic enim prin-
 cipia, qua in pnum mistum Natura per Generationem terminauerat
 antea, mutuoq; inter se confuderat, secreta iam, in speciem aliam
 componi atq; effungi possunt. Si vero alio modo corrumpatur ex
 toto mistum, id non per putrefactionem naturaliter, sed vel per cō-
 bustionem, vel eiusmodi aliud πλάσιον, violenter corruptum dicetur.
 Summa est: calorem esse principium generationis omnis. Hic igitur
 vel euocatus ab externo attenuatur, vel externi, aut aliis accessio-
 ne inualescit. Illo modo putredo sequitur, secundum quem simplier-
 ter ac naturaliter corrumpi dicuntur mista, quia in sua principia dis-
 soluuntur, ex quibus primum coaluerunt. Hoc vero πάθος aliud pu-
 t i y tredinem

tredinem nominitare (ut Lucretiano rtar verbo) tibi quidem & Rusticis alijs, per nostrum Authorem licet, ea tamen conditione, ut vna intelligas, nihil aliud eam hic esse, quam & πεπισταντ & omnino Alterationem quandam, per quam mistum, non secundum totum, id est in principia sua dissoluatur, sed natura duntaxat, & conditionem suam priorem vt cunq; mutet, atq; id ipsum tamen sit, quod erat ante. Qua etiam ratione, febricitantium incalcentem sanguinem putrefascere, nemo inficiatur. Ideoq; etiam alij huius Authoris Genium secuti, id est, cum sapientibus, & no cum Rusticis locuti, ου σηπεδαι Tralliano teste dixerent. Sed cum corruptitur (dices) ex toto mistu, non dissoluto tamen humido à sicco propter egressum interni caloris ab externo euocati, quæ tandem illa nostro Authori futura corruptio? Violenta (dicam) non naturalis: omnes enim alie huiusmodi corruptiones, mistum mutant in aliam speciem, non autem in sua exoluunt principia, ex quibus primo per generationem extitit. Autem nimium calore, comburitur mistum. Quid autem combustionē illa fit? Σύνατορ γαρ τὸ ἀυτὸ σάρκιον καίσαται (inquit Philoponus) ἐν πυρώσου ἢ ἔξαρψου: νοὶ ποιῶσον δὲ Σύνατορ υδωρ (Sic enim omnino legendus est ille locus) ὑπὸ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας ἐκπινετός μενομ, νοὶ σήκαντα εἰς γῆρας σιαλύσεθαι. Hoc ita se habere cognosces ex Aristoteleo discursu, quem Alexandreis propè verbis, iam denuo tuis subiiciemus oculis. Dixerat, naturalem omnium mistorum finem esse putrefactionem: nisi si quid eorum vi intereat, ut si comburatur: idq; ex eo probat, quia humida primum deinde vero sicca efficiuntur quæ putrescunt. Quasi dicat: Putrefactio idcirco naturalis interitus dicitur, quia per eam, superatis agentibus qualitatibus, materia misti dissoluitur, non autem perditur: quemadmodum Generatio naturalis erat, per quam agentibus ijsdem qualitatibus natu λόγοι superantibus, misti eiusdem materia, quæ est in humido & sicco posita, certis quibusdam terminis vniuebatur: non autem procreabatur:

creabatur : idcircoq; statim subiungit : Ex ijs enim (id est humido
 ac sicco) ortum est, atq; humore siccitas terminata fuit qualitatum
 efficientium opera &c. Vt ideo Authori nostro aliae omnes corrupti-
 ones secundum totum violentæ dicantur, non quia violentas causas,
 aut externas aut internas consequantur : sed quia per eas mixtum
 non ita in sua principia dissoluatur, quemadmodum ex suis princi-
 piis per naturalem Generationem vnitum ac determinatum est. An
 vero idem Author de istiusmodi violentis corruptionibus alicubi e-
 gerit, vel eas ad partim à se recensitas obiter, partim ex proposito
 declaratas reuocari? Spudasto per me licet, utrum ipse velit, af-
 firmare : (Neq; enim in id, quod ipse quidem secum animo sentire
 potuit, sed nusquam tamen proferre voluit Author, sed in ea quæ
 expresse prolatæ extare hoc loco voluit, quid significant, & quem-
 admodum intelligenda sint, inquirere nostrum est) sed illud nun-
 quam : Putrefactionem aliam hoc loco definiri, quam simplicem ac
 naturalem : Vel vulgarem ac Medicam illam, cum Putrefactione
 hoc loco definita atq; explanata conditionibus, totaq; natura concor-
 dare : Vt præceptor ipsius, contra expressa Authoris nostri verba
 (id quod paulo post esse verum demonstrabimus) frustra contendit.
 Quanquam, si ea spectentur, quæ Arist. cap. I. & cap. 3. hu-
 ius libri tradit, omnes alias corruptiones, quæ secundum totum sunt,
 pro violentis habere ille videatur, ad excessum assationis aut elixa-
 tionis referendas : (& reuera etiam sic res habet) vtut alibi cum
 rusticis Putredines eas appelleat. Iam verò, quoniam ferre te ægrius
 video, quod in mea Synopsi scripserim, discessionem à natura nihil
 esse aliud, quam alterationem ac mutationem temperamenti, pro-
 pter alienæ rei permissionem : scito id me à Theophrasto accepisse,
 qui lib. 6. de caus. plant. cap. x. cum bona tua venia sic locutus est.
 ολως δὲ ἦν φθορὰ πάντων ἡ (nota) καταπίει τοι ἀλογίς : ἡ εἰλ-
 λέψη τοι δικεῖσθαι χρήσιν. Vt & naturalem, & violentam, & mi-
 t iij sti cuius-

si cuiusq; , aut etiam non misti corruptionem , indicare nobis hisce
 verbis, ille quoq; voluisse omnino videatur. Locum porro illum, quem
 citas ex lib. 4. meteor. cap. II. libet etiam paulisper ventilare, pri-
 usquam ad alia pergam, ut supinitatem tuam, in ferenda de scriptis
 alienis sententia, detegam magis. Loquitur ibi noster Author de san-
 guine, Genitura, Medulla : que cum naturaliter affecta sunt, cali-
 da esse pronunciat : at ἔξισαμένα τῆς φύσεως, οὐχὶ διαρχαί χωρισθῶσι οὐκ
 εἰ. Quam φύσις ibi tu intelligis Erasfe ? Sanguinis ? Audi iam quid
 obijcere possit alius , qui tuo Spudasto sit paulo indocilior. Aristoteli-
 sis verba hec sunt: χωριζόμενον ἐν τῇ φύσεως τῷ ἔχοντι, τὸ δὲ μα-
 τικόντων. 2. de part. animal. cap. 3. item ista : caliditatem in sanguinis
 definitione includi. περὶ τῶν λευκῶν & νεφρῶν τὸ λευκόν. Respon-
 debit pro te alius: sanguinis vocula secus accipi à sapientibus quam à
 Rusticis. Apud illos enim significare humorē in Venis calore cordis
 (non earū proprio, ut blatero Suevus contendit) procreatū, qui vlti-
 mā nutritionis materia est : qua notione vitali calore ac spiritu defi-
 niatur: Apud Idiotas verò mistum quodam liquidum, rubicundum,
 qui in animalium venis continetur : secundum quam definitionem
 sanguis tactu quidem percipiatur calidus , non propria tamen , sed
 aduenticia caliditate. Ideoq; apud hos duntaxat , sanguinem etiam
 extra Venas deposito adsciticio, atq; externo, id est non proprio, sed
 τῷ ἔχοντι calore illo, etiamnum esse ac dici sanguinem: quia vtut a-
 lienam illam deposuerit, suam etiamnum integrum naturam seruet :
 Sic enim eum appellare Aristotelē κατα πάθος, οὐ καθ δύναμον.
 Verū enim uero, hæc ut vere dicantur, non tamen Aristotelem
 excusant. Nam calor apud sapientes differentia est, que constitu-
 it essentiā sanguinis, ut Alexander scripsit, Θεολογία, non δύναμον
 facit : tantum abest, ut accidentis vel proprium illius sit πάθος. Pro-
 indeq; lib. 4. meteor. rectissimè dictum, sanguinem deposita vege-
 tabili caliditate illa, non esse sanguinem nisi δημωνύμως, iam his pa-
 lam

lam aduersantur ea , que præter alia iam adducta lib. 2. de part. animal. cap. 3. scripta sunt , διενέκτης ποτὲ τυγχάνει ὅμηρος οὐ θερμός : συνδιαλόγους δέ θερμός εἶται τις οὐδενα. οὐδετί, οὐδενία : τότεν γορὰς τὸν τρέπον τὸ ἀνθρώπινον κατέστη . Sed quorū hæc dices ? horum , ut intelligas non semper Aristotelem secundum vulgi sensum res accipere : quia cum lib. 2. de part. animal. cap. 3. πυρετός frigidum esse censeat sanguinem , quod Hippocrates quoque lib. de corde scripsérat , nihilominus eum deposita caliditate , à natura sua discessisse alibi dicat : atque vñā cognosceres , aliquando ab alio atque alio Authore , quæ tu ab uno eodemque profecta esse reris .

P A G. E A D E M.

Non enim potuit rem aliam vllam vocare

“

Naturam , quām suam cuiusq; misti tē-
perationem. &c.

“

“

“

Egregia consecutio , & reuera Spudasti tui auribus digna . Aristoteles agit de effectibus mixti , quatenus mixta sunt : igitur Naturam non potuit rem aliam vllā vocare , quam cuiusq; misti temperationem . Apage inquam cum tuis istis futilibus ratiocinationibus . Opponitur hic Putredo simplex Generationi simplici : Generatio simplex non temperamento definita est , ut tu perperam docuisti Spudastum , sed terminatione siccii per humidum , agentibus calido & frigido , vel prima sit , vel secunda mistio : ergo neg Putredo illi opposita , temperamenti abolitione definitur . Supra hæc nos : Tu autem sic rectius , id est Putredo non sic opponitur generationi simplici misti , quemadmodum Putredo simplex , quia per eam siccata ab humidis , exitu caloris , diuortium faciunt nullum , quo dissoluatur mixtum , ut in Caseo putri , castanea , nuce , rapa &c. obseruamus . Quid igitur fuerit aliud id est Putredo , nisi & πενήντα Consulamus Author-

Com.

53.

Authorem hunc : Putrefactione , cuiusmodi in excrementis , Urine
 sedimento, lachrymis , pure spectatur, non mutari formam afferit ,
 cap. 2. lib. 4. meteor. Sed τοῖοι τι γίνεσθαι νολ τόσοι τι τὸ ὑγρὸν :
 non reddi autem tale tantumque humorem, nisi à suo temperamento,
 mutata re coquēda, expresse docet verbū illud ἡσηπτόμενον ἀλλας
 πᾶς (ergo etiam per σῆψιν) θερμαλνόμενον : quo etiam loco audies,
 coctionem vocari Putrefactionem , id quod Plato ante dixerat ex
 quorundam consuetudine: ἐπειδόμενον τὸ θερμόν νολ τὸ ψυχρόν σκηνεόντα
 τινὲ λάθη, ὡς τινὲς ἔλεγον τότε δη τα λῶα συιτρέφεται : Ο The-
 ophrastus quoq; cùm maturationem pyrorum agrestium, Ο sorbo-
 rum, quam non in arbore, sed exempta iam affequuntur, σῆψιν no-
 minauit, lib. 2. de cauf. plant. cap. 10. ut pōst hac desinas obstrepe-
 re nobis pure tuo, sedimento, lachrymis, fœcibus, in quibus Aristoteles
 maturitatem & omnino coctionem, quam agnoscit, putredi-
 nem appellat: τὸτε γαρ χρήσιμον δέ, καὶ πεπέφθαι φάμεν, ὡς περ
 τὰ ἐμ τοῖς φύμασι συνισάμενα οὐc. Ο paulò post δέ ή φύματων
 νολ φλέγματο, καὶ τῷ τοισθώρ (quaæ antea, σκηνόμενα dixerat)
 πεπανσιε: ή ὑπὸ τῷ φυσικῷ θερμῷ το ἐνοτίος ὑγρὸς πέντε: ergo
 ο & in ijsdem cruditatē agnoscit, que maturitatē & coctioni op-
 ponitur, cùm nempē à calore naturali minimè victa, (ut excremen-
 ta semper intelligo) succedente non naturali atq; alieno, temperiem
 mutant, varieq; pro ratione caloris & materiae afficiuntur: unde
 odores graues, & fædi colores. Atq; hanc quoq; cuius interuentu,
 non autem in qua generari vermes, atq; animalia quedam affirmat
 Author (nihil enim putrefactione generatur, sed coctione 3. de ge-
 ner. animal. cap. II.) putrefactionem dicet idem, quia nomen non
 habebit, quo appellet eam νολ φύσια (hoc enim verbum repetendum
 subintelligit) ἀπεψίαι γνοιοι τῇ μολύνσαι: ubi repetenda
 quoq; sunt illa: ἀλλαξ δινόνυμου: suprà vero habuisti, putrefactio-
 nem coctioni opponi. Dicam clarius: φύσις hoc loco Authori nostro
 est,

est, non solum ἐδοξεται οὐσία, sed etiam τοῖον νοεῖ Ἰόσοπος. Supra hoc de ipsius ore audiuisti. Nam verò cur Generatio secundum partem dicatur, non modo illa πέψις, cuius finis est τοῖοποτι νοεῖ Ἰόσοπος, verum etiam τοῦ θεοῦ καὶ οὐσία, partim supra significatum, partim infra explicabitur. Totidem de corruptione generationi huic opposita, id est, πεψία intelligi volumus. Nam igitur ubi πεψία totū mutabit, Authori huic violenta corruptio, vulgo nonnunquam dicitur Putrefactio, & Exustio quedam fuerit. Porro intelligo iam Exustionem, tūm eam, quæ excessu humidi caloris elixantis (per quam non minus ad generationem vermīum, sibi facere gradum Naturā consuevit, quam per simplicem ac naturalem putrefactionem) tūm illam, quæ excessu sicci caloris assantis inducitur. Ubi verò πεψία non totum mutarit, erit quoque tūm corruptio, sed κατὰ μέρη, quæ mera est alteratio, & vulgo etiam putredo dicitur: cuiusmodi in pure, in urina, in sudore, alii fæcibus, cùm à sua naturali constitutione discesserunt, & nihilominus pus, urina, sudor, fæx sunt, obseruamus. Habet paucis, qua significatione Aristoteles, putrefactionis vocamen usurpare tūm consueuerit, cùm de animalium partibus, aut contentis in his meminiuit.

P A G. 33.

Si quis φθορὰν, cum adiectione illa, quam hīc attexuit, pro alteratione sola positā ostendet, is demum admirabilis vir nobis erit.

"
"
"
"
"

Si quis vñquam aut vsquam, corrumphi secundum partem esse, nouam recipere formam (id quod Oddus de Oddis asseruit, à quo tu hanc etiam partem dialogi tui accepisti) in tota Aristotelis philosophia ostendat, is demum sit nobis magnus Apollo. Generatio

54.

eiusmodi, per quam dico, noua acquiritur forma, simplex & non secundum partem dicitur, quandoquidem per eam fiat mutatio totius in totum, nullo ut subiecto sensili remanente. Verba Aristotelis lib. 2. de ort. atq; inter. cap. 3. & 4. tam sunt vulgata & cognita, ut ea referre pudeat. Atq; audet tamen hic noster reuera Admirabilis, admirabilem eum dicere, quinon substantia totius mutationem, sed alterationem duntaxat esse Putredinem hanc affirmet: quam vel ipse Theophrastus allegato loco ex lib. 5. de causis plant. cap. 10. & & Moisip dixit. Morbum esse temperamenti ac naturae mutationem quandam, si quis inficietur, an non is pro insano habeatur? Aristoteles tamen transitum à sanitate ad morbum alterationem vocat. lib. 1. de ort. & inter. cap. 3. & 4. Putredo hoc loco corruptio est, & egressus quidam à natura propria: id enim nusquam, quod sciam, negavit nullus: Sed corruptio & egressio, non ex toto, & κατὰ μέρος, cùm hoc ipsum expresse dicat Author: hanc autem esse alterationem, hæc Aristotelis verba indicant: περὶ τὸ τάχιστον οὐρανὸν ἐνθεῖται προγματεύεται, οὗ τις αὐτία τῷ γένεσιν ἀεὶ ἔιναι, καὶ τὸν ἀπλόν, καὶ τὸν κατὰ μέρος. Audis inquam à Admirabilis, Generationem duplice in loco statui, simplicem rnam, & κατὰ μέρος alteram: Ergo & duplex interitus fuerit, simplex inquam & κατὰ μέρος. Quid autem ibi Aristoteli κατὰ μέρος? Dic inquam Admirabilis vir. Si Latinos omnes interpretes audias, φθορά κατὰ μέρος est alteratio: id quod etiam non grauatim concedit Philoponus, etiamsi hallucinatus deinde, aliam eius loci interpretationem adducat: Adducam illius verba: ἀπλῶς δέ καὶ κατὰ μέρος τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν συμβεβηκότων φύσιν: ἀπλῶς μὲν τὸν τὸν οὐρανὸν, κατά μέρος δέ τὸν τὸν συμβεβηκότων. Et reuera nihil aliud esse potest. Triplicem enim edifferendam Questionem proposuit ibi Philosophus: Num cur ortus rerum continuo duret, & consistat nunquam: Alteram, cur hic quidem simplex dicatur ortus,

tus, alius vero secundum partem, & tertiam ex priorenatam, cum unus interitus alterius sit generatio, cur, cum ex semine. v.g. oritur animal, etiam si semen corruptum sit. Generatio simpliciter: & contra cum ex caseo vermis, corruptio simpliciter, & non generatio secuta dicatur. Enodata priore ac posteriore, ad alteram explanandam, ne quis eam non esse a posteriore diuersam arbitraretur, his verbis aggreditur: τὸν μὲν ἀπλῶς γίνεσθαι λέγεσθαι, τα δέ τι μόνον (quod antea κατα μέρη iam τι μόνον γίνεσθαι dicitur) αὐτὸν ἐξ αὐτῶν γίνεσθαι, καὶ οὐ εἰπομένων τοπον ο.c. Sed fac (quod Philoponus voluit) generationi etiam alicui substantiarum cum ex se in vicem fiunt κατα μέρη appellationem ibi attribui: quantum id tamen cause tua fauebit, qui κατα μέρη voculas longe aliter interpretaris? Quòd simplicius aut minus est ens, in quod res mutatur, eo minus ibi Aristotelis simplex habetur ortus, hic vero tibi magis. Nam dissoluto mixto in elementa, simplex Generatio, in mixta vero aliis speciem mutato eodem, κατα μέρη (vt tu quidem nulla probabilitate fultus, nullaque Aristotelis autoritate munitus, affirmas) γένεσις existit. Atqui inquires, etiam secundum partem Generatum appellatur, cum altera substantiarum, quam altera, minus substantia, vel ut Philoponus interpretatur, minus nobilis ac prestans est, ut respectu nimirum alterius, instar priuationis habeat. Rectè: sed neque hoc etiam pacto, tuam causam reddes probabiliorem. Nam tu corruptionem illam simplicem vocas, qua mixtum dissoluitur in simplicia illa corpora appellata elementa, quæ rebus compositis omnibus gignendis atque interimendis, veluti subiecta materia sunt: cui opponis eam, quæ est secundum partem, per quam mixtum mutatur in ignobilius aliquod mixtum. At Aristotelis allegato loco, hæc non corruptio secundum partem, sed simplex: & contra Generatio secundum partem, non simplex habetur. Igitur verba illa tua, è schola Parmenidis, imò vero ut Aristoteles ipse testatur ex Rusti-

corum stabulis accepta, sed perperam tamen percepta, hæc inquam. Ceterum quia res aut (sic tu te ipsum interpretatus es paulò ante) omnino intereunt, id est velut in nihilum recidunt, aut nouam formam recipiunt &c. Aristotelis interprete indigna sunt. Semper enim unius substantiae naturalis corruptio secum afferit alterius generationem, & viciſſim hæc illam i. de ort. atq; inter. cap. 3. Nulla substantia corruptione abit in nihilum, neq; in puram materiam, quia nusquam hæc sine forma: ergo in cōpositum: Sic vice versa, ex nihilo nihil fieri, axioma est physicum: igitur omnia ex materia: at hæc, vt diximus, nusquam sine forma: ergo ex composito. Verum quemadmodum corruptione deponitur prior forma: ita generatione acquiritur noua. Non enim duo eiusdem materiae specifici esse actus possunt. Collige iam tu hinc aduersus tuam Philosophiam demonstrationes duas: & concludas deniq; i. si w^e putredinem nominari φθοράν, sed κατά μέσον. quemadmodum etiam μόλυς corruptio quedam dicitur, (concoctio enim est generatio quedam, ergo & μόλυς corruptio quedam) sed κατά μέσον. Describit nobis Aristoteles Putredinem quandam vulgarem, per quam mixtum discedit à sua natura, & corrumpitur, non simpliciter, sed secundum partem: nec pudet tamen Erastum, contra expressa Aristotelis verba toties hīc nos sua simplici φθορά vrgere. Quin indicet nobis aliud in Aristotele locum, in quo κατά μέρος φθορά pro noua forme receptione accipiatur? Si id nequit, cur somnia hīc sua nobis venditat? cūm non de Erasti phantasia, sed de Aristotelis mente, in tota quidem hac disputatione inter se mutuo controuersentur eruditiores. Præterquam quod Author hoc loco, solum generationem simplicem mixti, vt mixtum est, exposuit: omnem aliam alto silentio prorsus inuoluens: cūm alias Aristoteli tam simplex generatio sit, cūm ex sanguine semen, quam cūm aqua ex aere fit. Cur igitur his opposita corruptio κατά μέρος dicatur? Si nouam formam

substanc-

substantia naturalis ista putrefactione acquirat, priore abiecta, cur
 dicatur corruptio secundum partem? Imo vero quis unquam est au-
 sus, praeter Eraustum, eiusmodi mutationem, in qua actus & species,
 actu alio a specie permutatur, corruptionem dicere secundum par-
 tem? αλλωσε penes qualitates est, à quibus res, ut simpliciter
 sit, non habet: ideo non secundum totum, sed secundum quid, & se-
 cundum partem mutatio dicitur: at substantialis mutatio, quoniam
 est mutatio secundum formam, à quo totum esse rei proficiuntur,
 lib. 2. de phys. ausec. cont. II. & 31. ideo secundum totum, & non se-
 cundum partem mutatione appellatur. Fac igitur corrumpi semen, vel
 sanguinem, & nouam acquirere formam, & in quiduis aliud muta-
 ri: si determinis aliquid hoc fuerit, corruptio dicetur: si perfectius,
 Generatio. Vtque autem modo simpliciter, & non secundum partem.
 Aristoteles lib. I. de ort. atq; inter. cap. 3. mutationem vicissitudi-
 nemque rerum esse perpetuam, ex eo vult necessariò effici, quod hu-
 ius interitum illius ortus, atq; huius ortum alterius interitus excipi-
 at, & consequatur. Eoque nec etiam querendum monet, cur cum alia
occidunt, semper aliquid oriatur: quia nulla substantia in nihilum
prorsus intereat: quemadmodum etiam, neque ex eo, quod omnino
non est, oritur quicquam. Nam vero haud parum interesse, in quam
 mutetur id, quod mutatur, ut ortum inde aut interitum esse se-
 cundum dicamus. Nam progressionem illam, qua ad simpliciter non
 ens peruenitur corruptionem simplicem Parmenides appellabat,
 etiam si generatio quedam, nempe illius, quod simpliciter non est,
 consequatur: & vicissim mutatio illa, que ad id, quod simpliciter
 non est, tendit, ortus ab eodem dicitur simplex, etiamsi precedat
 eam alicuius, cuius nempe quod simpliciter non est, interitus. Atque
 uno hoc quidem modo, simpliciter quipiam oriri, & interire, ab eo,
 quod non simpliciter differre: Altero autem, ex subiecti qualitate,
 conditione. Nam cuius differentiae magis tò dicitur significat μᾶλα

λόγον δύσιαν esse: cuius autem priuationem, ~~λέγεται~~ δύεται. Ac tertio, cum
 in materiam quae sub sensum cadit, substantiae naturales mutantur,
 tum eas oriri simpliciter vulgus affirmare, cum vero in eam, quae non
 appareat, interire. Ens enim est non ens, ex eo quod sensu percipiatur,
 aut non percipiatur definire Rusticos, quemadmodum etiam id quod
 sciencia comprehenditur, esse, quod vero ignoratur non esse, eosdem dicere.
 Omnis igitur substantia naturalis, alius dico ex alia mutatio ac vicis-
 situdo seu ortus atque interitus subiecto differt, nempe quod substanc-
 tia sit, aut non sit (Sic enim Parmenides voluit, qui substantiam ens
 simpliciter, accidens autem simpliciter non ens appellabat: cum a-
 lioquin apud Aristotelem, ut recte Philoponus annotauit in id quod
 simpliciter non est, nihil abeat, nullaque simpliciter in priuationem
 mutari substantia queat) aut, quod unum magis alterum minus sub-
 stantia: vel denique quod unum magis sub sensum cadat, ex quo, est
 in quod mutatio fit, alterum minus cadat. Secundum quas differen-
 tias, etiamsi ortus unus, adiunctum alterius interitum habeat, ac
 vicissim interitus huius, ortum illius excipiat, non eadem tamen, nec
 pari ratione, nomen ortus atque interitus, his & illis, quae in se inuicem
 mutantur, substantijs, attribui consueverit. Quocunque autem horum
 modorum, quibus naturales substantiae in se inuicem mutantur, ad
 nouam formam progressio fit: igitur mutatio secundum totum est,
 & non secundum partem. Tum autem secundum partem oriri atque
 interire substantia naturalis dicitur, cum id quod mutatur, non δύεται
 & τοῦ δέ τι, sed τοῖον δέ οὐ πόσον σχηματίνει. Postremo secundum al-
 terum putredinis modum putreficiunt etiam elementa, ut Author di-
 cit: at si Aerem vel Aquam vel Terram mutasse formam suam
 dicat Erastus, adepta noua, quanam fuerit illa? Ex uno alterum,
 vel ex duobus tertium, relex omnibus mixtum generari, & pre-
 rea nihil, Aristoteleum est. Et qua denique ratione, aerem, aquam,
 terram, putrefacta emendare arte, aut corrigere, est suæ pristine
 naturæ

naturae restituere poterimus? Aer putrefactus est aer, & aqua putrefacta, aqua: vel si non sit ille aer, quid ergo? neq; hæc aqua: quid igitur? Dicésne sanguinem, dum per febres incalescit acrius, non esse sanguinem? aut bilem non bilem? aut pituitam non pituitam? Sanguis quidem sincerus non est, neq; sincera bilis, aut pituita: sanguis tamen est, pituita est, bilis est: hoc si pronunties, bene apud omnes audies: illud verò si affirmes, ridentis tu, ne à tuo Rüstico papules. Atq; hanc doctrinam agnoscimus pro Aristotelea: Tuam autem nec pro vera, nec pro Aristotelea.

P A G. 33. & 34.

Canitiem dixisti ex Aristotelis sententia

“

σκήψιν Τινά esse &c. Eraſt. nihil his probas

“

&c.

“

“

Vbiq; sui se ostendit similem Admirabilissimus Eraſtus: respondendo disimulatorem, & aliquando etiam simulatorem: aliena reprehendendo alacrem: sua pronunciando securum: Vbiq; malum philosophum. Siste te Domine Doctor, missoq; tuo illo bono Spudasto, nobiscum agito. Quid est Aristoteli lib. 5. de gener. animal. cap. 4. Putredo, quæ canities dicitur? Tu corruptionem dices: Et ego quoq;: tu secundum partem, ego non repugnabo, sed addam quemadmodū ἀπεψίας μόλυνσις quedam: Tu id negabis: Vter nostrum vicerit? Prouocet vterq; ad Aristotelem: Quid is? eodem ipso in loco, in quo canitiem, vel hanc generantem, humorem, ter, quatérue putridum appellauerat: quærens cur plerisq; canis per ægritudinem factis, recuperata deinde sanitate, nigri succreuerint pili: Ut cognosceremus tandem, putredinem illam, nihil esse aliud, quam ἀπεψίας quandam, hæc subiicit: αὐτιορ δέ, δι επ τῇ ἀρχώσια ωσπερ νγὲ τὸ δλον σῶμα εὑρεῖται φυσικῆς θερμοτήτος οὔτε

Com.

55.

noꝝ

νοῇ τῷ μὲν ἄλλῳ μόριῳ, νοῇ τὰ παντὶ μηδὲ μετέχει τῆς ἀρρωσίας
 τάσσῃ. περίπτωμα δὲ πολὺ ἐγίνεται τοῖς σώμασι, καὶ τοῖς μο-
 ρίοις, διοπτεῖς (nota) οὐκ ταῖς σάρξιν ἀπεψία ποιεῖται πολιάσ. Quod etiam antea significauerat, cum diceret τῆς οἰκείας θερμότητος
 ἀδυνατίας πέπειται &c.: Istud primum est: Alterum
 hoc. Producat obsecro nobis hīc rusticum, aut ex Idiotis aliquem E-
 rastus, qui canitatem putredinem, vel canescentes putrescentes, vel
 canos putres, aut dicant, aut dixerint, aut dicturi sint. Attamen
 secundum ipsius Mysticam philosophiam, nihil usquam Aristoteles,
 nisi Idiotarum, Rusticorum, Vulgarium Plebeiorum, & si quid us-
 piām est, Mendicorum, Mimirum, Balatronum hominum consensu
 interueniente, putrescere affirmauit. Cum etatum progressu ruffi
 capilli in flauos mutantur, aut hi in nigros, siue idem sint, ut in fe-
 minis, que comam nunquam deciduam alunt, siue non idem putre-
 scere dicuntur Erasto pili. Hinnulum cerui vidimus totum canum,
 in Boēmia finibus, eō aliquando ab Electore Saxonie Augusto mis-
 si: Vrsūm vidimus: de leporibus, vulpibus, lupis, vulgata res apud
 nostros. Apud lapones passerēs, corui albi. A prima item genera-
 tione pilos multi canos habent, id quod Hippocrates lib. de nat. pu-
 eri scripsit. Horum omnium pili putridi Erasto. Alios capitū da-
 mnat, præ nimia tristitia, ex horrore mortis concepto, nocte vna
 & rel altera, totos incanuisse, historie narrant. Et hos quoq; secundum
 Eraustum Putredo vitianit. Nobis autem, ut hoc obiter dicamus, o-
 mnium horum effectorum, una & communis est ratio ἀπεψία re-
 crementorum: que ex postremis coctionibus alimenti supersunt,
 propter defectum caloris. Particulatim autem in ijs, qui ex tristitia
 repente incanuerunt (dicunt isti) Vniuersus calor, consertim intro-
 ad viscera redit: id quod verum esse rigor cutis, & meatibus, ne-
 pe qui ad latera laxabantur, quasi in se contracta per frigiditatem
 cute, directis) pilorum ipsorum erexitio, docent. Sed quod his tamē

et texunt falsum est. Sic enim (aiunt) pilus calore proprio destitutus , correptus ab extraneo , per putredinem quasi crudescens canescit. Verum si haec ita se habeant, qui fit, ut cadauerum pili canitiem nullam contrahant? Et secundum Authorem hunc nostrum , quae semel excocta sunt , cruda fieri ac noua denuo nequeunt. Nobis istius effectus in promptu causa est : quia nimirum nulla ad cadauerum pilos attrahatur amplius vel transmittatur , seu cruda , seu , à calore perpetua materia : quare durat pristinus eorum calor , quicunque demum fuit . Igitur illa probabilior prioris effectus ratio rideri possit. Revocata eo modo ad interna calore , atq; (dum scilicet inter spem ac metum angitur animus) incerto motu intus hic inde agitato , major fit sursum versum ; qua quia externa frigent , cruda , & nihil proorsus à calore mutata manens , candidans , prout est , atq; ut radicibus pilorum adhærescere cernuntur , tota in pilis nutrimentum cedit . Pilus enim vere nutritur (quicquid Galenus docuerit) vel rna illa euincit ratio , quod carnis , non primum in ipso imo pili , sed æquè per totum , aut etiam in summo magis , & prius (quia hic primū deficit caloris interni vis , que sese ad fines vñq; languens promouere nequit) monstrare consuevit . Sed quid tandem est pilus canus ? an non pilus , ut & ruffus ? Vbi hic noua forma ? Vbi corruptio secundum totum ? Pilus è ruffo redditus canus , pilus est , non mutans formam pili : non secundum totum corruptus pilus enim est , sed secundum partem , nempe temperamentum , non potente calore languido , nutrimentum eius recte mutare : Vnde incoctum & immutatum manet . Id vocat Aristoteles putridum : quod luce ipsa meridiana tibi clarius reddam . Nam vaporem illum terreū ac pinguem , quod alias pilorum est nutrimentum , multum aëris continere , ideoq; suapte natura albicare testatur . Non mutatum igitur caloris inopia , tale permanet , quale est , & concretum frigore ambientis , cedens & eo modo in nutrimentum pilorum , albicantes eos suo scilicet colore reddit .

redit. Hanc credo Philosophiam agnoscis pro Aristotelea: quæ tamen Hippocratica est quoq; nam et is voluit canicem ab excremento frigido & humido esse: ideoq; spadones, mulieres, & qui etate prouectiore sunt, atq; in summa quicunq; humidius, frigidiusq; obtinent, aut totius corporis, aut principis alicuius partis, temperamentum, citò facileq; canescere: Siquidem hi omnes crudis multis ac pituitosis succis scatent, quorum recrementa imbecillius per cutem propulsa, inq; ea diutius trahentia moram, tandem resiccantur, & non mutata concolores sibi pilos producunt: sicut etiam hiloſa flauos, atra atros, aurea (vt cum bilis illa vitellina pituitæ admiscetur) aureos. Ecce διοίκητη ἄριστη σάρξ ικμάδα ἐλαφη ὑπεράρχητε πύρην, ὑπεράρχητε μελανωματα, τοιάντη τῶν χροίην κοκκινήθης γίνεται. Vbi igitur Erastea putredō hic? Atq; de his esse sollicitus Spudastes ille hoc loco debuit, non autem querere, vtrum pili idem, qui & quatenus antea cani fuerant, per sanitatem nigruerint, vel illis potius iam decisus aut euulsis, alii succreuerint nigri: De hoc enim ne bos quidem dubitasset. Ad vinum. Vinum putrescens nusquam & nunquam dixit (quod sciām) Rusticus, Græcus, vel Latimus, vel Italus, vel Gallus, vel Germanus. Marcidū dixit semel, quod sciām, Statius: Gauſto dicunt Itali, Galli vin tourne, chenu, pouſſe: Germani verò vſſe gestanden/ Panicht. Sed his misſis videamus, quid de vini tui putridi curatione pag. 34. philosopheris. Segregatio (inquis) arte fit, putridarum iam in eo partium, à non putridis, non autem mutatio in melius: idq; declarat faciem subsidentium copia. Vbiq; scilicet, & acutus & admirabilis. Condituras aliquot obiter expendamus, quo vina, secundum Erastū, putria, suæ naturæ integritati restitui solent. Ad vinum marcescens, calcem, arenam, tritosq; lapides fluviatiles candidos insternunt: Salem addunt alij: albumina oui bene conquaſſata, despumataq; induunt: piper contusum, si acescat: & putamina mucum vetustarum, sub cineribus coctarum, adhuc calentia filo, ſeriatim

riatim conhexa, & in vino pendula r̄surpant. Vinum turbidum & fœculentum clarificant albumine oui cum sale, nucleis Persicorum: alumine cum Saccharo: ollam alij figulinam, aqua plenam, o perculo superdato, fideliter & compacto ex glutine aliquo, ne qua rimula pateat, imponunt fundo cadi. Hinc foramen cadi quoq; benè claudunt, relicto tantum angusto spiraculo, quo (vt cum Palladio loquar) vinum suspireret: post triduum extrahunt ollam: aqua quæ in ea est, quasi totam in se deriuaret labem, alieno calore ac sapore est: vinum ipsum suæ pristinæ integritati restitutum. Vino mucido & euanido (vappam appellant Latini: edentulum Plautus: Itali dicunt Cheha preso la volta. Galli Vin tourne pouffe: & Græci vitium etiam istud vini enjoptia p rocan) vigorem & saporem reconciliant suum, lacte vaccino cum sale, calce, sulphure, alumine: alij salubrius granis iuniperi, radicibus ireos: decocto baccarum lauri ex vino infuso: salvia inclusa sacculo & appensa, ne vinum tamen attingat: mespilis matutinis in vino pendulis. Hæc inquam veteres & nuperi professores Rusticæ rei proponunt, ad vitia vini corrigenda: vitia verò illa omnia duplē ob causam fiunt, aut quia per aestus immodicos conclusum feruēt, vnde acor: dissipatis nempe eius portionibus crassioribus, in quibus vini vis & vigor seruabatur: aut per teores, vnde confusio & conturbatio, qua crassescunt, lentescuntq; vina, cuiusmodi Vina, quæ Itali Guasti dicunt, esse videmus. Huc refero fæcum subfidentium permixtionem, quod per vehementia quoq; tonitrua & fulmina fit: præterquam quod ignea malignaq; qualitas, quæ fulmen comitatur, communicata vino id vitiare non minus potest: facile enim alienis halitibus inficitur vinum, quia valde vaporosum est: idcircoq; multis eius abeuntibus, continuò partibus, subeunt in illarum loca, multa περιέχοντο: quod qualibus imbutum atq; oncratum fuerit odoribus, saporibus, qualitatibus, tales inuehet. Iam verò in quibusdam ex vitiis hisce commemoratis per prædicta remedia fieri

partium vini secretionem falsum est. Ut plurimum enim illa sunt eiusmodi, quæ conceptos in vino halitus, ex tempore dissipant, discutiuntq. Aceto quam acerrimo vinosum saporem reconciliabis, maceratis in eo aliquandiu cinnamomo, pipere, cardamomo, menta, atq; aliis eiusmodi aromaticis, nullis prorsus inde sepositis fæcibus.

P A G. 34.

” Quidnam intellexit Aristoteles per τὰ φαρμακά μέντα κατὰ μέρος? Eraſt. iam monstrauimus φθερόμενα dixisse pro σηπτόμενα.

Com. + Egregie mehercle. Aristoteles definit σῆψις, quæ iδίως dicitur, atq; in eius definitione usurpat vocem φαρμακόν: ergo si hoc
56. idem sit, atq; σημπομένων, idem fuerit ac si dixisset: Putredo iδίως est eorum quæ putrescunt, secundum partem. Quasi videlicet Author noster sit Furnius aliquis, qui contra prima Dialectices rudimenta, verbum in descriptione putredinis usurparet, quod & quæ ignotum, vel potius idem esset ac definitum.

I B I D. & P A G. 35.

Non hæc quærebam, sed quænam vocet
” κατὰ μέρες putrida &c. Eraſt. Quidam o-
” pinantur &c.

” Et cur istorum appellas somnium Eraſte? Vbi sunt illa firma
Com. argumenta, quibus à te somnium illud discussum iactas? Hoc ne?
Aristotlem hic agere de affectibus mistorum, quatenus mista sunt:
57. at alterari & commisceri, aut confundi alienæ rei, etiam elementū accidere, non solis misticis. Apage cum tam somnolenta, vel potius stupida argumentatione. An non audis Aristotelem protestantem, puculiari hac significatione putredinis etiam ipsa elementa putrefacere:

scere : id est, id ipsum affirmantem, quod tu negas ? idcircoq̄ tacite protestantem, se non hanc, sed aliam putredinem, quæ mixtorum duntaxat corporum affectio est, spectare hoc loco ac definire velle. Ideoq̄ cùm hæc dixisset, oū μήρ ἀλλα ιδίως γε λέγεται σημεῖον, ἐπὶ τῶν κατὰ μέρος φθειρομένων Ὡ. statim subiungit, οὐδὲ νοῆσθαι πάντα τὰ ἀλλα, πλὴν πυρὸς : οὐδὲ νοῆσθαι γῆν οὐδὲ νερόν, νοῆσθαι πετοῦ. Quod obsecro, quid est aliud quam sic loqui ? Alia quadam peculiari significatione Putredo vulgo dicitur, de ijs etiam rebus, quas secundum partem corrumpi diximus, cùm à sua natura Ὡ constitutione, vt cumq; degenerant : secundum quam significacionem non mista modo corpora, de quorum affectionibus iam disputamus, sed etiam simpliciora illa, aér, aqua, terra, putrescent. Ut igitur tuo te gladio iugulemus Domine Doctor, sic argumentabimur. Aristoteles in hoc libro agit de affectionibus mixtorum duntaxat, vt mixta sunt : ergo illam duntaxat definire debuit ac voluit Putredinem, quæ mixtorum est propria, quatenus mixta sunt. Cape hoc Ὡ tene fortiter, quia à teipso prolatum est. Iam cape hoc alterum : sed putredo Rustica, putredo Idiotarum, putredo ιδίως, non est propria mixtorum, (hoc Aristoteles tibi dixit) quia est etiam elementorum : igitur ea neq; definitur, neq; debuit definiti. Hæc tua ratiocinatio contra te, hæc tua conclusio contra tuum somnium est.

P A G. 35.

Alij inter quos est Albertus magnus &c.

“

Scimus errare Albertum magnum hac in parte, sed non propter causam à te supra allatam ; quam nullam esse vt reuera nulla est, Ὡ contra te esse, vt reuera est, ostendimus : Verum propterea quod Aristoteles expresse confitetur ιδίως putredinem, non solum elementis, Ὡ imperfectè mixtis conuenire, sed etiam mixtis perfe-

Com.

58.

x iij

ētis,

Etis, si erga omni pietate paulatim etiam cetera. Deinde quia falsum est, per putredinem hanc euocari in aqua internum calorem ab externo, atque cum eo humidum. Quis enim audet hasce ineptias de aere, vel aqua, vel terra, cum vulgo putrescere dicuntur, effutire? Nullus calor aquae proprius, nullus terrae: Et quis dicat humidum educi ex aqua: vel si ex terra educatur, terram corrumpi? idem dictum de aere velim: at aduenticius calor inest in terrae et aquae, itemque corruptus humor: (inquit Albertus.) at Aristoteles putredinem dicit fieri euocatione proprij ac nativi caloris, atque cum eo proprij ac nativi humidi, non corrupti: igitur si educitur ab aqua, aut a terra aduenticius calor, cum humore corrupto, qui in ea est, non putrescet vel corrumperetur, aut a sua natura recedet, sed depurabitur, atque ad naturam suam reducetur, siue aqua siue terra sit.

IBIDEM.

„ Fingunt alij quidam, nescio quam putredinem formalem &c.
„

Com. Fuit hoc primum Argenterij figmentum in sect. 3. art. med.
59. Gal. cusum ex Auerrhois verbis com. 5. lib. 4. meteor. qui praeter cetera in eo deceptus est, quod existimauit, in putredine corrumpi humidum ac siccum, quae est mixti materia, cum Aristoteles dicat esse caloris proprij ac naturalis corruptionem, id est diminutionem ut diximus, ad quam sequitur totius mixti dissolutio. Quomodo autem ex parte et non ex toto intereant ea, quorum euanescente calore, qui continet humor a sicco diuortium facit? Deinde vero Paparella lib. 3. de cal. cap. 13. et 17. idem figmentum ornauit, et nouis chimerais amplificauit. Vult enim elementa in suis Sphaeris circa terrae superficiem impura esse, quod alij multi ante ipsum dixerent: igitur et suum quaeque obtinere calorem, qui mixtionem qualemcumque illam

illam regat ac seruet, proindeq; formalis mixti ratio habeatur : materialis alioquin cùm sit, ipsum siccum humidovtcum terminatum. Ergo (aiunt) corrupta in aqua, vel aëre, vel terra, caliditate, illico, tota mixtio illorum imperfecta dissoluitur, quod mixtis perfectis minime contingit : quorum mixtionis ratio, quæ materialis est, id est siccum cum humido continuatio, non statim corrupta ratione formalis, ipsa corrumpitur quoq;. Sed quām sint hæc aliena & absurdæ, nemo non videt. Nam corrupto formali principio, tam dissoluetur hic materiale, quam ibi : atq; vt ibi paulatim vtrumq;, ita & hic : Vtrobiquq; igitur corruptio, non secundum partem, sed secundum totum fuerit. At (inquit) non corrumpuntur eo modo vt elementa, sed vt mixta, ergo non secundum totum : Nuge : elementa non magis esse imperfectè mixta (si sint tandem, nam reuera non sunt, & esse nullus vñquam sane mentis scripsit) quām perfectè mixta dicentur : cùm æquè in his atq; in illis, sub alieno & non proprio actu insint. Igitur & perfectè quoq; mixta elementa, vel mixtum perfectum propter elementa, in quæ dissoluitur, ex toto minime corrupti, eadem ratione efficiemus.

P A G. 36.

Nemo non videt, Aristotelem hanc putredinem communem affectionem pone-re mixtorum atq; elementorum, quatenus scilicet ipsa quoq; aliquo modo mixta sunt &c.

"
"
"
"
"
"
"

Limitatio ista, Quatenus, merum, purum, putidum & somni- Com.
um Eraſti est, cuius vel syllabam quidem in Aristotele, nemo vidit 60.
aut videbit vñquam. Elementa audimus rusticè putrescere : (sic e-
nim loquar, vt Eraſto gratificer) at elementa hoc loco intelligi, non
vt elemen-

ut elementa ex simplicia sunt, id inquam merum, purum, putidumq; Erasti figmentum est. Si Aristoteles hoc loco elementa, quatenus aliquo modo mixta sunt, accipi voluisse, eadem, naturali quoq; putredini, obnoxia statuere potuisset. Deinde si elemēta ut mixta quedam putrescunt, ergo ut mixta, iam discesserant à natura sua, & putrescentia, separato ab eis sicco ad naturam redibunt suam. Hoc autem non est putrescere. Nam putrescere rusticè, est corrupti secundum partem, & quoquo modo discedere à natura sua, non autem redire ad illam. Neq; obstat quod Erastus obijcit: Aristotele hoc libro agere de affectionibus mixtorum, & non elementorum, ut antea monstrauimus. Viciſſim autem hoc opponemus illi. Author definit hoc loco putrefactionem, que generationi simplici opponitur: Sed generatio ſimplex definita non conuenit elementis impuris: non enim hec ſunt interiuſtu duarum agentium, & reliquarum pati-entium qualitatum: atq; est potius eiusmodi alteratio, & diſceſſio quedam elementorum à natura propria: igitur neq; corruptio, que illi opponitur, ad mixta imperfecta pertinebit. Præterea vero pro-prie putrescit quod mixtum est: Elementa neq; pura neq; impura, ſunt propriè mixta. igitur propriè non putrescunt: quod argumen-tum arguit etiam Erasti inconstantiam, qui propriè putredinem etiam adulteratis elementis accommodat. Sed heus tu vbinam Ari-stoteles, simplicia hæc circumſtantia corpora, imperfectè mixta di-xit? non syncera dixit, impura dixit, atq; aliorum permiftione adulterata: (Sic etiam cum Philopono accipiunt voculam μικτὴ de ort. atq; inter. cap. 3. & que alibi de aqua & aere pronuntian-tur μεμιγμένα μᾶκλοι, Interpretes alij: etiamsi ille longè secus, quam vulgo fiat, totum illum locum interpretetur, & Aristoteles ſect. 31. probl. 30. syncera eſſe in suis ſedibus elementa statuere vi-deatur) ſed imperfectè mixta, vbinam? inter elementa & perfe-cte mixta, quaſi media intercedere, mixta imperfectè, docuere nos iſti

isti ex Aristotele : que si credamus ijsdem, halitus sunt atq; exhalationes , à quibus ad primum perfectè mistorum , nempe fossilium ac metallorum gradum natura progressum facit. Ad eadem referunt alia meteora omnia : in quorum ortu , quatuor elementorum virtutes concurrere , ac patibilum diuarum qualitatum , agentibus calore & frigore , quandam fieri permixtionem affirmant , ac ratione (ut ipsi rentur) docent , etiamsi id alij negent : atq; imperfæcta duci , eo tantum respectu volunt , quatenus , etiamsi quatuor elementorum facultatibus commixtis constent , magna tamen similitudine , non figuræ modo , sed etiam facultatis atq; energiæ , ad simplicitia ipsa corpora accedant . Elementa verò in hac disputatione ijdem intelligunt hæc ipsa , que nos circumstant , & in quibus degimus corpora , qualia qualia demum illa sint . Hæc inquam , & huiusmodi alia , legimus nos apud fidos quosq; Aristotelis interpretes : Vbi autem , aut à quo tu elementa esse imperfectè mixta didicisti ? Postremo supra pag. 34. negabas , nāt̄ & μέρος corrupti , esse alterari hoc argumento : quia Alteratio etiam elementis accidat : Aristotelem verò in hoc libro de effectibus mistorum , quatenus mixta sunt , tractare : iam pagina ista 36. scribis Aristotelem iδίως putredinem statuere affectionem mistorum & elementorum , quatenus nempe ipsa quoq; (quod te Paparella docuit) aliquo modo , & imperfectè mixta sunt . Sed vnde nam , aut ex quibus Authoris nostri verbis id colligis ? Elementa ipse , ne nominauit quidem : Tantum docuit , secundum hanc vulgarem putredinem , etiam aërem , aquam , terram putrescere : ut eo modo significaret nobis Putredinem hanc , sibi , hoc in capite non esse propositam : quatenus verò & πενια quædam est , alio in loco , nempe cap. 2. & 3. definiendam , explanandamq;. At (inquies) Putrefactio iδίως per te & πενια quædam est : hæc imperfectè ac perfectè mixtis competit . Debuit igitur Aristoteli æquè primò atq; altera illa simplex ac naturalis esse proposita . Rectè , atq;

est: sed hanc ad & πεψαν ipse reuocat. Considerasse namq; debui-
sti, Authorem nostrum non definire iδιως putrefactionem, corru-
ptione secundum partem, quæ est & πεψα: sed hoc modo loqui, iδιως
putrefactionem, in ijs etiam, quæ secundum partem corrumpuntur,
dici, cum discedunt à natura & constitutione propria: Quasi lati-
us pateat corrupti secundum partem, quām & πεψα: quia illud
quamcunq; à natura egressionem, ac degenerationem significet: haec
verò certam quandam.

— P A G. E A D E M.

” Præter supradictos reperiuntur adhuc alij
” &c.

Com. Hoc in loco duobus impingit modis Erastus. Infirman arguit
61. opinionem eorum, quorum verba nondum assequitur, & causam cur
arguat eam producit, qua nihil infirmius. Primum verisimile est,
& rationi videtur consentaneum, Aristotelem per iδιως putredinem
intelligere etiam μόλυνσιν, seu & πεψιαν. Nam cūm opponat pu-
trefactionem Generationi, tanquam maximè commune contrarium:
μόλυνσιν autem νοῇ & πεψιαν (idem illo loco significant verba hæc,
vel Alexandro monente ἐπὶ παραλλήλᾳ ἀμφῷ ἔπει, νοῇ τῷ μό-
λυνσιν ἀπεψιαν οὐσαν θείες) eidem κατὰ μέρος esse oppositam di-
cat: (Verba Aristotelis ita sonant, ὅταν δὲ μὴ ικαλῶ, κατὰ μέρος
μεν μόλυνσιν, νοῇ & πεψια γίγνεται: τὸ δὲ ἀπλῆ γενέσαι τὸ
εναντίον μαλισα κονόρη σῆψις, vbi obseruandæ sunt particulae illæ
meu, θε,) ac paulo post putredinem peculiari significatione dici
etiam affirmet ποσὶ τῷ κατὰ μέρος φθερομένωρ: (sic loquitur
Author, τοῦτο δὲ κατὰ iδιως γε λέγεται σῆψις ἐπὶ τῷ κατὰ μέρος
&c. vbi obseruandæ sunt etiam vocula illæ, το, μη, & δα, γ, & co-
ferendæ cum precedentibus, quæ de corruptione simplici ac secun-
dum partem dicta sunt. Cur dubium etiam, μόλυνσιν, quæ & ipsa
corruptio

corruptio secundum partem nuncupata est, vocabulo id iōne putrefactionis comprehendendi debere? Quid? nonne Aristotelem(ut Galenum mittam, cum alibi tum cap. 88. art. med.) ipsum Putrefactum concoctioni, ut contrarium quid opponentem legimus, lib. 4. de ort. anim. cap. 8. Sed Aristotelis eiusdem verba haec sunt, οὐδὲ ἐναντία μή τε πρωτικὴ λεχθῆσα μόλυνσι τοῦ ἀνθρώπου απεργία διὰ ἐνδεικτικῆς εἰδησεως. At ubi definitus Aristoteles μόλυνσι in toto illo libro, praterquam capite hoc de quo agimus? cuius oblitum fuisse Vicomercatum demirari satis nequeo. Verba vero mea in Examene sententiae Brunon, quibus multos esse huiusmodi putrefactionis modos assero, sic habent. At putrefactionis, quae recessu quoque à natura definitur, plures et varijs sunt modi, prout etiam pluribus variisq; modis, unius atq; eiusdem mixti, seu non mixti, violari natura potest. Secundum hanc peculiarem quae tamen vulgaris est, putrefactionis significationem, multa in Aristotele loca intelligenda sunt. Ut cum putredinem coctioni contrariam statuit et c. Quae volumus deniū allegare, ut intelligeret Eraclitus, nos nobis hic per omnia constare, et quod de vulgari atq; Rustica appellatione putredinis, nec non variis eius modis dicitur, non à se primum, sed ab aliis dictum. Hoc primum esto. Alterum: Alexandro corrumphi secundum partem est, cum, quicquid illud sit, seu mistum dico seu non mistum χωριστὴν νοῆται, τὸν δὲ αὐτῷ κινητικῆς αεροῦ: τοῖςτοι δὲ τὸ ἐπικάσω θερμόν: com. 4. quod etiam dixit Olympiodorus: ita tamen, ut non totum corruptat, corruptus ille quoque modo calor, sed id tantum, secundum quod augeri vel nutritiri dicitur, τὸ ὑποκένευο: com 3. Quod obsecro quid aliud sit quād dicere. Putrefactionem secundum partem, ut in ἀπεργίᾳ alimenti spectari? In eo enim relationem inesse ad attendit corporis quod ipse nominat ὑποκένευον. Tum itaq; dici coctum, siue secundum partem generatum, cum tale, tantumq; redditum est, caloris efficientia, ut alere possit: et vicissim

corruptum secundum partem, cum languore caloris, eiusmodi naturæ perfectionem non sit adeptum, sed ab ea discesserit ac degenerat iam audiamus causam reprehensionis. Prima est secundum hanc interpretationem, nihil aliud Alexandro putredinem *ἰδίως* fore, quām corruptionem partis alicuius, non totius. Nequaquam: sed est corruptio secundum partem *Alexandro*, cuius tu mentem minimè asscutus es, Alteratio quo ad qualitates. Et quid in hoc sit? Nam Aristotelis verba id unum volunt, *ἰδίως δὲ λέγεται οὕτις ἐπὶ πῶς κατὰ μέρος φερομένων* &c. Altera: quia cū secundum eandem Humores corrupti incipiunt duntaxat, nō autem cum prorsus corrupti sunt, putridi dicentur: cū tamen & quæ cæpere corrupti, & que iam prorsus corrupta sunt, vt in integrum restitui, nulla naturali vi queant, putrida propriè dicamus. Quām acutus es vbiq; disputator. Illi, etiamsi ita sentirent vt tu eos sentire vis, cum *Alexandro* exciperent, tua hac valde insipida & crassa esse sophismata. Nam vt sibi putrefactio secundum partem, tam sit imperfecta corruptio, quām vbi res partem sui aliquam, tantum corruptam habuerit, tibi vero putrefacta etiam dicantur, tum quæ ita sunt viciata, vt in integrum nulla vi restitui queant, tum quæ nullam partem incorruptam retinent, nihil propterea te aduersus se colligere posse affirmabunt, qui vt tibi dent, ea quæ omnino & vndiquaque sunt corrupta dici putrida: fortasse tamen dabunt, nunquam putrida esse κατὰ μέρος: de quarum vocularum significatione ipsi solliciti sunt. Sic intelligere ipsem ex hoc uno potes, quantum argutiolis, & contradictionibus istis tuis tribui debeat.

P A G. 37.

- ” Hac putredine quæ corrumpuntur κατὰ μέρος dicit putrescere, quoniam nunquam totum simul ac semel putrescit: sed pars aliqua

aliqua vna primò afficitur , à qua dein-
de propinquæ contaminantur. Quis hoc
non obseruauit in pomis? &c.

“
“
“

Subtilis mehercle glossa hæc : apta interpretatio , memoran- Com.
dum atq; acutum inuentum , & quod hac tenus (vt reliqua) in men- 62.
tem venire nulli potuit. Audiamus in primis hic , verba Aristotelis
interpretantem Oddum de Oddis. Sed secundum partem “
corrumpi dixit , quando pars quæpiam mixti , aliqua ex “
causa corrumpitur , reliquis non statim corruptis parti- “
bus. Et Paparellam. Nec imus inficias , hanc ipsam im- “
perfectè mixtis putredinem , secundum partem dici pos- “
se , penes sectionem corporeæ molis , ipsius mixti cor- “
poris , quando scilicet (sic enim paulò post se explicat) “
hæc & non illa pars , id est non confertim vniversum “
mixtum putredine corripitur , sed per partem post par- “
tem successionē quadam putrescit. Et paulò post . Pu- “
trent quoque humores nostri corporis , secundum inte- “
grantium partium differentiam , quando nimirum hæc “
& non illa pars eorum putrescit. Eundem etiam huius loci “
sensum indicauit , nobis Vicomercatus , cui alias Alexandra inter- “
pretatio minimè probatur : etiamsi Eraſtus aliter videatur senten- “
tiam eius accipere , cùm ipsum eodem loco habet , ac nomine eodem , “
quo Alexandrum reprehendit. Verà de hoc mouere litem in præ- “
sentia nolim : satis sunt indicasse , neq; hoc etiam loco Eraſtum noui “
aliquid , vel de suo quippiam protulisse. Quid ? quod Theophrastus “
ipse lib. 6. de caus. plant. cap. 10. sic locutus ante istos omnes fue- “
rat. τάχα δὲ ἀληθέσεος επῆμ , δτι οὐκυνέντος τινός , καὶ δια φθα- “
ρέντος : οὐτω γαρ ἡ πῶμ περὶ καρπίωμ φθορά , καὶ συῖδην ὑγρῶμ “
εῖν ὄντα. Sed istis licuit sic : Eraſto nequaquam , vt male sentiendo ,

saltem constaret sibi. Suprà enim contenderat ille , putrefactionem particularē, opponi particulari Generationi , secundum quam non simpliciter fit mistum, sed mistum hoc: Cur igitur non sit illi putrefactio secundum partem, illa tantum, secundum quam non simpliciter mistum, sed hoc mistum corruptitur? Siquidem partem unam aliquam misti corrupti, reliquis non statim corruptis, tam Naturali illi, quam violenter competit, ut paulo post planum reddetur. Sed de re ipsa iam breuiter agendum. Verba Erafisti sunt haec, Quis non obseruauit in pomis &c. At hanc esse putredinem istiōe, nemo obseruauit, nisi tu: cùm reuera sit putrefactio illa, quæ Generationi simpliciter opponitur, naturalis non violenta , secundum totum non secundum partem : deniq; per quam resolutur Pomum in sua principia (si credamus Aristoteli) euocato calore interno à calore ambientis humido dissoluto atq; diffuso, donec tandem nihil illius residuum sit, præter crassamentum quoddam terreum. Misericordia sane oportuit esse illum , qui hoc non obseruauit. Idem de Castaneis , nucibus, alijsq; istiusmodi dico: quæ tamen non semper omnibus sui partibus (quantitatis dico) simul ac semel putrescent, sed una prius aliqua, qua nempe putrefieri aptior sit, deinde alijs non tam contagio illius, quam eadem communi labe correptis.

IBIDEM.

- ” An ignorat aliquis, humorem aut partem corporis in nobis putrefacere , alijs nulla labe infectis ?

Com. Quid iam audio ? Tot sunt in animali partium naturæ (inquit Galenus) quot partes: ideoq; totum ipsum animalis corpus dissimilare quippiam est. Cui igitur mirum, si una eius pars corrupti, ilesa altera possit? Quis hic non videt, inepte corpus hominis cum pomo, castanea, caseo, nuce, Humoribus, quo ad hoc mysterium cōferis?

feri? Alias cui dubium, in putrefactione quoq; naturali, pomi, nucis, castaneæ, cadaueris, vnam prius quam alteram partem corrumpi? vt pulpam pomi prius, quam cutem, qua obducitur? quam cartilaginem alueoli, in quo continetur semen? quam semen ipsum? Castaneæ carnem, quam corticem? nucis nucleum quam testam? Cadaueris parenchimata, quam musculos? quam cor? quam tendones? quam cartilagine? quam ossa?

IBIDE M.

Scio aliter exponi posse &c.

Et male scis: quia etiam si sicca & frigida, Galenicam & violentam putredinem non videantur pati: Aristoteles tamen non generis partem, sed individui, eamq; non quantitatis, sed formæ (vt aiunt) & qualitatis significauit. Profecto usq; adeò expresse declarauit Author, quid per naturā méros φθείομένον denotaret, his verbis, ὅταπ τὸ θεραπήνην νοεῖ τυχεόν μή ιρατῆ τῆς ὑλῆς: (ita tamen, vt per eam viectoriam, non omnino dissoluatur ac intereat mixtum, sed tantum utrumq; degeneret à natura sua) vt tuas hęc glossas atq; interpretamenta requirerē minimè debeamus. Ideoq; non ineptè dixerunt isti χωρισθέντες τῆς φύσεως, nihil esse aliud, quam discedere nonnihil ab illa patientium qualitatum analogia, respectu agentium, quam paulò antea dixerat Author λόγος ἐκ τῆς ὑποκειμένης ὑλῆς, ἐράσκ φίσαι, aut iam constitutæ nimirum, aut iam constituendæ. Abstrahere namq; illum hoc in loco cogitationem suā, ab omni formæ consideratione, ac de effectis atq; operibus agentiū qualitatum agere, quatenus duntaxat colligare ac terminare, patientes vincendo queunt, vel rictæ nequeunt. Ergo putrescere secundum partem res dicitur, cùm quid, quodcumq; demum sit illud, à sua natura recedit. Sic autem omnia putrescere dici possint, immo vero ab Authore ipso dicuntur, excepto igne, qui à sua natura integratæ.

64.

Com.

tegritate, sinceritateq; recedere, vel mutatione, vel alterius rei permixtione nequit: ut queunt, aqua, aër, terra. Verba Philosophi, ut ut illa Eraſtus, suis phantasticis interpretationibus distorqueat, ac peruerat, hac sunt, οὐδὲν οὐ πάντα τὰ ἄλλα (audire inquam πάντα τὰ ἄλλα) πλὴν πυρός. Nihil excipit hoc loco Aristoteles, nec simplex corpus nec perfectè, nec imperfectè mixtum, nisi ignē ipsum. Et tam frigida ac ſicca, quæq; humore carent excrementicio, nec peregrinum etiam intra ſe recipiunt, hac violenta putredine (ſuo tamen modo, quia non unica ratio eſt putredinis huius, ut naturalis illius) corripi, id eſt, quoquo modo à ſue naturæ integritate diſcedere poſſunt. Et falsus ac deceptus eſt Galenus, cum quædam nullo modo putrefacere docuit. Putredinē enim, ſi simplicem ac naturalem illam intellexit, ea communis eſt omniū: ſi particulaſem nihil etiam rquam aut rpiam eſt, quid ei non fit, ſed ſuo quodam modo, obnoxium præter ignem, cum eius ratio non ab humiditate excrementicia, ut ſomniat cum Galeno Eraſtus, magis aut potius, quam ab alijs qualitatibus, rei, de ſuo ſtatu dimotis, ducatur. Quid verò aut quale Emblema illud Eraſti? Violentam generationem non exequari naturali putredini. Quasi verò putrefactio iδιωτ; appellata, opponatur violentæ generationi. Et quid eſt obſecro violenta generatio? an hīc quoq; Spudasti vel potius tui cauſa opus fuerit, clarissimum planissimumq; contextum postremi capitū lib. 5. de aſc. phys. interpretari? Quid igitur ibi Philosophus? Eſſe etiam quasdam Generationes violentas, contrarias ijs, quas natura definiuit: Ecquasnam illas tandem? ὑπὸ εἰμαγμένως, id eſt, quæ ante horam, & præter ordinem cauſarum, ſeu præter cohærentiam effectorum cum ſuis cauſis, fato, id eſt natura, qua omnium rerum ortus, definiti modis ac temporibus circumscripti ſunt, præscriptam, exiſtunt. Octauo mense naſci hominem: bicipitem naſci: Rosas atq; ſtiusmodi alia, cum fructuum tum florum multa genera (quorum prouentus

prouentus ex praescripto naturæ aestate est) hyeme prouenire : pu-
 bescere anno duodecimo , prolificumq; generare semen : hi inquam
 atq; huiusmodi alij ortus , dicuntur præter naturam , quia à natura
 quidem , sed violenter impulsæ , proptereaq; ante diem , & præter
 modum existat. Ergo ut generatio huiusmodi preternaturam dica-
 tur, quia mutatum sit in illis quæ diximus, nempe tempore , ac ma-
 gitudinis & numeri modo , vel etiam si velis, in subiecto & motu
 aliquid, (ut ut enim certa hæc & definita habeat natura melior, que
 est ut finis , ratione tamén materiæ ipsius incerta ac indefinita sunt)
 ipsa tamen ratio motus eadem fuerit : & quo ad hoc, nullum discri-
 men, inter violentam & naturalem generationem intercesserit. Tam
 superantibus inquam duabus qualitatibus agentibus, sicco & humi-
 do terminatis , copulatisq; , generatio præcox illa, atq; abortiuua &
 monstrosa fiet , quatenus generatio , quam naturalis. At corruptio
 quæ iñiōz putredo dicitur, non semper superantibus patientibus, vel
 secedente humido, à sicco fit. Ergo utrumq; falsum est, & genera-
 tionem dico violentam , non exæquari naturali, & putredinem vio-
 lentam (ut tu loqueris) non exæquari putredini naturali : cum ni-
 hil quod per hanc corrupti aptum sit, non etiam habeatur habile ,
 ut per illam corrumpatur. Ut naturaliter intereat mistum (non à
 congenita, ut somniat Erastus , sed ab externa causa) habilitas quæ-
 dam rei inest naturalis , adeoq; ut suæ naturæ relictum , eo tandem
 modo sit corrumpendum. Idem violenter corrupti (qui corruptio-
 nis modus iam non est unus) non naturalibus affectum causis potest.
 Στε μερ ὅνηρ ὅτοντε ἡ παθεῖρ δύνατον φέμερ ἐνοικ αὐτὸ παθεῖρ, Στε δὲ
 ὅνηρ κατὰ πάν πάθος, ζλλ καὶ επὶ τὸ βελτιον, quia nimirum ut
 annotauit Alexander, impotentia potius quedam illa perpessio dici
 consueverit, quæ ad deterius oppositum spectat. Sed heus tu, dic ob-
 secro nobis, primū, quonam in loco putredinem secundum partem,
 Aristoteles violentam dixerit? dic secundo, cur magis violentum sit

misto per & περιτίαν, quam per putredinem simplicem de sua natura dimoueri? dic tertio, unde habeas hoc loco naturalem dici putredinem, quia sit à principio interno? dic quartò, an non violentæ cause quedam internæ sint, quemadmodum externæ sunt infinitæ? & quintò, si Author solas illas (ut censuit non Spudastus primum, sed post multos alios Carpentarius) pro naturalibus causis habeat, quæ in re coniunctæ sunt, cum principiorum naturalium actione (tu deinde congenitas appellasti) cur putrefactionem, tam naturalem illam, quam particularem istam, (nunc tuo modo rem ipsam accipimus, nam nostro r̄na tantum in capite hoc definitur atq; explanatur putredo, naturalis dico & simplex illa) διπό τοις περιέχοντος fieri scribit? Tam enīm hic noster Author, quam Aristoteles, atq; etiam Theophrastus, imò verò & Galenus τοις περιέχοντοις vbiq; dixit, extēnum nos ambiens elementum. Aīnotauit idem Scaliger ad lib. 6. de caus. plant. cap. 13. hūs verbis: δικαιολογεῖ: non satis habuit, addit τοις περιέχοντοις, ut illa coniunctio νοητή sit ἐξηγητική. Vbiq; enim aliās τοις περιέχοντοις dixit & ἔργα &c. Dic postremo: Violenta generatio (de qua satis antea) est ab Arte, secundum tuam Cabalam, & secundum eandem putrefactio violenta illi opponitur: Cur igitur & hæc quoq; non sit ab Arte? & cur posthac dicere non liceat nobis, nihil Authori huic iōnōe putrefactionem esse aliud, quam corruptionem misti, ante horam ab arte procuratam, id est, spudastum insanire?

” Sp. Regeram hīc tibi, quod supra ex Ari-
stotelis opinione, de mundi æternitate
” mihi respondebas. Eraſt. non potes, quia
” iniicta ratio repugnat.

” Et quænam?

” Non enim quod rebus propter causas ex-
ternas

ternas accedit, necessario accedit omnibus, sicut quòd à principijs internis ori-
tur &c.

Tua Philosophia & importuna est, & tam insipida est, vt naufragium potius ac bilem, quam gustum legenti moueat. Phantasticam illam & ineptam Spudasti tui obiectionem lubens præteribo, ne ludibriis istis expendendis, dum tempus contero, ludibrio à doctis atq; intelligentibus excipiatur. De tua subtili responsione repetam hæc. Sicca & frigida, quæq; humore carent excrementicio, Galenica putredine, quæ ad id iowę putredinem referri potest, & multa vt sint tibi, quia raro & difficulter ea corripiantur: nullum tamen esse mixtum, quod naturali putredini sua natura non sit obnoxium, imò verò, quod si non vi perimatur, non per putredinem corrumpatur. Aristoteleum axioma est. At putredinem hanc tamen, non ab interno sed ab externo principio fieri, secundum eundem Aristotelem tam debet haberi pro rato ac certo, quam ratum ac certum esse velimus, verba quæ capite hoc leguntur ab Aristotele fuisse prolata, de quo postea. Et putredinem quoq; particularem, quæ quocunq; recessu rei, à natura sua definitur, cum secundum partem duntaxat, & non ex toto corrumpatur, nihil esse, quod pati aliquando nequeat excepto igne, Aristoteleum quoq; dogma esse, qui non videt, is nihil videt.

P A G. 38.

Sp. Ergo potentia hæc eorum ociosa est, si nunquam in actum deducetur. Er. Quasi verò &c.

Acuta interrogatio, & digna Dialogi imitatione, cui etiam acuta adaptatur responsio, nempe dignum patella operculum. Deuora-

Com.

66.

z ij

bimus

bimus tamen molestiam quoque hanc, ut seriis ludicra pro tempore
 compensemus. Propositio illa: Frustra esse potentiam que non in actu
producitur, accipitur ex lib. 1. de cœlo. cont. 32. & 133. nec non 2. eius-
dem tract. cont. 50. (nec non 2. de an. 82. & 3. de an. 45. Peculia-
 riter autem, quod per generationem existere, & per corruptionem
 esse desinere aptum est, id defectu corruptientis ac generantis, nun-
 quam ad actum perduci, esse impossibile 1. lib. de cœl cont. 133. scri-
 ptum est. Iam verò quid sit Actus, & esse Actu, quid item poten-
 tia & esse potentia, & quod, ut actus, secundum decem Categories
 accipitur, ita & potentia: atque omnino, quod cuiusque ènterlexicas
 sua sit survamus: nec non qua ratione èn iò àutò χαλκῷ ἔναι, νοὴ
 σύναψε τινὶ κινήσῃ, vel iò σύναψι τυγιάνεται, νοὴ iò διῆμα. ex
 lib. 3. phys. cap. 1. & cap. 2. minutius explicandum alibi. Nunc illud
 subiungendum duntaxat: potentia esse duplicem, Rationalem unam,
 cuiusmodi voluntas est, & alteram Naturalem. Illam esse ad oppo-
 sita comparatam, quia possit respectu eiusdem, cum velle, tum nolle:
 hanc verò aut agendi esse, aut patiendi. Et agendi quidem potentia
 ad alterum oppositorum esse determinatam: ut ignis qui virit, & non
 potest non virere, atque omnino Agentis naturalis, quod suis admoti-
 tum subiectis, non potest non agere, & idem semper, si non impe-
 diatur. Potentiam verò patiendi Materie esse: atque hanc duplicem,
 Vniuersalem unam, particularem alteram. Esse enim Materiam ipsam
 per se formarum omnium capacem: sed eiusmodi tamen vniuersa-
 lem potentiam, propter apparatus aliquem, particuliorem reddi.
 ut propterea nimirum ad hoc apta magis, quam ad illud sit. Qua-
 ratione & ipsa quodammodo principium esse agens, nec solum re-
 cipiens, & non ex quovis quodvis, sed ex determinato determina-
 tum fieri dicatur: unde illud πεφυκός. Vniuersalem igitur illam
 Materie potentiam inde terminatam esse, quia illa ex se ad omnem
 & quæ actum propensionem gerat inmatam, & pro varia causarum
 efficientia,

efficientia, à quibus agitatur, & què huic atq; illi actui subjici possit. At particularem, quia certis quibusdam qualitatibus, quasi Proteus, vinculis continetur, stabiliorem ac determinatiorem. Quo pertinet illud Aristotelis, ἔχει τινα κοντάναιαν ρεγμάτων τον Τοιστός πάντας: quod est illud naturaliū effectorum ἐπί τὸ πολὺ: quanquam & ipsam non vsg; adeo esse stabilem, quin solutis aliquando vinculis, non eam, quam sibi proposuerat agens, sed aliam induat formam. Corrumpi autem (vt proprius ad rem nostram accedamus) materia non dicitur, sed compositum propter materiam, quæ formarum vt diximus aliarum capax est: ideoq; sub una perpetuo consistere nequeat, lib. 1. de cœl. cont. II 8. Est verò corruptio omnis à contrario, quatenus contrarium: quod materiatæ cuiq; rei suum est, lib. de long. & breui. vitæ cap. 7. In contrario igitur vis inest agendi: At hoc quia naturale, vt diximus, non ad plura, sed ad unum sese profert. Potentia itaq; omnis patiendi materiae, ad potentiam agendi referenda. Una enim per alteram definitur, & quicquid ex patientis, id omne etiam ex agentis, parte fieri potest, quod Auerrh. pronunciauit ex Aristotele libro primo de cœlo com. 124. Non frustra igitur potentia dicitur patiendi, cum Agens una non adest, quem nulla alia efficiens causa interturbet. Dicam planius in re planissima: Potentia agentis, non est neq; intelligitur, citra patientis potentiam: non semper itaq; debet agere: sed cum patiens presto est: nec vicissim patiens pati, sed cum ille adest. Atq; hoc pacto axioma illud perpetue veritatis est: Omnem potentiam nisi frustra easit, Actu permutari. Iam verò subiungit Aristoteles, ἔτι δέ τις τάξις απαρθήσιλας ή απειλάσιλα, ή μή φασίως ἐπὶ τὸ χείρον εὐμετακίνητα, θυνάμενε λέγονται. Ut sint nimirum quædam, quæ propter habitum sic affecta sint, vt minus pati posse dicantur. Nam quæ facile franguntur, comminuantur, flectuntur, corrumpuntur, vruntur, non causa potentiae, sed impotentiae potius

ex defectu alicuius principij dicuntur pati. Ergo propter potentiam dicentur alia, vel ἀπότιθησθαι, ή ἀμετάβλητα, ή μη ἔσθιως ἐπὶ τῷ χρήσονται εὐμετακίνητα : atq; huius potentiae perfectio & absolutio fuerit etiam, reduci ad actum, id est, non pati eo modo, nec facile mutari aut corrumpi : δύο τῷ σύναδοι (inquit Aristoteles, καὶ τῷ μη σύναδοι. Quidquid igitur comburi potest, (Admirabilis spudaste) comburetur etiam, si ignis admoueatur : Hoc verò non ad moto, potentia, qua καυσόπι αλiquid est, frustra esse minimè dicitur: præstare autem, potentiam talem actu non permutari, quia non ad rei perfectionem & salutem, sed ad interitum vergit , lib. 2. de anim. cap. 5. atq; eatenus σύναψια quædā censeatur, verum est quidem, si, rē ipsam, nō si ipsum nature ordinem species, cui, σύναψια illa, σύναψις est, qua perficiat atque absoluat in œconomia sua, aliiquid aliud. Quorsum igitur hīc mouere, etiam de Tyrocinis istis ineptos scrupulos , & scrupulosas ineptias ? Alioquin etiam in Auerrhoi lib. de animæ beatit. cap. 2. expressum habemus. Possibilitatem (sic vertit illius interpres) à potentia duplice nomine distingui. priore, quia illa substantia tribuatur, hæc verò formæ recipiendæ. Sic dici consueuisse, Ferri massam posse fieri ensem, ensem verò esse in ferri massa, potestate. Altero, quia potestas, necessariò exit in actum aliquando in aliquo secus enim frustra esset. At non sic possilitas. Dicimus enim (inquit Auerrhois) omne vinum fieri posse acetum, cum tamen haud necesse sit aliquod vinum fieri acetum.

P A G. 39.

„ Erast. Ostendi ex problematis , & aliis Aristotelis commentariis. &c.

Com. QVÆ tu hīc nobis problemata, quæ commentaria narras ?
67. Vbi inquam illa, vel in Aristotele, vel in tua spudastica disputatio- ne? Ari-

ne? Aristotelis hæc verba sunt: σὺπεται πάντα τὰ ἔλλα πλήρη πυρος. Nihil hoc loco excipit, neq; perfectè, neq; imperfectè mixtum, excepto igne. Nam per priorem putredinem, sola mixta corruptur, per istam vero (inquit Aristoteles) corruptitur, quicquid uspiam rerum sub caelo est, excepto igne. Nihil enim est, quod eam pati nequeat. Quid hic tu iam cum tuo, νοῦ, cum tuo, Hoc voluit. Nos id voluisse Authorem, hunc asserimus, quod eius verba expressè sonant, tua vero somnia, habeat sanè sibi, si velit, Spudastus tuus. Præterea inuertis Aristotelis verba: non enim ille sic, ut tu scribis διὸ σὺπεται νοῦ ἔλλα πάντα: Sed sic, διὸ νοῦ σὺπεται ἔλλα πάντα. Quod annotasse placuit, ne cum suo mysterioso, νοῦ, nobis deinceps, Erastus negocium facefere possit amplius.

I B I D E M.

Obseruare te oportuit.

“

QVid obseruemus cum tuis istis crassis obseruationibus? Hæc Com.
est Aristotelis sententia: iñiōs putrefcere dicuntur, que secun-
dum partem corruptur, cùm de natura & temperamento suo
dimouentur. Sed nihil usquam est, quod non dico per alienum calo-
rem, quia nec Aristoteles id dicit, & solius Erasti figmentum est,
sed quocūq; modo discedere à sua cōstitutione nequeat, excepto igne:
igitur nihil usquam aut uspiam est, quod eiusmodi putredini sit haud.
obnoxium, excepto igne: cum aliam illam priorem, per quam re-
soluitur res in sua principia, sola mixta patientur.

68.

P A G. 39.

Nam impura elementa, igne excepto, sic
corrumpi possunt, vt naturam suam a-
mittant. &c.

“

“

“

Elementa

Elementa impura iam amisere naturam suam : cur igitur aīs naturam suam amittere posse ? atq; cum ex salubribus pestifera fiunt : & cum secretio confusarum impuritatum illarum, quibus inquinantur, & à sua natura recedunt, sit, non corrupti tum, sed redire ad suam naturam dicuntur. Quid igitur hic sine sale Philosopharis ? Sententia inquam Aristotelis est : Mixta perfecta & imperfecta, elementaq; omnia, excepto igne, corrupti posse secundum partem : quod est hoc loco, vt cunq; à natura sua per accidētiā discedere : id ipsum esse Rusticè putrere : Proindeq; omnia, omnia inquam, excepto igne, altero isto modo putrefactioni obnoxia dici. Eodem respectu Diogenes quoq; putrescere aquam dixit, vt est apud Theophrast. lib. 3. de hist. plant. cap. I.

P A G. 40.

” Sic poma, pyra, caseum, carnes. &c.

Com. Imò & hæc in principia sua abeunt, etiamsi continuò non abeat: ac tu ipse tui oblitus, antea affirmaueras, primam putrefactionē 70. non temporis momento, sed paulatim ac sensim progredi. Ista autem quæ istic recenses, vera & propria, eaq; quæ secundum totum est, putrefactione corrupti, tam est verum, quam falsum est, id quod tu concludis : Nimirum tum esse putrefactionem secundum partem appellatam, cùm in diuersissimas res vertitur id quod putrescit. Quenam obsecro ista diuersissima ? Vermes dices : at hi nō in omni re putrescente, etiam tuo modo apparent : quot vidisti in pomo ? quot in nuce ? quot in rapa ? in castaneis vero propriè putrescentibus, nullos vñquam vidiimus, in non putrescentibus multo-ties, vt & in cerasis : Aut quæ tandem illæ fuerint diuersissimæ materiae ? illæ(dices) in quas vertitur mixtum. At ea ne audebis tu affirmare, non secundum totum esse corrupta, quæ speciem specie, & materi-

Q[uod] materiam materia longè diuersa mutarunt? Aristoteles inquit,
 putrescere altero modo, quæ secundū partem corrumpuntur: tu sim-
 plicem corruptionem, & eam per quam totū corrumpitur nobis in-
 culcas: Corruptionem, quæ præcedere generationem dicitur, totius
 esse, non partis Baccalaurei sciunt; quemadmodum etiam generatio
 ipsa totius est, non partis. Eraſto verò, quicquid speciem ac tempe-
 ramentum suum amittens, nouam induit formam, aut meliorem aut
 deteriorem, putrescit secundum partem: quas ineptias supra aliâs
 satis refutatas, ne Phreneticus quidem effutiret Aristoteles putre-
 dini, quæ est secundum partem, elementa etiam ipsa sunt obnoxia;
 excepto igne: Eraſto putrescunt secundum partem ea, quorum non
 simpliciter omnis mistio, sed quedam duntaxat, nempe ea, per quā
 pomum v.g. pomum est, soluitur: & per quam non simpliciter
 omne temperamentum, sed quoddam, nempe id quo pomum est po-
 mum, amittitur: ut desinat scilicet per hanc putredinem pomum
 esse pomum, non autem esse mixtum: quam doctrinam ne Bacca-
 laureus quidam dicat, Aquæ, Aëri, Terra, quatenus putrescere di-
 cuntur, accommodari posse. Per putredinem istam id iως, si terra
 suum temperamentum, id est, id ipsum, per quod est terra, amittit,
 ac proinde desinit esse terra: cur Aristoteles subiicit (nam de hac
 putredine, sequentia verba tu accipis) quæ id iως putrescunt in ter-
 ram desinere? Audi: Terra imperfectè mixtum per te putrescit
 id iως, cum temperamentum id amittit, per quod terra, est huius-
 modi imperfectè mixtum quippam, (sic enim tibi placet) & pu-
 trescendo hoc modo, terra resoluitur in terram: in quam terram?
 purâinne ac simplicem illam, dico, vel aliam imperfectè mixtam?
 cum dixeris ad hæc aliquid, tum iudicabimus, an sis dignus cui re-
 spondeatur, qui de duplice h̄ic mistione, nescio qua, meministi, cu-
 ius author ne nutu quidem signum dedit. Dic inquam nobis tandem:
 Castaneæ putrescenti, quodnam certum (sic tu loqueris) aliud mix-

tum vel temperamentum, aut qualis specie ab alijs distincta materia succedit; educito per eam calore nativo, unde educitur humor, donec in puluerem castanea tandem redigatur. Idem de pomo, pyro, rapa dico. Tām res mixta definit esse quod est, si in communia omnibus principia resoluatur, quam si mutetur in aliud mixtum. Cur igitur hoc dicitur secundum partem, illud ex toto corrupti? quia (inquieris) ibi mixtum definit omnino esse mixtum, hīc verò tale duntaxat mixtum. At inquam ego: Hoc nusquam scripsit Author noster: Et putredinis istius finem dicit esse Terram, secundum tuam interpretationem: in quam verò terram definit putrescens aqua vel aēr? modum autem ut educatur ipsius humidum nativum cum proprio calore: fit né mixtio educatione principiorum proprietatum? Vis enim, tu inquam vis, hac putrefactione non omnem mixtionem, sed cuiusq[ue] rei certam solui: ut aliis generis alia, corruptæ priori succedat mixtio. Si inquam non sit in sua principia resolui rem, cūm educitur calor, & à sicco secedit humor nativus, ut tandem restet vñ
vñ κόπτος: quid aliud tandem fuerit, rem in sua principia resolui?

PAG. 40.

” Tres igitur causæ fuerint, cur particula-
” rem nuncuparit &c.

Com. Prior à te proposita causa nulla est, vt supra audiuiisti: quia nec secundum vniuersalem etiam putredinem corrupti rem totam simul necesse sit: et secundum particularem hanc, aliquando tota simul corrumpatur. Locus autem lib. de marc. tām aptè huc à te adducitur, quam reliqua pronunciantur rectè. Ut demirari satis nequeam, præclararam scilicet voluntatem tuam de Spudasto tuo bene merendi. Quid ibi Galenus? Vbi verus marcor est, tūm omnes pariter marcescere animalis partes, quia principes ipsæ partes ut Cor & lecur

Lecur, eandem affectionem patientur. Atq; hunc marcorem in etatibus, quæ naturales quædam mutationes animalis sunt, esse γῆρας: in alijs verò præter naturam eiusdem mutationibus esse μάρασμόν πυρετόν, & que τῇ γῆρᾳ proportione respondet, appellatam ἐν νόσῳ γῆρας. Siste igitur hīc te Eraſte. Loquitur hoc loco Galenus de corruptione animalis, vt animalis, de qua etiam locutus est Aristoteles lib. de vita & morte: at hanc μύσκαν & nunquam dixit Aristoteles esse putredinem: quia putredo sit corruptio naturalis mixti, quatenus mixtum, non autem quatenus animatum: Eraſtus tamen cum Carpentario & alijs, quæ de corruptione animalis à Galeno dicuntur ad corruptionem mixti, quæ putrefactio dicitur, ineptissime transfert. 2°. in vero marcore totum corpus animalis simul marcescit: cur? id facile liquebit si prius intellexerimus, quid sit marcor: is est (vt breuiter dicam) consumptio nativi partium humoris, à calore: hic autem duplex, aut naturalis, qui etatum recursus facit, unde senecta naturalis & Mors: aut præter naturam, qui febris dicitur, seu hectica, seu ardens illa. Per rtrumq; inducitur corporis totius ariditas, & squalor. Sed per illum (si Auerrhois opinio arrideat, quam exposuit Scaliger) iam vietum, & longo vsu quasi detritum, plus humidi nativi absumentem, quām momentaneis supplementis reficere ac restituere possit: Per hunc verò nimium acrem, ac proinde etiam voracem factum, depopulantem quicquid vsquam est nativi humoris obuium, nihil tamen vsquam prorsus eius loco quod absunxit, reponentem. Illic igitur nativus calor diminutus, naturaliter tamen (nam τῷ νόσῳ γῆρᾳ non naturaliter, sed præter naturæ ordinem, atq; vt ita dicam) non εἰμαρτυρέως attenuatus est calor) istic auctus. At vegetabilis & nativi caloris atq; humoris principium & scaturigo cor est. Nam quod de insito cuiq; parti somniant, id nullum prorsus, aut si etiam sit aliquid, non animationis, id est vegetationis ac vita organum, sed mixtionis duntaxat vinculum fue-

rit. Non igitur nisi refrigerato exuctoꝝ vitali, vegetabiliꝝ principio (corde dico, nam iecur Aristotelis & veritati, vita, que nihil aliud est, quam ipsa vegetatio, sedes & origo prima non est) aut eodem supra modum calefacto & exhausto, omnes corporis partes, simili-
ter marcescunt. Initium enim ab ipso corde fieri necesse est, cuius
vnius aspiratu viuunt ac vegetantur, & è cuius vnius penū commea-
tus supplemento continent inuestio, nutriuntur partes omnes. Atq;
hunc appellat Galenus verum Marasimum, pro arbitrio potius, atq;
ad artis curandi usum, quam ad ipsam rei naturam spectans, hanc
differentiam Marasmi constituens. Nam aliis non verus, ab eodem
nuncupatus, eiusdem prorsus est modi ac naturae: hoc solum diffe-
rens à vero, quod principium ipsum vita ac vegetationis, animalis
totius non occupet. Hæc inquam Galenus: quæ cuiusmodi sint, suo lo-
co dicetur: Nunc eiusmodi esse, ut tuam causam nihil probabili-
rem reddant, ostendemus. Cur in vero marcore omnes corporis par-
tes æquè exsiccantur? Quia principium ipsum, unde & vita & ali-
menti omnis, supplementum partibus suppeditatur omnibus, marco-
rem sentit. At in mixto cum vel simpliciter corruptitur naturali-
ter putrescens, vel secundum partem corruptitur, à natura sua vt-
cung discedens, quod est id ius putrescere, nulla subest causa, cur
secundum se totum potius, quam secundū partem unam sui aliquam,
vel plures duntaxat corruptatur: aut certè non magis in una, quam
in altera putredinis specie suberit, ut supra ipsis exemplis planum
fecimus. Deinde unus est modus marasmi veri & non veri, ut dixi-
mus: at non unus est modus Putredinis simplicis & particularis, e-
tiam secundum Erastum. Tertiò scribit Erasmus, Marasimum natu-
ralem, secundum Galenum fieri, quando partes omnes corporis æqua-
liter exsiccantur, quasi non naturalis sit, in quo partes eius omnes
non æqualiter contabescant: Quod mera impostura est, & contra
Galem mentem, Is enim allegato loco, marasimum, etiam qui perfe-
bres

bres hec ticas sit, & qui per τὴν γῆραп ἐν νοσε appareat, verum appellat. Non igitur Galeno ibi idem est verum quod naturale, ut tu falsò reris: Et quasi idem non expressissimè docuerit, verum etiam esse Marasnum eum, qui est ἐν τοῖς παρὰ φύσις. Ut si locus ille Galeni ad rem qua de agimus, facere aliquid tandem velit Erastus, liceat iam nobis ita syllogizari. Galenus in marcore etiam præter naturam, omnes pariter corporis partes, marcescere asserit. Igitur nullum quoad hoc discrimen, inter naturalem putredinem & præternaturalem intercedet: igitur hoc nomine vtrq; secundum totum, non secundum partem corruptio vere dicetur: igitur somnium illud erit, ut reuera somnium est, quam priorem appellationis putredinis particularis, causam statuit Erastus: cum præsertim secundum Aristotelem doctrinam nihil prohibeat, mixtum aliquod putrefactione simplici ac naturali: parte una sui aliqua, vel pluribus, & non totum simul putrefacere. Ut vt enim mixtum, vt mixtum, similare quippiam per omnia sit, alias tamen eius partes magis calere, quasdam frigere magis, vel ipse Erastus fassus est pagi. 24. Quia ipsa conditione, rem magis vel minus reddi obnoxiam putrefactioni naturali, docebit paulo post Aristoteles ipse. Neq; altera verior: quia nihil vsquam extet, quod putredine i& nō appellata, corrumpi, id est vtcunq; à sua discedere natura nequeat, excepto igni: de quo Authoris verba extant planissima: οὐδὲ καὶ στιπεῖται πάντα τὰ ἄλλα, πλὴν πυρί. De tertia vero quid dicam? Et illam quoq; falsam: quia noster Author eo prorsus modo verbum καὶ μέρος istic accipiat, quo supra, ubi de ἀπεριφάνεια: Sed ibi (ut Metochita rectissimè interpretatur) καὶ μέρος opponitur, non communi ex simplici omnium mistioni, (id quod nullus vsquam dixit aut scripsit præter Erastum) quasi sit ipsa nimirum certa tantum, atq; hæc vel illa mistio, sed generationi secundum totum, siue illa omnium communis, siue huius aut illius priuata sit. Subijcam iam illud de omnibus tri-

bus: reuera insanire illum, qui Authorem nostrum ad tot rna insanas respxisse opinetur, cùm alteram putredinem, etiam de illis, que secundum partem intereunt, dici pronunciauit.

P A G. 4I.

Nulla h̄c est difficultas. In vera & perfecta mistione ignis actu non est. &c.

Com.

72.

Miser ille Spudastes, dum facile assentitur, vel assentatur preceptoris suo, in eum difficultatum lutum se incidisse sentit, è quo vix rnum conetur educere pedem, quin altero immergatur altius. Audiamus primum in quo h̄sitet ille: Tum quo h̄sitantem sustineat ac promoveat alter. Quærit præter cætera, cur si ignis materia mixtorum omnium sit, non etiam ipse putrescat: Videri enim h̄c inter se pugnare, mixta perfecta & imperfecta omnia putrescere, neq; tamen ignem putrescere: cùm præsertim Aristoteles neget, eū putrescere, quia reliqua omnia sint illi vt materia. Respōdet Erastus: in perfectè mixtis, ignem non esse actu, sed potentia: ideoq; licet mixto putrescente, ignis ille simul patiatur, nihilominus ipsum ignē, putredinis expertem esse: loqui enim Aristotelem, cùm ignem putredine facit immunem, de igne impuro, cuiusmodi apud nos h̄c actu est. Hec inquam suo Spudasto Erastus: quæ an non digna potius sint, quibus inspuat bonus ac doctus, & bonas horas bene colloquere asuetus vir, quam ad quæ respondeat: indicet non Spudastes aliquis, sed is, qui vel mediocriter in Aristotelea philosophia sit versatus. Quid igitur tu? (inquiet aliquis) Dicam, & Spudastum temere dubitare, contra præceptum Aristotelis, quod scriptum est initio lib. 3. Metaphys. & Erastum captiosè, ac pueriliter dubitationem ipsius soluere. Putrefactio naturalis passio mixtorum tantu est: quia h̄c sola dissolui in ea principia possunt, ex quibus copulatis

latis ipsa primum per generationem extitere: Elementa, quia non
 sunt mixta, putrefactioni huic minime sunt obnoxia. At (aiunt)
Aristoteles tamen affirmat, putrefactionem esse etiam πάθος pro-
 prij atq; interni caloris: cuiusmodi autem calor ille mixtis intimus
 ac proprius, nisi ignis? Minime gentium hoc Aristoteles affirmat:
 Sed putrefactionem esse affectionem mixti, propter corruptionē ca-
 lorū proprij docet. Notum illi fuit ex Analyticis, proprias affectio-
 nes aliquid habere subiectū, cui primō insint: propter aliud tamen,
 quod non sit ipsum subiectū, sed ipsius tamen, aut in ipso aliquid, vel
 materiam dico vel formam, vel accidens. Dici itaq; putrefgere na-
 turaliter mixtum ut mixtum est, atq; hanc passionem propriam esse
 mixti. Nam quemadmodum id, humido ac sicco, efficientia calorū
 & visū capax esse per generationem esse dicitur: ita propter calorem
 eundem interium, qui ut generationis, ita conseruationis ipsius mixti
 author habetur, quoad à calore externo educī, atq; exhalare aptius
 est, eiusdem humidi ac siccii causa Putrefactioni obnoxium dicitur.
 Secundum putrefactionē verò illam vulgarem, qua nō est dissolutio
 mixti in principiā sua, putrescent & ipsa mixta, cùm propter calo-
 rem, tūm propter alia principia, quatenus causa huius vel illius, à
 propria natura & constitutione discedunt: & ipsamē per se ele-
 menta, dēpto igne: διὸ καὶ σύπειρα πάντα τὰ ἄλλα πλὴν πυρός.
 Sed r̄trum particulariter putrefgere dicatur, etiam ignis in mixto,
 cùm à sua temperie discedit? Quidam sic: ignem resistere putre-
 dini siccitate sua: igitur non putrescere. Fabula: Dicant primum,
 qua & cuiusmodi sit siccitas ignis: deinde respondeant Aristoteli, / oīn: Confut:
 qui causam difficilis putrefactionis, languorem externi calorū &
 robur interni celebrat. Alij itaq; in hunc modum ad hoc quesitum
 respondent: Ignem in mixto non dici putrescere: quia in mixto, se-
 cundum istorum Elementariorum Cabalam non insit ignis elemen-
 tum aetū: aut si inesse contendant aliij, non est ibi tanquam actu,
 sed tan-

ignis quare,
 non putrescere

op:

sed tanquam potentia, quia non sui & propter se, sed alius atque ad
 aliud. Quicquid igitur patiatur, non ipsum, sed mixtum, cuius na-
 turam una cum aliis constituit, & sub cuius natura, una cum aliis
 latet, pati censetur. Deinde qui in mixtum concurrit, cum elementis
 aliis ignis, non est hic nostras, quem nulli alij elementorum materi-
 am fieri, & minime putrescere afferit Author. Postremo, cum ne-
 gat Aristoteles ignem elementum putrescere, quia alia sint illi re
 materia, non eo modo materiam intellexit, id est mixtionis, quo i-
 gnem cum reliquis tribus materiam facit alibi mixtorum corporum,
 sed generationis, ut audiemus: cum praesertim ignis hic nostras, &
 qualis apud nos hic actu est, tantum abest, ut aliquid generet & mix-
 tionem ingrediatur, ut omnem eam vi sua prorsus dissipet atque dis-
 perdat. Is igitur cui reliqua sunt materia, non est is ignis, qui mixtis
 materia fit. Sic intelligimus, nullum hic omnino dubitandi locum re-
 linqui, aut non eum quo dubitauit Spudastus. Nam ad Erastum. In
perfecte mixtis, si ignis actu non inest, sed potentia, quomodo igi-
 tur communi errore affirmasti antea, per naturalem putrefactionem
soluti mixtum in elementa, pag. 24, 27, 40? Sed inquires, insunt qui-
 dem actu elementa, id est ratione tam formae quam materiae, sed
 mutua qualitatum pugnantia, implicita & obscurata, praesentia ve-
 rò superioris actus vincita, & quasi mancipata, ut sese prodere, aut
 pristinas inditas vires expromere nequeant: nec ignis dico vovere,
 nec aqua impendio refrigerare &c. Ut quasi ignis non amplius esse
 ignis, sed reliqua tria videantur: ac proinde potestate inesse tan-
 tum, non actu dicantur. De hoc Phantasmate Avicenne, Alberti,
 Vgonis, Marsilij, Fernelij nihil nunc dicendum, ne in immensum ex-
 crescat Apologia nostra: Habebit, si volet, quod legat Erasmus eo-
 rum scriptor, in Comment. nostris ad duos libros de nat. hum. Hip-
 pocratis, & priore Centur. med. animad. satis. Nunc monstranda
 tantum supinitas horum verborum. Putrescente mixto (inquit) licet
 simul

simul patiatur ignis , qui in eo est , non tamen putreficit . Cur ? quia
 non inest actu , sed potentia : at si non actu inest ignis , quomodo pa-
 titur ? Si patitur , quomodo est expers putrefactionis ? Author se-
 cundum tuam phantasiam definit particularem putrefactionem , ut
 sit corruptio caloris interni : tu supra pag . 34. φείδου pro τού
 πεδου dictum temere contendebas . Quomodo igitur patitur calor ,
 id est corrumperit , nec tamen putreficit ? Quis haec audiat citra ri-
 sum vel potius indignationem ? At vero unde cognouisti Eraste ,
 Authorem nostrum de igne feruente loqui , qualis apud nos est ?
 Comparat enim eum cum aqua , non cum glacie , cum terra , non cum
 ferro , cum aere , non cum nube : igitur ignem quoque non feruentem
 hunc , cuius vsus in Culina , & hypocastis apud nos est , sed illum
 elementarem , qui una cum aliis tribus (aut puris aut impuris & mi-
 nimè simplicibus dicatis , mihi perinde nunc est) ut materia , ad mi-
 xti procreationem , secundum restram morologiam confluit , intelli-
 gere videtur . Ille autem non vrit , non ardet , non vorat , ut ut nus-
 quam purus aut simplex , sed aliorum elementorum portionibus per
 mixtis adulteratus vbique extet . Ex verbis (dices) illis cognoui id ,
 quod ei reliqua tria corpora esse materiam statuat : Rectè : ad i-
 gnis nostras non fit materia misti : & non est pars misti , ut Spuda-
 stes tuus hic loquitur : nec ad minima redactus , una cum aere , a-
 qua , terra , amicabilem unionem , & consensionem cum aqua &
 terra (ut ex Mathematica veterum supra tu asserebas) inire ullam
 potest . Excipias hic , si sapias , Aristotelem etiam ipsum , voculae i-
 gnis homonymia nos plerumque ludere : id quod ita esse , ego minimè
 quidem inficias ibo : Sed vobis tamen Antiquariis , Patriæ Patribus
 ac defensoribus semper Augustis , quid de eo respondeatis , viden-
 dum aliquando fuerit . Sequitur Erastus : Aqua putreficit , aqua ad-
 buc manens , licet impura sit &c. at idem supra pag . 33. atque alibi
 affirmauit , que putrescunt id iōwē , ea in aliam speciem mutari , quo-
 b b modo

modo igitur secundum eundem aqua putrefacet, & aqua tamen adhuc manebit? Dum putrefacit iste res, mutat temperamentum: hoc nulli dubium est: at hoc non statim est, in aliud genus rei mutari. Sanguis enim incalens per febres, quod est putrefactio iste, putrefacit, neque tamen statim in speciem mutatur aliam: & venae tum reliquæ etiam corporis partes, à natura, id est temperamento suo discessere: Venæ tamen sunt: carnes sunt, ossa sunt. Ignis autem (inquit Author) elementum nullo modo (non autem ut Erastus garrit, ignis adhuc permanens) putrefacit. Vera igitur Authoris nostri sententia, eaq[ue] simplicissima hæc est: secundum putrefactionem vulgarē illam, quæ est nihil aliud, quam discessus quidam à natura, id est temperamento proprio, & corruptio quedam, non secundum totum, sed secundum partem (qualitatis dico partem, non substantiae aut quantitatis) omnia putrefactio dici possunt, & mixta ipsa, quocunq[ue] inquam modo mixta, & corpora ipsa simpliciora, uno excepto igne. Causa est, quia Putredo illiusmodi non dissolutione mixta in sua principia, sed contra potius, commixtione alienæ qualitatis ac materiae fit. Qua ratione putrefactio ipsa per se, aër, aqua, terra: vel pura dico hæc, vel impura constitueris (etiam si terram sincerissimam atq[ue] purissimam sui oblitus Aristoteles aliquando dixerit) ignis vero ipse per se nequaquam, ut pote cuius calor ac temperamentum (est autem id natura ignis) à re nulla vinci ac mutari, ut materia possit: Reliqua vero sunt ut materia ignis, quam dico ipse alterare & mutare queat. Atq[ue] hæc, nisi verba illa πάντα ρωπόν τῷ πυρὶ εἰσι τοῦτα, quæ neque Alexander, neque Olympiodorus interpretantur, scoli alicuius glossema contextui Aristoteleo dicere velimus insertum, genuina illius loci est interpretatio. Ex quibus liquet, quantopere errauerint Graeci & Latini interpretes, qui non obseruato hoc, quod inter primam & secundam putrefactionis speciem discrimen intercedit, unam cum altera confundentes, coacti sunt

sunt afferere, elementa tūm corrupti, cūm ad suam naturam, qualē
qualē dico illam tandem habeant, vel ad suę naturę puritatem, redeunt.
Quot, & qualibus, quantisq; absurditatum monstris, vndiquaque
doctrina hæc de dupli putredine Aristoteles scateat, iam non di-
co, qui id vnum mihi in disputatione hac proposui, monstrare nimi-
rum, Erastum non modo in re ipsa, sed etiam in Aristotele's senten-
tia intelligentia, longius quam alios aberrasse à vero. Restat modo,
vt priusquam pergamus ad alia, verum & germanum Aristote-
leorum verborum sensum hīc quoq; in angustam summam contra-
Etum exponamus. Definiuit vt diximus generationem simplicem,
quæ est substantia, & contrà quām distincta est, hīc quidem tacite
alibi vero expresse, generatio secundum partem: illi opposuit sim-
plicem corruptionem, quam appellauit putrefactionem: huic vero
corruptionem secundum partem, cui putredinis appellationem pe-
culiare atq; ab illa priore abhorrente notione, conuenire quoq; do-
cuit. Ut autem generatio simplex naturalis, in hoc primo capite defi-
nita est, ita corruptio simplex naturalis, id est Putredo, in hoc eodē
capite proponi, atq; explicari debuit. Quemadmodū vicissim gene-
rationis secundum partem, id est concoctionis, atq; illi oppositæ cru-
ditatis, quæ corruptio secundum partem est, atq; idīw; putredo
dicitur 2. ac 3. capite natura tam communi definitio, quam pro-
pria declaratur. Est enim vt diximus Authori nostro idīw; putre-
do hic nihil aliud, quam & πεψια. Quot igitur & πεψια species,
totidem etiam putrefactionis huius fuerint. Proindeq; Author do-
cuit, idīw; putredinem dici etiam in ijs, quæ secundum partem
corrumptuntur, cūm à natura discedunt. Naturae autem vocula po-
tissimum hoc loco resþpexit ad eam rei, quæ coquitur conditionem &
constitutionem, qua vel nutritre animal sit apta (cuiusmodi per eli-
xationem, affationem, maturationem redditur) vel aliquid aliud ef-
ficere, quod ad commodam nutritionem pertineat: cuiusmodi natu-

ram adepta esse tūm excrementa dicuntur, cūm ad expulsorē comparata sunt. Atq; ad hēc refertur quēcunq; alia alteratio, qua mistum suam quidem semper formam ac speciem retinens, vtcunq; tamen ā statu suo naturali degenerat. Quo modo aquam etiam, aēr, & terra putrescere dicuntur. Hēc tām conuincire cum his, quē ab Authore in hoc capite sānt exposita, quām cum hīs, quē secundō aut tertiō exponentur, certo certius, & vero verius est. Iam & il- lud his adijciendum, quod suprà etiam attigimus, putrefactionem secundum partem ab Authore violentam non dici, quia illi tām sit naturalis, quām opposita generatio, id est concoctio. Prēterea verò hoc: Rusticos citra discrimen vllum, putrore correptas res dicere, aliās quidem secundum sapientum putredinem, aliās verò secundū suam: quē tam violenter corruptas secundum totum, excessu aliquo assationis vel elixationis, quām secundum partem per & πεδιαρια aliquam corruptas, computruisse, rerum naturas minime discernens, indiscriminatim iudicat: & Aristotelem quoq; nonnunquam iudi- cium vulgi securum, idem fecisse: quem aliās tamen plerunq; secun- dum veram ac legitimam significationem putredinis, res nominasse putridas constet.

P A G. E A D E M.

„ Cum monuisset Philosophus, putredinem quandam aliam existere, cui nomen pu-
„ tredinis propriè magis tributum sit, de-
„ finitionem eius attexuit &c.

Com. Vtrumq; falsum. Nec inquam corruptioni alteri huic, quē secun-
73. dum partem dicitur, propriè magis tributum putredinis fuisse no-
men scripsit vsquam Author, nec istius eiusdem putredinis defini-
tionem subiecit vllam aliam, quām quid esset discessio quedam ā
natura,

natura, in ijs, quæ secundum partem corruptuntur: quibus sane verbis eius notionem communem satis cognitam reddi posse nobis existimauit. Nam si est corruptio secundum partem, & opposita generationi secundum partem, nihil aliud est, quam & πενία, & in summa & άποιώσις. Per eam igitur, non ex toto dissoluitur mixtum: neque corruptitur secundum formam, sed tantum discessio quedam fit a natura: igitur est mutatio quedam in qualitate: quo etiam modo per febres putrescent humores, concepto scilicet non naturali astu, qui si perget ac diu duret, corruptet quidem humorem qualcumque illum, sed ut ignis tamen corruptere & naufragia dicuntur: non ut putrefaciens calor, de quo suo loco. De cætero verba illa, quæ in contextu Authoris sequuntur σημ. δε δὲ φθορὰ & c. non putredinem, quæ secundum partem, ut opinatur Erastrus cum paucis aliquot, sed illam, quæ secundum totum & naturalis est, ac simplici generationi opponitur, definiunt: ut res ipsa docebit, & interpretum omnium unanimis consensus persuadet. Quid? quod ipsemēt Erastrus thesi sua 41. parum scilicet utique sibi constans, confessus est, verba quæ post paragraphum & μὴ & οὐδὲ iδίως & c. de putredine leguntur, etiam simplici ac naturali aptari posse: Cum tamen secundum eiusdem Mathematicam naturalis putredo LONGE ALIA sit, quam violenta pag. 25. & alias secundum eandem hec duæ putredines, tot, tantis, talibusque conditionibus inter se discordent, ut unam eandemque definitionem, utrique aptari posse, ne stupidisimus quidem spudastus aliquis dicturus sit. Ferat sane vel Erastrus ipse hac de re sententiam. Nam scripsit is pag. 45. hæc. Non est idem sensus huius atque illius definitionis & c. Item hæc. Non conuenit hæc definitio, quam violentæ putredinis finitionem esse assevero, naturali putredini & c. In Thesi vero 41. ista. Quæ post hæc verba & μὴ & οὐδὲ iδίως & c. de putredine legimus, de violenta videntur magis contentur Pyrrhonij huius interpretationis verba illa

VIDENTVR MAGIS) dicta, licet etiam naturali possunt aptari &c. Id est, ut meus Spudastus interpretatur, conueniet nulli, qui secum dissidet ipse. Hoc igitur principio absurdō posito, in quo^t alia deinde incurret Eraſtus? De eo iam viderimus.

PAG. 42.

- „ Nunc illud monendus es: in hac definitione generis locū obtinere verba hæc.
 „ φθηρά τῆς ζιρείας &c.

Com. Minime gentium. Nullum hic genus, cum definitio hac sit mere causalis, ut audies.

IBIDEM.

- „ Subiectum expressit, cum dixit, ἐν ἐκάστῳ γυγῷ,
 „ id est in propria materia.

*Com. Tam subtilis rbiq; es analyticus, quam Physiologus: Cuīusnam
 75. inquam subiectum expressit his verbis Author? Subiectum primum generationis naturalis, non est humidum, sed mixtum, causa humidi ac sicci (hæc enim materia est, quæ commiscetur, & patitur determinationem accipiens) propter calidum & frigidum: ideo subiectum putrefactionis mixtum est: non causa solius humidi, sed & sicci humido terminati. Sanè Author ὑποτελεύκη ὑλὴ agentium qualitatum, caloris & frigoris in generatione sic definitiū: ταῦτα δὲ εἰς πᾶν ζιρμένοι δυνάμεις παθεῖν: (quatenus nempe termini mixto proprij, sunt capaces) nam per putrefactionem diuortium facit a sicco, propriumq; cuiusq; mixti humidum, propter imbecillitatem agentium qualitatum, sed caloris potissimum, quatenus hic ab externo profligatur. Ideo definitionem hanc causalem definitionem dixerē Latini. Quasi Aristoteles diceret: Putrefactio mixti*

mixti sit, propter dominium, & rim caloris ex oīos λέγου, quod idem est atque hoc loco ἐίναι vel natūrā q̄dīp: quicquid Pauesius frustra philosophetur. Tantum abest, ut, quod Eraſtus, oblitus etiam Analyticorum preceptorum, voluit causa efficiens demonstratiōnis pro genere hic potuerit r̄surpari. Sed horum ut minus sat agit Spudastes ille, ita fortasse minus est capax. Omissis igitur Diale-

*Rerū enīis
enīarū Tizii
Te Simonij.*

Eticis his, dicamus nos in hunc modum: Secretio humidi, cuiq; mi-
sto proprij, à siccō, Formalis definitio Putredinis est, quam ex typo
generationis antea delineato, nobis hic subintelligendam reliquit, &
in ijs quæ ad explicationem definitionis subiicit, aperte cognoscen-
dam proponet Author. Subiectum, quod in omni definitione acci-
dēntium & pr̄sertim prop̄riorum, aut expressum aut tacitum re-
quiritur, est humidum cum siccō iunctū, quam etiam supra in de-
finitione Generationis, ut hic, ὥληp nominauerat: Efficiens prima-
rium, quod ex externa & interna causa coalescit, est corruptio,
id est diminutio calidi interni, ab externo calore educti atq; euoca-
ti. Verum de his minutius postea.

P A G. 42.

Inter has verò qualitates duas principa- " "
tus est penes humidum &c. "

Nego id: Vtrāq; enim & quē princeps, & vtrāq; id est ter- Com.
ra & aqua, corporum materia sunt, 4. meteor. cap. 4. Vbi etiam
hēc leguntur, τὸ γαρ ἔγερον τῷ ξυρῷ αὔτιον τοῦ δέρματος, καὶ ἐκάτερον
ἐκατέρω, δῖον πολλὰ γίγνεται, & paulo post: νοῆσια τόποι οἱ
ἀποφοῖται τὸ δέρματον σῶμα. Tam igitur per siccum, quam per
humidum existunt finitiones corporum: cùm nūm absq; altero nō
patiatur: & tam siccum causa humili determinationem recipiat, d
calido frigidoq; quam humidum causa siccii ab iisdem Terra tame
dices,

76.

dices, ab aqua terminationem seu cohesionem habet: esto: at hæc
viciſſim ab illa constantiam obtinet. Vt τὸ ἔχον δύσησον εἴτε
termino, quia sui εἴτε tenax: ita τὸ ὑγρὸν εὐθέσον εἴτε, quia faci-
lē quemniis admittit. At in mixti generatione terminatio certa re-
quiritur, quæ mixti naturæ respondeat: stabilis tamen eadem &
constans. Vt igitur alieno id εἴτε mixti termino terminetur, tam ter-
ra ab aqua, quam aqua à terra habet: nam vt dixi, hæc sine illa, sui
tenax, alterius termini, id εἴτε eius qui mixti futurus εἴτε, capax non
fieret: illa sine hac, nullius tenax, nullo vñquam certo finiri termi-
no posset. Ideoq; Aristoteles inquit, οὐδὲ ἐκάλεσον ἐκαλέσω &c. Cur
igitur (inquires) ita loquitur: νοῇ ὥριον τῷ ἔχον τὸ ὑγρόν. Causa in
promptu εἴτε: Terminare είσται agentium. Terminari patientium: εὐθέ-
σον δὲ τὸ ὑγρὸν, δύσησον δὲ τὸ ἔχον. At naturæ ordine id in gene-
ratione mixti, primum requiritur, facile ita terminari, vt natura
futuri mixti requirerit. Post hæc sequetur, vt terminus acceptus, qui
naturæ mixti conueniens εἴτε, quem Aristoteles lib. 4. meteor. cap.
5. appellat δικτυον ὅρον τῷ σώματος retineatur. In quo εὐθέσον τὸ
ἔχον, δύσησον τὸ ὑγρόν ecce ὑγρὸν εὐθέσον εἰπεῖσον δικείψ
ὅρος: ἔχον δὲ εὐθέσον δικείω ὅρος (est autem proprium, quod iam
acceptit) δύσησον ὅμοιος. Quid? nonne siccitatem propriam terræ
qualitatem, & in primis διλικηρον esse, legisti ex veterum etiam illo-
rum opinione, qui eam principijs rerum annumerari propterea voluerunt ter quaterue in Aristotele? Rectissime itaq; affirmat Au-
thor, siccum absq; humido non pati, & determinationem recipere
à calido ac frigido humidi duntaxat causa. Tantum abest vt penes
humidum, quatenus materia misti est, & formationis ac determi-
nationis capax sit principatus. Sic vides philosophiam tuam, hic
quoq; spudasto tuo dignam esse.

IBIDEM.

- ” Causa continetur reliquis verbis ὑπὸ ἀλλο-
- ” Ιερᾶς θερμοτήτος.

Sed

Sed non hæc sola & integra causa. Nam Aristoteles ipsem et inquit, *καὶ οὐνόμη τὸ πάθος ἡ σύντικη θερμότης τὸ ἀνδρεῖας γυναῖξιν τὸ δικέας, quæ est ἡ φύσις τῆς ὄντες θερμότης*: Atque hoc immediatum affectionis principium est. Alioquin enim, si affectio demonstrabilis (quia Eraſto hic nonnihil dialecticari placuit, licet et nobis) ab externo duntaxat principio fluueret atque penderet, minor propositio demonstrationis, neque in primo, neque in secundo modo dicendi per se contineretur: quod cum Aristotele pugnat et veritate. Construat ipse sibi Eraſtus demonstrationem, atque in secunda propositione, causam illam de subiecto praedicari sumat: (sic enim oportet) tum intelliget, quid intersit inter philosophari et rhetoriciari. Falso igitur est, in verbis illis contineri aliquid praeter causam propria affectionis huius, quæ putredo naturalis dicitur, *καὶ μοτεῖας θερμότης: cum tota definitio hec sit causalis: perinde atque illa: Febris est calor nativus, praeter naturam auctus ab ira ab excessu solis &c. atque illa: Pulsus arteriarum est (Aristotelicè, id est, vere nunc definio) spiritus perpetuus vici studiibus subiens in arterias, ex continua generatione alimenti, quæ in corde fit: Eclipsest interiectio terra inter Solem & Lunam: Quadratio est media linea inuenitio &c. Plura tibi ipse queras exempla. Etiam si Definitio quæ principium demonstrationis ab istis dicitur, cum modo definitionis profertur raro apud Aristotelem per se sine altera sumi soleat: Ut hoc loco. & 2. de anim. cap. 2.*

IBIDE M.

Putredo certè non est eiusmodi qualitas,

quæ in subiecto quovis inesse possit.

“

“

Magnum arcanum: perge.

Sed certam prorsus materiæ intemperiem

“

requirit.

“

Com. Quid hic tua reuera intemperie, cum intemperie? Putredo
 h̄ic definita ab intemperie omni abhorret: Nihil cum putredine hac
 78. intemperie: Quicquid est, quocunq; modo temperatum, suæ naturæ
 relictum, interibit tandem per istiusmodi putrefactionem. Putredo
 nostra certum subiectum requirit, nempe siccum humido imbutum,
 eidemq; certo quodam modo colligatum, atq; vnitum, opera qualita-
 tum agentium. Hoc verum, hoc primum, hoc solum subiectum est
 putredinis ab Auctore definitæ. Tu cum tua intemperie, quam ne-
 mutu quidem significavit is, bene valeas. Sed audiamus etiam, quam
 misere in ipso tuo errore erres, id est errata erratis accumules:

„ Etenim natuum calorem &c. corrumpi, tempera-
 „ tionem q. nouam introduci in materiam oportet,
 „ priusquam putrida sit ac vocetur.

Com. In simplici ac naturali putredine, quæ sola definitur, allegatis ver-
 bis, ut postea tibi planum faciemus, vetus m̄stii temperatio dissolui-
 79. tur: diuortio facta, redecentibus ad se ipsa, resumentibusq; suas pri-
 stinas vires, principijs, ex quibus illud primum nascebatur: nulla
 noua in materiam introducitur. Sed ut in violenta id sit verum, fal-
 sum tamen esse, si affirmauero, id quod subiçis, nempe hoc: Non
 enim cuiuslibet temperamenti qualitas in re qualibet est
 putredo: sed certa & peculiaris cuiusuis temperamenti
 affectio &c. non habebis quo me reprehendas. Aristotelem enim
 violentam Putredinem definiuisse dicam, discessione quacunq; à na-
 turæ seu temperamento, quia simpliciter & nulla verborum limita-
 tione adiecta, pronunciauerit, iδιως putrescere dici etiam de ijs,
 quæ secundum partem corrumpuntur, ὅταν τῷ φυσικῷ τῷ φύσεω.
 Quasi discessio quævis à proprio temperamento, in ijs quæ secundū
 partem corrumpuntur, secundum hunc modum putrefactio dici pos-
 sit. In quo etiam obseruanda est fluctuatio sententia vel potius
 Sphyngis

Sphyngis Erasteæ. Nam hac eadem pag. scripsérat, subiectum putrefactionis proprium esse humidum, quod cuiq; mixto suum est, h̄c autem intemperiem certam constituit. Intemperiem intelligo (inquiet) esse non subiectum, sed ipsammet affectionem, nempe putrefactionem: id quod tūm afferere videris, cūm aīs: corrupto calore, qui est author & conseruator mīstionis, temperationem nouam in materiam introduci oportere, priusquam putrida sit ac vocetur. Quasi nimirū Temperatio illa noua, Putredo ipsa sit, non Putredinis subiectum. Sed huius intemperiei subiectum qualenam? Materia? at h̄c definitur humido & sicco: tu supra humidū tantū statuebas putrefactionis subiectum: Deinde, quānam fuerit tandem certa ista & peculiaris cuiusvis temperamenti affectio, quæ putredo est? Nam ne vos quidem ipsos putridos interpretes, ullib; aut unquam, certa notione aut definitione comprehendere potuisse illam, conqueruntur etiamnum factiosi & perduelles isti, qui in summa, ista scilicet vestrare rerum cognitione, consensu animorum, Reipublicæ litteraria tranquillitate, ut pacatum istud vestrum insipientia (sapiēntiæ volui dicere) Regnum turbent, contradicendi, vellicandi finem faciunt nullum. Postremò scribis. Definitionem hanc Aristoteleam ab omnibus eruditis comprobatam laudatamq; uno excepto Argenterio: & qui illam intelliget, eum nunquam dicturum, aliter à Galeno fuisse acceptam. Vtinam verò prior huius tuæ sententie pars tam in eruditorum illorum vituperationem non cederet, quam tuæ causæ minimè fauet. Nam ut ut illorum quisq; alienis opinionibus incubare asuetus potius, quam liberè philosophari, definitionem hanc probarit, & pro virili defenderit, quam tamen & ipsi inter se in eius intelligentia discordant, & à tuis vel potius Oddi illius chimera hac, alieni fuerunt omnes? Olympiodorus verò expressè docuit, Medicorum putredinem ab Aristotelea esse aliam. Suessanus Aristotelem de sola naturali putrefactione locutum: Medicos de

violenta. Carpenterius Galenum non eandem omnino putredinis speciem cum Aristotele considerasse. Archangelus Montisancetius, etiamsi parum admodum in ea re sibi constans, putredinem per quam humores in febre putrefactare dicuntur, maxime diuersam esse ab illa, quam Aristoteles definiuit. Idem antea volentes nolentes, significauerant Auerrhois, Conciliator, Gentilis, Nicolaus, Vgo, Gordonius, Buccaferra, & (paucis aliquot exceptis ut Alberto, Rhemigio, Pauesio, Pparella) qui non ?

P A G. 43.

„ Nulla h̄c industria est opus. Quod Ari-
stoteles vocat φθορὴ id Galenus. &c.

Com. Peccas in Dialogi leges, qui tamen totus es Dialogicus. Non
enim prius conciliare Galenicam putredinis definitionem Aristote-
80. leæ debuisti, quām monstrasses, eandem ab Aristotele atq; à Ga-
leno putredinem definitam fuisse. Sed leges Dialogi, fortasse Spu-
dastes ille tuus minus capit, ut proinde sibi per te licere (quām li-
centiam plerūq; usurpat) putauerit, ubi, & quando, & quomodo
luberet quid vis interrogare. Liceat igitur nunc illi per me quoq;
qui non id ago, ut te male σκαλέγεω, sed perperā συλλογίζεω
doceam.

IBID.

„ Quod Aristoteles vocat φθορὴ &c.

Com. Primum illud præfari placet. 'Galenum æquè in imitanda defi-
nitione putredinis Aristotelea, atq; in multis alijs eiusdem Philoso-
81. phi placitis reprehendendis, hallucinatum esse. Hoc alibi monstrandum:
nunc illud. Aristoteles putredinem naturalem definit, maxi-
mè oppositam generationi simplici mixti, quatenus mixtum est. Ga-
lenus non naturalem, sed violentam, & non simplici, sed particulari-
genera-

generationi mixti oppositam. Ille putredinem, qua mixtum in sua principia dissoluitur: Hic putredinem, qua nihil eiusmodi fit. Ille putredinem, quæ fit caloris interni defectu: Hic eam, qua idem calor augetur. Ille putredinem, quæ fit per caloris efflationem: Hic, quæ fit eiusdem coactione. Ille putredinem, quæ fit transpiratione libera: Hic non aliam, quam quæ fit eadem impedita. Ille putredinem, cuius prima causa est calor extra ambientis: Hic, cuius duplex est causa, calor quicunq; cum humido: nam putrescentia omnia ab humiditate & caliditate putrascere testatur. lib. 3. de compos. med. per loca cap. 2. Ille putredinem (si tuæ sectæ hominibus præstanda sit fides) quam frigus etiam internum promouet: Hic illam quam frigus retardat. Ille putredinem, quæ sensim diffluente humido tandem in terram desinit: Hic eam quæ vi caloris exurentis absumpto humido in cineres terminatur. Quid igitur mirum, si alio respiciens, quam Aristoteles, Aristoteleam definitionem perperam fuerit imitatus? Expendamus iam singula. Aristoteles putredinem dicit esse corruptionem: Galenus mutationem ad corruptionem. Idemne dicunt? Minime: Ille enim qui sua putredinis causalem definitionem proponit, corruptionem interni caloris intelligit, id est diminutionem: Hic quæ sua item (quam etiam Aristotelis esse opinabatur) definitionem quidditatuum à Latinis appellatam, profert, corruptionem totius substantiæ, corporis putrescentis intellexit: Ille calorem externum ambientis aëris & aquæ, adduxit pro authore corruptionis illius: Iste etiam alium, ut suo loco videbimus. Sed in hoc minutius obseruanda Galeni supinitas. Putredo (inquit xi. meth. cap. 8.) est ~~ut~~ ~~τὸς τοῦ θερμοῦ~~ (hoc genus est) ~~τὸς ὀλυμπίας~~ (locum habeat hoc differentiæ, ne intelligatur mutatio esse in qualitate, sed in ipsa natura & substantia rei) ~~τὸς σικαλοῦ οὐτουέρα~~, (atq; hoc etiam, quod subiectum exprimit, ad differentiam, consensu Aristoteleorum referatur) ~~τὸς τοῦ ἐξωθεν θερμασίας~~. Quæ verba causam

efficientem exprimunt. Quot h̄ic bone Deus vlcera, eaq̄ sūcūnē.
 Aperiamus sanè oculos, quod à nobis requirit Erastus: admoueau-
 musq; benè pellucidos, non ambitiosæ aut stupidæ phantasie, sed
 mentis specilos: Tantum abest, vt idem ab utroq;, dici clare, per-
 specturi, vt contrà potius diuerfissima ab utroq; diuerfissimè dici
 ac significari, clarissimè intellecturi simus. Esto, sit h̄ec definitio
 illa, quam solo vocum ordine, à demonstratione differre, Analytice
 afferunt. Primum particula illa μεταβολὴ ἐπι φθορᾶ, non est Ar-
 istoteles, neq; ad Aristoteleam φθορᾶ reduci potest. Ille enim vo-
 culam φθορᾶ ad corruptionem caloris interni refert, tanquam cau-
 sam hic ad totam substantiam corporis putrescentis, tanquam sub-
 iecti. Nego autem hoc substantiam totam rei, quatenus generatur,
 aut putrescit, esse calorem: Generationis subiecta materia est humi-
 dum cum sicco determinabile: id expresse dicebat Aristoteles:
 Agentia calor & frigus, terminantia: ita putrefactionis subiectum
 est, siccum humido terminatum, termino mixti proprio: agens, ca-
 lor deficiens atq; determinare non amplius potens, ab externo calo-
 re exactus atq; evocatus. Et quæ obsecro, aut qualis verborum am-
 bitio illa, μεταβολὴ ἐπι φθορᾶ? Viam non terminum corruptionis
 mixti(dices) indicare voluit. Quomodo igitur accipiemus illud τρομένης, aut (utrumq; enim docti legunt) σκότωμένης: an non satis
 hoc fuerat, quo via, non autem terminus corruptionis indicaretur?
 Deinde quis hoc enigma intelligat? Putredo est corruptio substantiae
 putrescentis? Hoc ipsum queritur, quid inquam putredo sit: Cur igi-
 tur per putredinem definitur? Εἰ δύνω κέγχησαι τῷ δρέποντι
 illud? Ecquot alia etiam insunt in hac definitione, contra definiendi
 leges commissa? Ecquis tandem adeò stupidus est, qui non videat,
 hanc definitionem mere Dialecticam esse? Sic enim appellabat Ar-
 istoteles lib. I. de an. cont. 16. Auerrhoë teste, definitiones eas Af-
 fectionum, quæ formam duntaxat, id est genus ac differentiam ex-

ponunt,

ponunt, non evidenter expressa materia, aut non propria materia. Materia h̄ic affertur corpus putrescens: sed quale obsecro? id non explicat Galenus: explicauit autem Aristoteles, siccum humido iam vnitum termino misti proprio: Et corruptio substantiae totius, non omnis est putredo: Quae igitur? Galenus id omisit: contentus eo solo, quod dixit, esse mutationem totius substantiae. At non omnis mutatio substantiae totius putredo est: Philosophus id exposuit, dissolutionem humidi à seco: Hec enim vera forma putredinis naturalis est. Ergo cum Erasmus dicit:

Idem est genus &c.

Falsum est: quia nullum in ista definitione Genus posuit Author noster:

Idem subiectum: &c.

Hoc illo falsius: quia Galenus nullum certum, ac primum suū putredinis subiectum exposuit, nisi corpus putrescens: id est aequē ignotum, atq; ignota erat affectio ipsa nempe putredo: Ut audeam affirmare, ex nulla re minus cognosci posse, quid putredo sit, quam ex hac definitione Galeni: tantum abest, vt clarius ea sit elocutus (id quod tu affirmas) quæ Author obscurius ac brevius protulit. Quid? quod Galenus, ne suam ipse quidem putredinem nouisse videtur, qui Typum eius particulatum exprimere nusquam potuit: Non τὸ οὐσίαν ἔχει, quod est confusim ac generatim habere aliquid: Sed τὸ μέσην ἔχει est apud Aristotelem scire. Quid autem amplius de putredine sua Galenus docuit, quam esse corruptionem totius substantiae ad interitum à calore? Cuiusmodi verò ipsa corruptio? quis typus, quæ facies? quis progressus illius? h̄ic altum silentium. Imo verò non vnicam putredinem animo cogitasse Galenum, sectatores illius dicunt prope omnes: id est, vt planius ego pro illis dicam, egregie imposuisse nobis vocabulo ac definitione. Ecce: Schorendorficus Sophista (vt mittam iam alios Ari-

Schesky
stoteli

Stoteliis interpretates) in glossis suis ac cap. 1. lib. 4. meteor. scribit: Aliud genus putredinis secundum Galenum esse illud, quo suscitantur febres, atq; aliud quo vlcera σκπεδονώδη nominantur. Idem, vt ostendat putredinem Galenicam non dissentire ab Aristotelea, scribit: Galenum quidem putredinis suæ authorem facere calorem humidum: vt quæ nimirum putrescant secundum ipsum, non solū externo calore excalefieri, sed etiam externo humore reddi humidiora oporteat: secundum Aristotelem vero, calore externo, & abolitione humoris nativi res putrescere: attamen illa his minime officere, quia Aristoteles loquatur de causis putredinis latissimè patetibus, & maxime communibus, siquidem commune est omnium rerum putrescentium, vt calore externo internus, cumq; eo humor, exigatur) Galenus vero id proponat, quod si totum ipsum σκπεδονός genus respiciamus, accidens sanè quoddam sit, quod vero ad certas species pertinet, non accidat, sed per se insit. Qua futilitate, quid futilius? Primum non reuelauit adhuc nobis maledicus hic fuerit, quamnam putredinem ex duabus illis suis Galenus intelligat, cum externam affluere humiditatem oportere, si putrescere debeat aliquid, affirmauit. Deinde, non animaduertit lib. 3. de compos. med. per gen. cap. 2. xi. de simpl. med. cap. de sale: comm. 3. de humor. ad sent. 13. vniuersim ac de toto genere putrescentium id, non autē de certis speciebus pronunciari: ecce, ἐπὶ δὲ τὰ σκπέδη
 πάντα προς εγίγνωσκον ὃ φύγοικός τε καὶ θερμόικός εἰ. εὶ^{c.} pau-
 λο post. χωρὶς γοργὸν φύγοικός οὐχ δίοντος δέ τοι σκπέδη τὸ θερμάνον:
 εὶ alibi δις τοικυ σῶμασι, μήδ' ολως δέρη φύγοικη περίπη, αδίνα-
 τος τὸ τοικός σαπίνον. Sed neq; docuit etiam, vtrum humida proprio
 humor, vel potius alieno, obnoxia esse putredini Galenus voluerit.
 Vtrumq; enim nolle videtur: siquidem negat, lib. 3. de morb. vul-
 gar. com. 3. ad sent. 1. Aurum, Argentum, &c., lapidem putresce-
 re posse, quia omni ex parte siccā sint: igitur proprium ibi quidem
 humidum

humidum: Sed in com. 3. de humor. ad sent. 13. 2. aphor. ad aphor. 12. & alibi, millies alienum atque extrinsecus inuenitum requirit. Præterea, quantam obsecro isti miseri Galeno suo authoritatem conciliant, cum eum & verba putredinis homonymicos usurpare, & in definitione vniuersi generis putredinis, id quod accidit, proposuisse, quod vero per se inest præterisse volunt? Principium naturale, quo res mouetur, inest per se cunctis rebus naturalibus, aliquibus tamè, ut in animatis rebus, etiam ipsa primo efficiens motionis causa inest, quæ animatae quidem substantie, quatenus naturalis est, secundum accidens adiungitur: quatenus vero animata, per se inest: hæc inquam expressa leguntur ab Aristotele 2. de phys. auct. cap. 1. At nusquam tamen legimus apud eundem, vniuersum Naturalium substantiarum genus, eò quod secundum Accidens, non autem eò, quod per se & omni substantie naturali conuenit, esse definitum.

Eadem causa &c.

“

Et hoc falsum, si rem intuearis. Nomen enim idem usurpat Galenus, quod Author hic ut ex 2. de diff. febr. cap. 9. liquet, sed non eodem sensu, quatenus causa esse putredinis dicitur, ut planum deinceps faciemus.

Etenim nihil aliud Aristoteles intellexit
per calorē naturalem in suo humido, id
est in sua materia quam, quod Galenus
totā corporis substantiam nominauit.

“

“

“

“

Author noster definiendo fuit prudentior, quam ut has ine-
ptias cogitaturus fuisset. Causalem definitionem hoc loco putredinis Com.
affert: nam definitionem, quæ genus differentiamque expresso pro-
prio subiecto exponit, nobis delineauerat antea. Iam vero tui oblitus,
hoc loco pronuntias. Verba illa ἐν ἑκάς φύσει materialē & subie-
ctū d d Etum

Etum caloris indicare , antea subiectum ipsius affectionis , quæ putrefactio est , constituebas . Ad genus reuocabas quoq; tūm , οὐχιαν εἰρημότα : nunc ex ea & ὑγρὸν subiectum putrefactionis facis : id est ut male sentis , ita male vbiq; fere & inconstanter loqueris : nō percepto Aristotelis artificio , qui longè aptius , significantius , clarius hactenus mentem suam expressit , quam tu cum tuo Galeno tuā.

PAG. 44.

” Iam quod Aristoteles vocavit cuiusq; rei
” humidum &c.

Com. Declarabo tibi iam , cur Author definitionem causalem putredinis afferens , dixerit , eam esse corruptionem caloris , qui est
83. ἐνέσθιον γένος . Non explicat Aristoteles hac voce subiectum putredinis : id enim antea fecerat : Quid igitur ? Hoc : Definitionem propositurus , quæ causam , non autem naturam , seu genus & differentiam putredinis afferet , de humido meminit , cui calor potissimum hæret ; & cuius causa siccum à calore ἐριστός capax est . Ut enim generationis causa est calor , quatenus terminare humido siccum potest : ita putrefactionis idem calor est causa , quatenus redditus imbecillior , causa humidi , terminare siccum nequit amplius . Idcirco enim addit : Σιδή τὸ τοπίον καὶ ἔργον τερπίνει τὰ σκηπτάμενα πάντα : nam deficiente calore , humidum vna quod ab illo coercebatur , difflituit , siccumq; ipsum destituit .

PAG. 44.

” Non inficiar ita rem habere &c.

Com. Neminem esse arbitror , qui de putredine aut Generatione
84. scripserit aliquid , & non hanc ipsam differentiam significationis vtriusq; vocabuli obseruarit : Ut causam non videam , quamobrem Erasmus

raſtus h̄ic quoq; ſui ſpudasti in interrogando diligentiam ac ſubtilitatem oſtentare voluerit. Præterquam diſcrimen hoc iſum, quo nullum aliud maius inueniri inter utramq; Authoris dico noſtri & Galeni, definitionem ipſe retur, ferè nullum eſt, cum verba contex-
tus, tam ad iſum mutationi trac̄tum, quād ad iſum extreμum ſeu terminum accommodari poſſe annotarint prop̄e interpretes o-
mnes. In eo quidem & iſi errarunt, quod terminum putrefactio-
niſi conſtituerunt formæ ſubſtantialiſi interitum, quæ diſſolutionem
humidi ac ſicci conſequitur: cū Aristoteles in hoc libro viii ſue
coſtitutionis ab omni eiusmodi formæ conſideratione abſtrahens,
Generationem & corruptionem ſubſtantiarum mixtarum, quate-
nus miſtæ ſunt, id eſt quatenus per humidi ſicciꝝ commixtionem
conſiſtunt, ac per carundem muvuam à ſe diſceſſionem exiſtere de-
ſiunt, deſinire atq; explicare propositum habeat. Σινεργία μένων δὲ
τὸις ἀντίεον ἡρὶ τὰς ἐργασίας ἀντώρ: ἀνεὶ σύνωρ ἐργάζονται
τὰ ποιητικὰ, καὶ τῷ παθητικῷ τὰ ἔιδυ: & mox ſubiungit πῶ-
τορ μὲν ἡρὶ καθόλας ἡ ἀπλὴ γένεſις τὸις τῷ πρὸνάμεωρ δῖτι
ἐγγονοὶ &c.

Krisi
mi. f.

P A G. E A D E M.

Quod enim ſimpliciter fit, non eſt: quare
definiuit nobis rem, quæ non eſſet.

"
"

Bone Deus, quibus cauillatiunculis, ſuas haſce putridas pagel-
las vbiq; ſparsit Amicus noſter, Generatio, Corruptio, Putrefactio-
Mutatio: hæc inquam vocamina omnia duobus accipiuntur modis
apud Philosophos: vel enim pro ipſo motionis trac̄tu, vel pro ipſo
termīno. Si Authoritates requiras & exempla eorum plaſtra da-
bunt tibi vel rudiores Philosophie Baccalaurei. Esto igitur: Definita
ſit à Galeno putrefactio, quatenus fit, vt quemadmodum ἡ φύſis
οἱ γένεſις λεγομένη, φύſis ideo dicitur, quia ſit ὁδὸς ἐις φύſim 2.
d d ij de phys.

Com.
85.

de phys. ause. cont. 14. ita putrefactionis ipse tractus dicatur putrefactio, quia ad hanc via sit: Didicimus sane iam ex Aristotele, actum rei mobilis, quatenus mobilis, ipsam esse motionem, τὸν δὲ γεννητὸν καὶ φθαρτὸν ἡ ἐνθελέχεια γένεσις καὶ φθορά, οὐδὲν quod senescere potest, γνωσίς 3. de phys. ause. cap. 1. Sed nihil est alicuius actus, nisi quatenus est: sunt autem ista actus quatenus fiunt: igitur quatenus fiunt, sunt. Qui definit igitur γένεσιν καὶ φθοράν, quatenus actum significant τὸ φθαρτὸν καὶ γεννητὸν, definit res, quae vere sunt: immo vero, quae (hoc modo accepte) totam suam habent essentiam in ipso fieri: cūm præsertim non ex eo rerum genere sint, quod, ut Aristoteles loquitur 4. phys. cap. de Temp. cum nullas habeat partes: & δύνατον τὸν δόξαι (Spudasto scilicet alicui) κατέχει ποτὲ εὐσίας: Sed ex illo altero, quod διεγένετο εἰ μὴ πάντα, ut homo, planta, saltem ἔνα μέρη habet. Sed lubet paucula adhuc quendam sciscitari tantum. Quid est Eraste domi tuae, putredinem fieri simpliciter? An quod habet essentiam in ipso fieri, nullo modo est? Quod ideo est, quia fit, nullam habere definitionem dicitur? Intelligis iam quid velim, id est, posse me, nisi à re nimium ipsa digrediendum esset ex tuis verbis luce meridiana clarius demonstrare, te neque satis bene adhuc tenere flosculos illos Philosophos, quibus aspergere atque ornare voluisti, Spudasticam hanc disputationem tuam.

P A G. E A D E M.

” Iam dixi eum respicere ad putredinem februm &c.

Com. Magnam sane tibi gratiam habere Galeni manes debent, qui tam
 86. egregie scilicet ipsius tuearis partes Miser ille Spudastes contendit,
 Galenum definire, viam seu mutationem, nō terminum putrefactionis: Tu Galenum, respondes, ad febres duntaxat tūm respexisse:
 cūm

cum tamen nemo usquam aut inquam repertus sit, qui hactenus non
crediderit, hanc Galeni definitionem esse generalē, omnibusque aequalē
rebus putrescentibus aptari posse: eoque magis, quod nusquam alibi
aliter Galenus putredinem suam definierit. Et quid etiam opus est,
futili restrictione aut limitatione ista? Esto definierit Galenus pu-
tredinem quatenus sit: quid tunc postea? quid hic incommodi? quor-
sum paranda defensio rbi nulla sit opus? Definiuit sic ad suum, id
est suæ artis usum: quem exposuit cum alibi, tunc sect. 3. art. med.
cap. 89. et sect. 2. aphor. 17. Enīs autem consideratio Physiologo
minus est necessaria. Sed tu spudasti dubitationi potuisti facere in
hunc etiam modum satis. Primum nostri Authoris verba, tam via
seu mutationi, quam termino aptari posse. Secundò non magis vocu-
lam μεταλλη restringere ad viam consueuisse Philosophos, quam
φορησι: cuius facti exempla, nescio rbi non in Aristotelis, Græco-
rumque eius interpretum commentarijs prostent. Postremò ineptias
minutulas, tu minutas ineptias hasce, in tanti apparatus Dialogum,
non fuisse inuehendas.

P A G. E A D E M.

At in morbida eos putredine, peculiarem
opinionem Medicos souere verū non est.

“

“

Medici de simplici ac Naturali putredine, quam proposuit ac Com.
definiuit Author 4. meteor. cap. 1. nihil docuere Hoc tu ipse fateris
quoque. Medici violentam ac morbidam putredinem quandam indu-
cunt, quam idem Author neque agnouit, neque expresse definiuit 4.
meteor. cap. 1. Hoc tu falsum affirmas. Age igitur videamus, uter
nostrum ad illius mentem sentiat atque loquatur aptius.

87.

P A G. 45.

Ego verò vehementer iniror &c.

“

dd iiij

Probabo

Com. Probabo primum, nactus iam commodam loci opportunitatem, definitionem Aristoteleam (nam illam tu pro Aristotelea habes) 88. non morbidæ ac violentæ (sic tu appellas vbiq; , & nos in tui dunt taxat gratiam appellamus, de quo te semel admonitum volui) id est illi, quam iδιως putredinem appellari confessus est, sed vniuersali ac naturali illi conuenire: (in quo uno vertitur totius controuersiæ cardo) atq; unâ rem totam, à principio exordiens, artificium, quo hactenus Author noster, in tota disputatione hac progressus est, summatim exponam: tūm demum ad tuas fallaces, & vanas, magno tamen cum apparatu effusas conjecturas confutandas, quod minimo fiet negotio, veniam. Definiuit igitur ille Generationem mixti simplicem, perfectam, ut sit unio & terminatio quædam humidi ac siccii, ἐκ τοτῷ γαρ ἐγένετο νοὴ ὀρθὸν τῷ ὑγρῷ τῷ ἔχομ. unio inquam & colligatio eiusmodi, quæ sit conueniens naturæ mixti, cuius illa materia sunt ἐκ τῆς ὑποκαυένης ὑλῆς ἐκάστη φύσει. In omni enim generatione simplici ac perfecta mixtorum, vel prima illa vel secunda, quatenus mixta sunt, hoc requiritur & spectatur, ut patientes qualitates, pro natura inde extituri mixti, colligentur, terminenturq;. Atq; hæc definitio generationis est, quæ Genus. continet & differentiam, expresso subiecto. Genus est μεταβολή, quæ est ὅριος & σύμφυσις: Differētia vero, ut ea sit naturæ futuri mixti conueniens. Subiectum vero patiens vtracq; qualitas: ἐκ τῆς ὑποκαυμένης ὑλῆς ἐκάστη φύσει: αὐτῷ δὲ ἐισὶ πολὺ εἰρημέναι συναμεσταθεῖσαι. Sed à quonam mutatio ac definitio ista? ὑπὸ τοῦ δερμάτου ψυχεῖ δταρικατη. Quid? omninoν vbi superauerint? Minime gentiū, sed cum ita superauerint, ut unā λόγον ἐκ τῆς ὑποκαυένης ὑλῆς ἐκάστη φύσει obtineant. Quæ definitio iam nō Genus & differentia, sed causam ipsam exprimere dicitur. Nam verò huic generationi simplici, duplice corruptione opponi statuit: una κατὰ μέρος, altera κατὰ οὐλον, seu simpliciter & maximè contrariam. Priorē illam appellat

appellat ipse quidem ἀπεψίαρ νοῆ μόλυνσιν: in qua tamen peculiari quadam significacione, & abhorente ab ea, quam ipse definiturus est, Putredinis appellationem habere etiam locum, una testatur. Ecce: οἵτινες δέ μή πράτη, id est Agentes qualitates, κατὰ μέσος μὲν μολυνσίς ηγέλ ἀπεψία γιγνεται. Et paulo post subiicit: οὐδὲ μὴ & θλάτισμα γε λέγεται σήψις, ἐπὶ τῷρ κατὰ μέσος φθερούμενωρ. Vbi, quis non videt, corruptioni κατὰ μέσος, quæ paulo ante nominata fuerat ἀπεψία, iam secundum vulgarem ac rusticum loquendi ρῦσιν nomen σήψις accommodari? ideoquod Aristoteles cap. 3. Molynsin, quam ibi opponit Elixationi, & hic primum à se propositam, testatur, ijs tribuit, quæ aliás vulgo non leuiter elixa- ta & cocta, vel polluta & inquinata, sed putrida dicuntur, ut planum deinde suo loco faciemus. Alteram autem corruptionem maximè & vniuersim oppositam Generationi, σήψις citra ullam ad- junctionem vocat: quam ideo commune contrarium appellat, quia πᾶσα κατὰ φύσιμη φύρα εἰς τὸ διάστημα έιναι, ηγέλ τῷρ αἷλωρ ἀπαντῶρ τῷρ φύσισσιν οὐνεσώτωρ τέλος σαπερώτης fit, ἥπ μή τι βίᾳ φθερεῖ: & maximè contrarium: quia ut per generationem misti, praeua- lente calore, terminus humido, siccoque inducitur, sic per putrefactio- ne, expirante calore, terminus aboletur ille, & principia, quibus mixtum secundum naturam coaluerat, secum mutuo diuortium fa- ciunt. Hanc isto capite definit: Priorem illam cap. 3. vbi de coctio- ne & elixatione aget, definiturus. Causa est, quia hic generatio, qua res simpliciter fit, vel inquam ex elementis primum existat, vel de specie in speciem, permutetur, & corruptio, qua res simpliciter interit, consideratur. Quatenus inquam, utraque harum mutationum, non propter certam aliquam naturam, qua una res ab altera specie discrepare dicitur, sed causa communis materiæ, humidi nempe & siccii, quo ad mouentibus calido ac frigido δρισμοῖς obnoxia & capax est, rebus communiter accedit. At ibi iam mutationes, quas Agen- tes qua-

tes qualitates in patientes, generatis iam rebus, adeoꝝ certa, (sua dico quæꝝ ac propria) natura subsistentibus (rnde & perpetuum etiam multæ existunt ac varie differentiæ) adferunt, ab Aristotele considerantur. Hoc enim illa verba initio capituli secundi scripta volunt: λοιπὸν ἐιπει τα ἔχομενα ἕιδη, οὐα ἀττικῆι μέναι συνάμεις ἐργάζονται ἐξ ὑποκεμένων πῶν φύσια συνεστῶν ἡδη. Generationi dico, qua res vel ex elementis primò, vel non primò, fieri atq; existere dicitur, causā patientium qualitatum opponit Aristoteles maxime & commune contrarium, per quod simpliciter interrit mistum, siue hoc siue illud, atq; esse definit, putrefactionem. Atq; hanc vnam isto capite definit. Nam corruptionem alteram, que secundum partem fit, quia rebus potius accidit, quatenus sua iam natura constant, nec per eam res simpliciter atq; in vniuersum esse definit, Generationi, que secundum partem est, nempe concoctioni opponet cap. 2. & 3. ibidemq; definit eam. μόλιςιν & ἀπειλια, inquam, Aristoteles cap. 1. appellat corruptionem secundum partem: capite autem tertio opponit Generationi secundum partem, nempe elixationi, que species est concoctionis quedam: (hac autē generatio quedam, διαρ γαρ πεφθη πετελεῖοτε πειρή γέγονε, τὸ δὲ τελος τοις μὲν ἡ φύσις δέ: φύσις δὲ ἐν λέγουμεν, ὡς ἔτιδε ποιεῖσθαι &c.) igitur Authori nostro non fuit cap. 1. μόλιςιν definita. At, hæc idem est, quod iōīc putredo, ut diximus. Alteram igitur putredinem, per quam res esse simpliciter & ex toto definit, hoc loco certa comprehendere definitione, atq; explanare voluit. Ita verò definit, ut eius genus ac differentiā, & vna subiectū ex eis, que de generatione dixerat, intelligenda nobis relinquat. Ut enim generatio vno ac terminatio quedam est humidi cū sicco, superatibus qualitatibus agentibus: ἐκ τὸν γαρ ἐγένετο ποιεῖσθαι τῷ ὑγρῷ τὸ ξηρόν ἐργάζομένων πῶν ποιητικῶν: Ita corruptio, que putredo dicitur, secessio quedam est humidi à sicco, οἷον ὑγρα πρώτοι ἔιτα

ἔκει τέλος γίγνεται τα συπόμενα. Antea enim ita terminatus erat, & collatum humido siccum, ut hoc non sine illo esset, vel appareret: In corruptione autem simplici ac naturali secedens ac disiungens se à sicco humidum, nullis amplius cohibitum terminis, per se fluit: donec tandem ex toto dissipatum, ipsum per se siccum relinquat. Quemadmodum autem generatio facultatibus effectricibus, materiam vincentibus fit: ita putredo, hac eadem superiore illis facta, naturaliter sequitur: γίγνεται δὲ οὐ φθορά, διαμήκησι τὸ δριζόμενον. At modum etiam declarare oportuit, ac rationem monstrare, qua mixta naturaliter interirent, id est caloris defectu in principia sua dissoluerentur. Subiungit igitur corruptionem hanc, id est caloris insiti ac proprij diminutionem, non aliunde administrari, quam ab aliena caliditate, quæ ambientis est: σῆμας δέ οὖτις φθορά τῆς οἰκείας εὑνέκεστη θερμότητες, ὑπὸ & πλούσιας θερμότητος. Antea enim dixerat, putredinem sequi, διαμήκησι τὸ δριζόμενον: quid porrò δριζων: Calor: quomodo autem τὸ δριζόμενον superet? illo corrupto, id est diminuto: ὡς εἴπει καὶ ἐνθεῖα πάροχος θερμός &c. à quo autem? à calore, qui est ambientis: Vtrobis idem docens: antea nempe διὰ τὸ περιεχον, nunc autem ὑπὸ πλούσιας θερμότητος, διὰ δὲ οὖτις οὐ τὸ περιεχοντος. Deficit autem ille, quia huius vi, substantia illius educitur: ἔξιόν τος γαρ τὸ οἰκεία τερμός &c. Quid igitur tandem ex hoc defectu caloris proprij sequitur? idem quod antea dixerat: ibi enim sic, διὸ ὑγρὰ πρῶτον ἔτα ἔκει τέλος γίγνεται τα συπόμενα &c. hic autem συνεχατμίζεται τὸ κατα φύσιν ὑγρόν: δια τὸ γαρ, νοὴ ἔκριτερα γίνεται τα συπόμενα πάντα, Ο τέλος γηνοὶ κέπεται. Repetiit autem hæc Aristoteles, ut colligeret, Putrefactionis causam integrum, & que καθόλη esset: nempe defecatum caloris interni ab externo educeti: καὶ ποιοῦν τὸ πάθος οὐ σηματιστέται περιείας, καὶ θερμοτήτων & πλούσιας. Hoc enim

intelligit frigus proprium, nempe caloris insiti ac proprij defectum;
 ὡς ἐπεῑ οὐτὸς εὐθεῖα πάχα πέμπει, εὐθεῖα δὲ ὅμοιός εὐ-
 νάπει: ως τυχρόν πᾶν &c. Hec est plana vera, & per omnia sibi
 vindiquaque, tūm quoad verba, tūm quoad sensum constans putredin-
 is Aristoteleæ definitio, atq; eiusdem explicatio: idq; ita esse, ex
 refutatione coniecturarum Erasti magis liquebit. Quid igitur hic?

P A G. 45.

„ Quia naturalem putredinem his verbis de-
 „ finierat &c.

Com. Non definierat, sed declarauerat, cur maximè & commune con-
 89. trarium Generationi corruptio hæc, quæ naturalis est putrefactio,
 diceretur: Ecce, τὰ δὲ & πλὴν γενέσα ἐναντίον μαλίσα κοινὸν ση-
 φις: Tūm statim subiungit πᾶσα γαρ, & quæ sequuntur quibus
 addit διὸ ὑγρὰ πρώτον &c. Ex quibus particulis quis non intelli-
 git, ita connecti contextum secundum primo, & secundo tertium,
 ut unus sit alterius ἔξυπνικός; Cur commune contrarium putre-
 factio generationi? quia omnis alijs interitus naturalis via est ad il-
 lam ferens: Cur maximè contrarium? quia etiam si per violentas
 corruptiones intereat ex toto misum, per putrefactionem tamen
 solum, euanescere calore, secedit in eo humidum à sicco, quod est
 naturaliter corrumpi: quemadmodum naturaliter generari est, ea-
 dem principia, calore vincente, certa determinatione copulari. In-
 terea tamen dum causam reddit, cur putrefactio commune & ma-
 ximè contrarium naturali ac simplici generationi statui debeat, vna
 indicat, quid ipsa putrefactio sit: Definitione tamen, quæ non causam
 ipsam aperit, à qua pendet affectio ista. Hec igitur subiicienda fuit:
 atq; vna apertius explicandus modus, quo corruptio istiusmodi na-
 turaliter fieret. Id si non præstitisset Aristoteles, quam obsecro an-
 xios nos

scios nos ac dubios animi reliquisset? Generatio mixti simplex ac naturalis, ut mixtum est, est unio & colligatio sicci cum humido: à quo? ab efficientibus qualitatibus, cùm materiam vincunt: Corruptione igitur simplex ac naturalis eiusdem, quæ putrefactio dicitur, est dissolutio humidi à sicco, vietis ac superatis eiusdem. Quo autem modo vinci ac superari iam incipiat naturaliter id, quod antea imperium obtinebat ac dominabatur? Modus hic eiusmodi est, quem effugere nullum mixtum sive naturæ relicturn possit. Nam calor externus paulatim educit atque euocat internum, penes cuius potissimum efficaciam, mixti conservatio erat. Educto igitur eo, quod sua vi humidum intra sicci fines coercedebat, difflit hoc undique: quod denum evanescere subinde siccus mistum sit, usque dum in terram permittetur, ἐξίστηθε τοῦ δικέας θερμός τὸ σπών θήμη γέγοντα, δικεὶ τοῦ θερμοῦ: ἐπάγει γαρ οὐδὲν δικέα θερμότητα &c. δικεὶ τοῦ θερμοῦ τὸ σπώνεντα πάντα νομῆ τέλος γε. Calorem externum educere extra internum animalis scribit Galenus lib. 2. de temp. cap. 6. cùm tamen intus adsit, quod exitum eius inhibeat, 2. de an. cont. 39. cur itaque idem non fiat in mixto?

IBIDEM,

Deinde non est idem sensus, huius & illius
definitionis &c. " "

Imò unus atque idem sensus, unius atque eiusdem ipsius verbis Com.
expositæ definitionis putredinis, nempe simplicis ac naturalis est. 90.1
Quam etiam ob causam tu ipse veritati quidem, tibi vero (ut soles)
parum conuenienter Thesi 41. volens nolens affirmasti, Definitionem
hanc, etiam naturali putredini posse aptari: Una igitur, haec &
illa, definitio fuerint: ergo & definitum unum. Imò una necessaria
definitio est, quia unica, & non duplex ut tu somnias.

IBI DEM.

In naturali putredine vincuntur qualitates
effectrices &c.

” Scimus : at unde victoria & exuperantia illa patientium ? ex
Com. imbecillitate agentis caliditatis, penes quam potissimum efficientia
91. est. Hec autem à quo? ab ambiente : οταν κρατητοι δηλούντω το
δημόσιον διάτο (audis inquam Erasste) περιέχουν. Quid autem hoc?
δια & λογίαν θερμότητα τοι περιέχουνθ: Euocante scilicet, atte-
nuanteq; hac illam. Vtrobiqu; enim Author, calorem à calore disper-
di ponit: contrà quā tu misero illi Spudasto tuo persuades. Quid
iam hīc in sensu controuersi? immo quid tandem non per omnia sibi
benē, atq; alijs optimè respondens?

IBI D.

At simplex generatio quæ naturalis est ab
” interno solum principio perficitur. Qua-
” re & corruptio illi opposita.

” *Quis inficietur?* Generatio simplex ac naturalis , fit à calore in-
Com. terno vincente: corruptio mixti geniti simplex ac naturalis quæ pu-
92. trefactio dicitur, fit interno non vincente amplius: Sed cur nunc
succumbat, qui dominabatur prius ? quia ab externo eductus atte-
nuatur. Ideoq; Aristoteles putrefactionem commune πάθος, inter-
ni caloris dispersi , & externi, qui ipsum eximit atq; disperdit, esse
testatur, vt supra vidimus. At solus (inquit Erastus) calor internus,
causa generationis est: ergo & solus causa putrefactionis: vtrumq;
falsum. Quam enim ex ambientis, & cœli cognato fotu habet ele-
mentaris calor, vt λόγον obtineat ἐκ τῆς ὑποκειμένης ὕλης ἐνάσι
φύει: (Motum quo obliquus orbū voluitur, causam esse ortus atq;
interitus, propterea , quod accessu suo inducat, & recessu abducat
id, quod;

id, quòd generandi vim habet 2. de ort. atq; inter. cap. x. scripsit Aristoteles) tam etiam habet ab eodem ambiente, cùm nempe analogia non respondet, ac vel defectu non promouet ad generationem, vel excessu dissipat misti iam generati calorem, ut λόγοι eundem, vel non consequatur, vel consecutum semel rursus amittat. Ideoq; Aristoteles non simpliciter affirmat τὸ περιέχον, id est aërem, & aquam causam esse putrefactionis: Sed tūm, cùm calor eius ioxie, atq; adeò ut potentior factus, vincat, atq; ad se allicit, extrahatq; eum, qui in misto est. Hic autem exiens secum educit humorem, ad ipsius corporis putrescentis extremitatem: non enim vllibi citra calorem, certo termino consistit humor: οὐδὲπ γαρ ὑγρὸν ἀνευδεξαῖ. 5. de gener. animal. cap. 3. ideoq; etiam ibidem cap. 4. scriptum est. ἐκθλιβομένα τοι θερμός, συνεξατίξει τὸ ὑγρόν & infra: μετά τοι θερμός συνεξέρχεται τὸ ὑγρόν. Vbi Philoponus hoc: ἔξατιμίζεται δέ τὸ ὑγρόν ὑπὸ μεν τοι θερμός καθ' αὐτόρ. ἔξερχομένα γαρ τοι θερμός, συνεξέρχεται οὐτῷ καὶ τὸ ὑγρόν: quo deinde in totum resiccato, in cineres ac summam ariditatem mixtum definit. Atq; huc spectant illa Aristotelis verba, εἱ μεν γαρ τῷ χειρῶν, εἰλιγον εἱ μετῷ περιέχοντι ἀέρι. Οὐδέτι τοι θερμόν, ὡς εὖδεπ ιχνεῖ: & illa ὥστε οὐ κρατεῖ, οὐτε ποτὲ μεταβολὴν γίγνεται Ergo principiū quidē putrefactionis naturalis internū est, sed non primum, & non solum ac per se. Et putredinis naturalis causa ἀνεξως, non ex principio duntaxat interno, sed etiam externo conflatur, ut aliarum naturalium ac propriarum affectionum omnium. Præterquam quod recte dici, simplicem generationem ab interno principio fieri, negabunt eruditiores, & qui non rusticè sed philosophicè loqui assueverunt: siquidem mistionem & perfectionē omnem esse à caliditate solis dicent, que materia commiscendæ ac determinandæ insita non sit, cùm ratione principij à quo fluit, tūm efficientia, quam secum ad fert. Verum non sunt hæc loci huius.

IBIDEM.

” Si aliquæ h̄c partes essent peregrini ca-
loris &c.

Com. Obsecro te, quid istæ h̄c n̄eniolæ. Author ipse eo ipso in loco,
 93. in quo te etiam ipso confitente de Putrefactione simplici ac naturali
 loquitur, ad calorem peregrinum, tanquam authorem eius nos re-
 uocat, ecce γίγνεται δέ οὐ φθορά, διὰ τραχή τοι ὅρισαντες τὸ δέρμα ενοψ
 διὰ τὸ περιέχον. **Audis inquam** διὰ τὸ περιέχον. Quomodo autem
 τὸ περιέχον causa sit istius **victoriae** patientium qualitatum? Dic tu
 inquam nobis Erasto (Hanc enim particulam silentio preteriisti, nec
 Spudasto tuo interpretari voluisti) quomodo τὸ περιέχον, causa na-
 turalis putrefactionis esse posse? Et si Aristoteles id non declaras-
 set, an non reuera Furnio aut Spudasto aliquo dignus preceptor fu-
 isset habendus? Declarauit autem statim, cùm subiungit se per πε-
 riέχον intelligere τὴν θερμότητα τὸ περιέχον τοε' nempe aëris & aquæ,
 quam vocat ἀλογία, quia non tueatur, sed disperdat illam, qua cō-
 seruatur mistum. Ergo ut ad tuas n̄eniolas redeamus, cùm per te e-
 tiam constet, Authorem putrefactionis naturalis causam τὸ περι-
 έχον adscribere, cur tu deinde contra tuam & contra illius mente
 contrarium contendis? Et quo obsecro arguento? Nam inquis, si
 caloris peregrini aliquæ h̄c partes essent, iam non simplex mutatio,
 sed composita fieret. Quām es vbiq; argutulus, cum quisquiliolis
 tuis istis. Cur esset composita, & non simplex mutatio? Vbinam do-
 cuit Aristoteles misceri externum corrumpentem interno, qui cor-
 rumpitur calori? ἐξόντος inquam ἐξόντος τοι διέτας θερμός ait Ari-
 stoteles, vincente externo fieri putrefactionem naturalem, non au-
 tem permixtione alienæ substantiæ. Dixi olim s̄ep̄issime, & nunc
 denuò repeto: interpretis munus esse, non quid ipse, sed quid Au-
 thor sentiat, cuius interpretationem profitetur; aperte ac dilucide
 explicare:

Practica
 uerbis sen-
 tentia.

explicare: Philosophi autem ac Doctoris, videre quid in eo veri vel falsi subsit. Tu vero hic & ab interpretis fidi munere, quod maxime initio tui operis professus es, discedis: nec Philosophi etiam praestas officium. In priore condonandum tibi fortasse aliquid, qui serius ad Aristotelem legendum accesseris: De altero quid respondere aut prestatu possis, riderit aliquando aliis cum Furnio tuo.

IBIDE M.

Tertio non conuenit &c.

Imò tam conuenit hac definitio simplici ac naturali putredini ab Aristotele proposito, ut alijs non conueniat. Et argumentum quod huc adducis nullum est. An putasti obsecro, neminem ante te legisse, quæ de Vermibus, in ijs quæ putrefescunt enatis, ter in hoc vno libro cap. nimirum 1. 3. xi. scripsit Aristoteles? Atq; eo miserior videris alijs, qui ijs coniecturis, tua defendas somnia, quæ iam decies ab alijs sunt confutatæ. Dic Erafste, vbinam aut quando scripsit Aristoteles, Putrefactione generari vermes? Nunquam & nusquam: quia non per putrefactionem sunt Vermes, sed per putrefactionem Natura sibi gradum facere consuevit, (non enim semper facit) ad Vermium generationem. Putrascere res dicitur, quoad priore substantia & natura priuatur, dum eō modo, quo diximus, in principia dissoluitur sua: non autem rei nascentis gratia: cuiuscunq; speciei demum illa sit, quam nusquam non fæcunda Natura, ex dissipatis illis misti reliquijs, denuo congregatis ac subactis, id est ex nouo materiae apparatu nouam parturit. Nihil itaq; gignitur στόμεον & πτομεον 3. de ort. animal. cap. vlt. At putredo concoctioni contraria 4. de part. animal. cap. 8. Quid igitur? Cœli calor ad vermiculi huius aut illius generationem, per putridum & extraneum calorem, huius illiusq; mixti sibi gradum facit ad animalis productionem. Putridū

Com.

94.

verò

verò & extraneum respectu mixti quod corruptitur, non animalis quod nascitur: Multa tamen putrescent citra vermium generationem, ut hoc sit illius accidens tantum quoddam, de quo infra dicendum pluribus. Et in ijs quidem, quæ violenter putrescent, innasci solere vermes, concedit Eraſtus: in illis autem quæ naturaliter corruptuntur, omnino contra sensus obſeruationem, ipsamq; adeò rationem negat. Qui enim in caseo, castaneis, fabis, dum naturaliter corruptuntur, vermes crasci nunquam obſeruauit, is reuera tam huius totius diſputationis, quam nuper natus infans, est incisus. Negat cum ratione pugnat effectus. Author enim in ipſa ſeparatione, ipſaq; à ſe mutua ſecessione principiorum, quod in ſola putredine naturali fit, quam vnam hīc Aristoteles definiuit, (id annotasse debuit Eraſtus, & Eraſto ſuo inculaſſe Spudastes ille) vi caloris interni dum educitur (ἀπορειομένη inquam Eraſte) quædam iam ſecreta, denuo cogi & colligari ad animalis generationem ſcribit. Audi: νοὶ ζῶα ἐγίνεται τοῖς σκπομένοις. Quomodo autem hoc, cum ταῦ πόμενα in principia ſua diſſoluantur? Διὰ τὸ, τὰ ἀπορειομένη θερμότητα συνεῖναι τα ἐκπρήβεται: Qui calor prius certa ratione colligabat & continebat humidum cum ſiccō, ut eſſet materia caſtanæ: cur in corruptione mixti, fractas aliquot eius portiones, denuo connectere, atq; in vnum, alia quadam ratione cogere, ut animalis, aut aliis nouæ ſpeciei materia ſint, nequeat? Dic tu nobis vicissim Eraſte: in putrefactione violenta, educiturne ac ſecernitur nativus calor? Diſtrahunturne ac diſſipantur adeò mixti partes, ut humor à ſiccō ſecedat? Secretæne hoc modo coguntur denuo ad animalis generationem? At (inquis) ſi ita res habeat, tum non recto affirmaueris, ex caseo putrefacto vermes genitos. Nequaquam recte, quia caseus putrefactus non eſt caseus: & non niſi infans nuper natus, cuiusmodi fortalſe tuus eſt Spudastes, ex caseo putrefacto, id eſt, caseo, qui non eſt caseus, dixerit vermes nasci. Sed re-

Etifſime

Etiſſimè affirmauero; ex portionibus humidis ac ſiccis, que certa ratione vniua caſei materia prius erant, & iam diſſoluantur, denuo alia quadam ratione, noui caloris efficientia conciliata & colligata, ſeminarium vermium fieri, in quod vermis anima extrinſecus inſinuatur. Quod ſic Lucretius cecinit lib. 2. de nat. rerum.

Sed magni referre, ea primum quantula conſtent
 Sensile quæ faciunt, & quaſint praedita forma,
 Motibus, ordinibus, poſturiſ, deniq; quæ ſint
 Quorum nil rerum in lignis glebiſq; videmus
 Et tamē hæc cùm ſint, quaſi putrefacta per imbræ
 Vermiculos pariunt, quia corpora materici
 Antiquis ex ordinibus permota noua re
 Conciliantur ita, vt debent animalia gigni.

Quid igitur tu h̄ic pro abſurdo habes? Dum putreficit exanimum corpus, id eſt in principia ſua reſoluitur, vbi nulla interueniat ge-
 neratio, id eſt ſi materia illa, dum ſecernitur nullum interea conci-
 piat calorem, quo ad nouæ alicuius formæ fuſceptionem promouea-
 tur, miſtum in ſua abyſſe principia ſimpliſter, aut totum, aut aliqua
 tantum ſui parte, dicimus, ne vel in infinitum procedat generatio,
 vel ſeſe circularis ſubeat. At vbi contrarium accidit, ex putrefen-
 te materia, non quoad putreficit, id eſt quoad ſua priore natura,
 certo quodam, olim accepto termino deſinita, iam priuatur: ſed quo-
 ad reliquias illis concepti caloris, in nouum effingitur ac determina-
 tur nouæ formæ receptaculum, vermis aut aliud quippiam eſſe ge-
 neratum afferimus. Quoniam autem non ex quoq; nascitur quiduis
 ideo ex ſingulis rebus cùm putreficiunt, aliiquid proprium ac pecu-
 liare generatur: ex ritulo apis: ex equo vesp̄a: ex Aſino crabro:
 ex alio aliud: quia per ſegregatum miſti calorem, calor ille coeli ve-
 ff getabilis

getabilis, qui cum omni effidente calore coëfficit, in hac & tali materia, ad hanc & talem angustatur formam. Ut habeas iam, cur vermes in caseo non ex elementis, sed ex ipso putrescente caseo prorati dicantur.

P A G. 46.

” Quarto certum est, priorem illam definitionem &c.

Com. Non assequor verba tua. Prior definitio, tuo etiam assensu, Naturali putredini competit. Quomodo igitur iam naturalem putredinem, longo temporis tractu, & paulatim fieri: primam autem illam definitionem, eius esse putredinis, quæ omni loco ac tempore accidere possit, affirmas? Fortasse autem linguae, aut calamis duntat est error: & priorem dixisti aut scripsisti, cum posteriorem dicere voluisti: in quo iam error phantasiae. Nam unde colligis hoc? hoc inquam: putredinem naturalem fieri paulatim & longo temporis tractu. Violentam autem omni loco, & omni tempore? Unde inquam? indica nobis tantum non dico lineolam, sed verbum unum in toto hoc capite, ex quo id acceperis: Aut si id nequis, cur tuas chimeras pro Aristoteleis philosophematis venditas? Cur id esse certum dictitas, quo nihil incertius?

I B I D E M.

” Quod si ergo hanc solam &c.

Com. Suprà monstravi te non esse capacem Artificij Aristotelei, ideoque opinari, eandem putredinem bis eodem modo definitam. Prima definitio (si definitionem dicere velis) quia opponit putrefactionem simplicem ac naturalem generationi simplici ac naturali, genus & differentiam significat, expresso subiecto: Vnâqz causam obscure indicat, à qua putrefactio fit. Alterâ causam ipsam integrum expli-

cat, atqz

cat, atq; vñā modum ac typum putrefactionis aperit. Nihil igitur
hic superuacui: imò nihil quod non fuerit summopere necessarium
vt huc adferretur. Qualem enim obsecro Aristoteli gratiam habere
debuissemus, si contentus dixisse tantum, in putrefactione naturali,
quæ opponitur simplici ac naturali Generationi, humidum à secco
distrahi, rictis qualitatibus efficientibus, propter ambiens, non eti-
am modum declarasset, quo ambiens, causa rictoræ qualitatum
patientium, ac mutuæ illarum distractionis esse causa possit? Hoc
iuquam obijcere tibi tuus ille Spudastes debuit. atq; hunc tu no-
dum soluere debuisti, non autem te & ipsum pascere atq; exatiare
nugis.

IBIDEM.

Huc accedit, quod nullus auctor vetu- " "

stus &c.

Ad hoc suprà responsum credo satis.

" "

" "

Com.

Rem sanè indignam se fecisse &c. " "

97.

Impropriè ab eo nominatam putredinem, nondum probasti: Eam Com.
sive propriam sive impro priam dicas, bis definitam, non dicet, nisi 98.
qui tam Logicæ methodi est insciens, quam nuper natus infans. Ali-
am verò putredinem vulgo appellatam, non omisit, cùm eam in ijs,
quæ secundum partem corrumpuntur, quando à natura sua disce-
dunt, habere locum scripsit, reuocauitq; ad ἀπετίαν & μόλυνσιν,
quam infrà cap. 2. & 3 cùm particulatim, tūm generatim definitu-
rus est, quod Philosopho fuit satis. Dic nobis Eraste, cùm putrefa-
ctionem concoctioni contrariam pronunciat Aristoteles, vt suprà
audiuisti, quam nam intelligit? Quid concoctioni contrarium nisi
ἀπετία? Nulla sit mixta ex mixto alio generatio, nisi per concoctio-
ff ij nem, que

nem, quæ h̄ic propter allatam antea causam, appellatur generatio, (abstrahit enim hic Philosophus, ut diximus, cogitationem omnem suam ab inductione formæ, solam efficientiam primarum agentium qualitatum in patientes, ad generationē ac productionem, aut simpliciter, aut non simpliciter misti spectans, quam generationem, illam quidem simpliciter, hanc ex parte nominat) concoctioni sola & πεψία opponitur. Conclude iam tu contra te. Negat Aristoteles in coctione generari vermes: sed in superuacuo in intestina excreto, putrefactoꝝ gigni dicit. Quero quid illud superuacuum? Feces dices. At quomodo promouetur absoluiturꝝ secretio & generatio fæcum? (naturalium dico, non morbidarum) Coctione dices, si sapis, atq; hæc caloris nativi vigore: idq; voluit Galenus 3. de fac. nat. cap. 7. (coctione inquam sola & perfecta, non autem ut falso dixit Vallclus ille 7. lib. controu. med. cap. 10. imperfecta, & cui permixtum sit aliquid putredinis, cuius sententia à nobis est alibi exploſa) Ergo & eiusdem caloris non proprij, nec nativi opera fæcum corruptio sequitur. Hanc Aristoteles appellat & πεψίαν, atq; etiam putrefactionem, ut audiisti supra.

IBID.

Sextò non meminit in vlo suo commentario &c.

Com. Hoc nihil ad Rhombum. Queritur enim, quid h̄ic Author, Author inquam libri quarti meteor. ad quem appellant Medici, suam definiētes putredinem, voluerit, non quid ille, vel alias. Præterquam quod errare te, qui multoties opinaris ab Aristotele, Platone & alijs interpretibus, putredinem secundum partem intelligi, cùm sola simplex & naturalis intelligatur, ex ijs quæ suprà attulimus, cognoscere tute potes.

IBIDEM.

IBIDEM.

Inuictum est argumentum , quod ex ver-
bis &c.

Quasi locus ille non fuerit in ore propè omnium, qui de putredi- Com.
ne disputatione hactenus, & longe aliam tamen, de illa opinionem, 100.
quam tu, souerunt. Sed age, congregiamur cum hoc iniuncto Hec-
tore, scilicet, cui primum hunc Achille opponemus. Idem agens pro-
ponitur in vtraq; definitione : calor ambientis : Idem modus cor-
ruptionis, interni caloris exitus: idem typus diuortium humidi à sic-
co: idem terminus, cnis, terra: Igitur una vnius putredinis definitio.
Atq; hunc alium: Si Aristoteles putredinem naturalem, vincentibus
duntaxat patientibus qualitatibus, propter ambientis fieri docuisset:
neq; modū subiecisset, vel typū non delineasset, quo istud naturaliter
accidat, iam non Philosopho, sed asino rem dignā fecisset. Putredinis
particularis non una ratio est: nō una igitur definitio afferri potuit.
Hic non modo vnius putredinis, sed etiam una tantum proponitur
definitio. Putredo secundum partem non semper est ab externo ca-
lore, vt videbimus: hic ea exprimitur Putredo, cuius causa calor
aëris, aut ambientis aquæ sola est. In putredine secundum partem,
si quis dicat educi vel exire calorem internum, aut vniuersim, si
quis afferat, defectum subesse insiti in re caloris: is febricitanti
phreneticus videbitur: hic ea putredo sola exponitur, quæ caloris
interni abitu, atq; extractione fit. Putredinis naturalis progressus
est, humoris, vna cum calore ad extrema corporis putrescentis mo-
tio, finis autem terra: hæc si quis de putredine secundum partem af-
firmet, is dignus est, qui putrefacat. Hi muri ahenei sint: Hæc pla-
na, certa rata: Reliqua sunt somnia. Quo pertinet interpretum o-
mrium propè Græcorum, Arabum, & Latinorum consensus, qui
mecum fatentur. Vnam hic & non duas, atq; vnius non duarum &

simplicis, non particularis putredinis definitionem ab Aristotele
 proponi. Iam propius ad inuidatum argumentum tuum accedamus.
 In lib. 5. de gener. cap. 4. hæc leguntur. Quibus igitur hominibus
 natura pilorum, est parum calida, & plus humoris subest, quam
 ut à proprio calore coqui possit, putreficit is ab eo calore, qui est
 ambientis. Fit enim omnis putredo à calore, sed non innato, ut alibi
 diximus. Est autem putredo etiam aquæ & terre, & omnium ali-
 orum eiusmodi corporum: ideoq; terrei etiam vaporis, qui situs vo-
 catur. Siquidem situs nihil est aliud, quam terrei vaporis putrefac-
 tio &c. Quid ait iam Erasto? Quid hinc habes, quo tua defendas?
 Aristoteles (inquis) allegato loco lib. 5. de gener. animal. definit
 putrefactionem violentam: id quod probatur, quia ei subiicit, a-
 quam & terram, quibus putrefactio naturalis minime competit.
 Atq; iisdem verbis eam definit, quibus in 4. lib. meteor. fieri enim
 dicit à calore ambientis, & non innato. Non igitur in 4. lib. mete-
 or. naturalis, sed violenta definitur. Addis, quod ipsemet affirmet,
 se idem alibi docuisse: dubium verò non esse, quin hunc librum quar-
 tum meteor. intelligat, in quo solo ex professio de Putredine dispu-
 tauit. Poteras ad id rati, vel potius abuti Philoponi testimonio, (quod
 approbavit etiam Franciscus Patricius) cuius interpretantis Ari-
 stotelea illa, ὡς περὶ ἐιρηνῆς τὸν ἐτέρον, hæc sunt verba ὡς ἐν τέταρτω
 τῷ μετεώρῳ ἐιρηνῆς. Verum si ista in hunc modum accipian-
 tur, in quot incurremus absurdæ? Non simpliciter putredinem,
 sed omnem putredinem à calore fieri affirmat Aristoteles, eoq; nō
 innato. Sed iam per tuam Mathematicam putredo naturalis à calo-
 re insito, atq; innato sit: igitur vel ille locus madosus, vel tu falso.
 Rursum: Naturalis putredo, secundum sententiam Authoris nostri
 fit διὰ τὸ περιέχον: id quod tu quoq; fateri, ut minime nolles, ma-
 xime tamen cogereris. γίγνεται δὲ ἡ φθορά, διὰ τὸ οὐδὲ τὸ δρόμον
 τὸ ἀριστομένον, διὰ τὸ περιέχον: Particularis autem putredo

Opus

¶ ipsa quidem si à tò περιέχον fit, (in cap. tertio, quæ elixantur externo calore humido, quæ verò assantur, externo eodem sicco coqui dicuntur: expressè autem ubi de lacte & musto loquitur, quo ad elixantur τὸ οὐκλαστὸν καὶ ἔξωθεν πυρός, meminit: ¶ ubi de μολύνει agit, τὸν τῷ γῆρᾳ τῷ πέρι τερμότητος: quæ si cum re coquenda, λόγος obtineat δικαια dicitur: fin minus & θεοῦ) non semper tamen. Deinde, canescimus etiam summa hyeme: immò verò tum maximè: quis igitur tunc, aut qualis ambientis aëris, quantum acer calor, qui non sit nativo imbecillior? At quoties externus interno imbecillior est, nullam facit mutationem: ecce ἐλαπήρ γαρ οὐ τῷ αὔρι θερμότητι, τῷ οὐ τῷ περάγματι: οὐδὲ κατὰ οὐτε ποιεῖ μεταβολὴν οὐδεμίαν: Atq; in eodem cap. 1. lib. 4. meteor. putredo definitur illa quæ fit exitu extractione coloris innati, ab externo valentiore, qui etiam imbecillior propterea redditur. Putredo autem tua pilorum nihil huiusmodi habet: sed suapte natura imbecille calorem insitum supponit. Aliud autem est, imbecillo calore insito, putrescere rem ab externo, aliud ab externo corrumpi atq; attenuari calorem internum, vnde humidi secretio sequatur à sicco. Item, Putredinis nostræ progressus est humidatio, secreto nimirum cum calore ipso humido à sicco, atq; ad extrema putrescentis corporis adducto, finis autem Terra & cinis. an verò istas quoq; conditiones, canescenti pilo, immò verò Galenicae putredini adscribes? Humida promptissime, maximèq; putrescere, secundum Galenicam putrefactionem, non ignoramus: At aliud est, humida putrescere, & putrescentia, quatenus putrescant, humida reddi. Hoc affirmat Author de sua putredine, illud Galenus de sua: non igitur vnam eandemq; hic & ille putredinem intellexit. Considerato inquit, humores in venis, aut inflammationibus, dum putrescere à Galeno dicuntur: putrescent facile, quia calidi & humidi, etiam testimonio Avicenne: At putrescendo non sicut humidi: id quod Aristoteles

teles voluit. Insanit igitur, qui definitionem putredinis ab Aristotele propositam, humorum in venis corruptioni, quæ per febres accedit conuenire contendit. Quin igitur dicas rectius, Aristotelem eo in loco loqui de putredine illa particulari, quæ id iōē putredo dicitur, et ἀπειδίαν quoq; comprehendit, elementis etiam ipsis conueniens? Audi ipsummet διόπερ ἦ ταῖς σάξιν ἀπειδία ποιεῖ τὰς πολίας: atq; ante lineolas tamen aliquot putredine generari tūp καλυμένην πολίαν asseruerat. Illi igitur putredo ἀπειδία ἐ μόλυνσις, id est secundum partem appellata putredo est. At dices, ubi igitur docuit Aristoteles, omnem putredinem à calore ambientis fieri? Nullibi sanè, quia sola putredo simplex & naturalis hoc habet, ut à calore ambientis semper fiat: Putredo autem secundum partem etiam à non ambientis calore fieri potest: ut docebimus. Neq; etiam id affirmat Aristoteles, sed se tantum dixisse alibi: Omnem putredinem à calore alieno fieri, quod verum est, & illo ipso nimirum probl. 2. sect. quod tu allegas, dicitur. σκηπται γε πᾶν τὸ σηπόμενον ὑπὲπογής θερμός: (audis?) ὑπὸ δὲ τοῦ οὐρανοῦ πέπτεται: (ubi audis denuò, putredinem coctioni opponi.) Quod deinde lib. 4. meteor. cap. 1. de putredine naturali ac simplici, & 2. ac 3. de speciebus inconcoctionis, id est particularibus putredinibus Author noster repetijt. Quid igitur Aristoteles voluit allegato lib. 5. de ort. animal. loco? Hoc: quibus natura humidior & frigidior est, materia halitosa, ex qua pilus generatur, putrescit, id est cruda & incocta manet, unde canities. Ne quis autem miraretur, putredinis vocabulum alibi longè aliter usurpatum ac definitum, ad huiusmodi cutis halitus, qui inter corpora simplicia potius, quam mixta recensenda videntur, transferri: Subiicit: etiam, elementis putredinem competere: quod nihil est aliud, quam dicere putredinis vocem se nunc secundum vulgarem loquendi consuetudinem usurpare: secundum quam etiam clementa putrescunt. Ergo

vt con-

ut concedamus Erasmo, de violenta (sic ille appellat: nobis enim ex
haec quoque naturalis est) & particulari putredine Aristotelem ibi
esse locutum: nunquam tamen dabimus illi, eodem modo definiuisse
putredinem, quo cap. 1. lib. 4. meteor. Quid, quod ibi ne definit
quidem putredinem, sed eam duntaxat à calore alieno fieri docet;
Dicésne tu maxime Demonstrator, hanc esse definitionem? Oratio,
quæ causam afficientem afferit, cum modo definitionis profertur,
per se sine altera, quæ genus ac differentiam exprimit, sumi non co-
suevit. Quando autem id fiat, dictum alibi. Sed hic neque etiam de-
finitionis modo proponitur. Tantum enim docet Aristoteles, putre-
dinem etiam dico illam, cui subjiciuntur elementa, fieri à caliditate
aliena Cur igitur tu definitionem vocas? cur sic definitam hic ut 4.
lib. meteor. putredinem esse contendis, cum ne definiatur quidem?
Omnem autem putrefactionem, vel simplicem, vel particularem ab
aliena caliditate fieri: imò vero ut Theophrastus loquitur lib. 3. de
caus. plant. cap. 27. & lib 4. cap. 17. putridum nihil esse aut dici
posse citra alienum calorem, nemo est qui non confiteatur: cum e-
tiam defectus caloris innati caliditatem alienam constituat. Sed o-
mnen fieri à calore ambientis aëris aut aquæ, tam est falsum, quam
quod est falsissimum, ut suo videbimus loco. Nec locus etiam ille,
qui ex 4. meteor. cap. xi. adducitur, ullum habet momentum. Con-
cedimus enim nasci vermes, tam in putrefactione particulari, quam
in universalis: sed in hac, calori naturali, dum exit, cogente princi-
pia illa, quæ secreta iam sunt, ut Aristoteles loquitur, cap. 1. in il-
la vero, cum nulla eiusmodi secretio, in principia mixti fiat, alio
modo: ideoque in cap. xi non amplius inquit, σί τὸ θέατρον ἀποκερι-
μένην οὐρανόντα φυσικήν σύστημα τα εκπρεπεῖται: sed τοις γε
θερμότητις ἡ φύσις τὴν ἐκάστην σύστημα θερμίτητα. Nonne inquam
audis, in priore putrefactione, Vermium materiam apparari, ab ipso
calore nativo rei exeunte: in altera vero, corrupto nativo rei calore

ab ipso aduenticio? Si aliter ille locus acciperetur, quam apte ab Authore adduceretur ad id probandum, quod de cineribus dixerat? Adde, quod in corruptione particulari (non omni tamen) quædam etiam secretio principiorum sit: ut proinde Pomponatius recte affirmaret, eam ad putrefactionem simplicem ac naturalem, viam esse quandam. Atq; hæc omnia, quæ hæc tenus tuo invicto Hæctori obiecimus, si in unam epilogum redigas, intelliges, inde extundi syllogismum posse, quo concludatur, te in conferendis Aristoteleis locis nimium esse præcipitem: id est tuo nimium fidere ingenio: istumque ipsum, in quo tu plurimum ad tui dogmatis defensionem esse situm putasti, tuam in ijsdem diudicandis incogitantiam ac supinatem perbellè declarare.

P A G. 47.

” Com. Qui enim naturaliter periret &c.

101. Non intelligis, quid sit interire naturaliter: de quo supra sat. Dic tu autem nobis, quomodo fit naturalis interitus mixti? id est qui fit, ut ab agentibus qualitatibus, patientes non amplius vincantur: adeoq; ut una ab altera secernatur: quod ipsum est interire? Ecquid etiam illud est, quod tam audacter contra omnem veritatem hic denuò assueras: Aristotelem nunquam & nusquam dixisse Naturalis putredinus causam, esse peregrinum calorem? An non hæc verba sunt de Naturali putredine, tuo etiam consensu ab eo pronunciata? γίγνεται δέ οὐ φθορά οὔτε πατέσι τὸ δρικόμενον διὰ τὸ περιέχον? Quid περιέχον sit, nisi peregrinus & non insitus calor? An non Author, quod antea simpliciter dixerat διὰ τὸ περιέχον paulò post sic repetiij: ὅπερ ἀλλαγήσις θεμετῶτος: οὐτὶ δέ οὔτε τὸ περιέχον Θ? & in lib. 5. de ort. animal. cap. 4. caliditatem τὸ περιέχοντος interpretatur οὐ σύμφυτον?

At particularem putredinem omnem ab aliena

aliena caliditate, cùm eam sic definiuit &c. "

Nego, pernego. Indica nutum duntaxat, ne dicam verbulum, quo Com.
 Author significauerit, se particularem potius, quam simplicem pu-
 tredinem simplici ac Naturali generationi oppositam definire. At-
 que ubi illud verbum O M N I S ? tuum est, Aristoteleum non est:
 Quia hoc etiam somnum tuum est, non Aristoteleum philosophie-
 ma, cùm dico expressè declarauerit Aristoteles, se per putrefac-
 tionem particularem intelligere illam, quæ ad ἀπειπαν quoq; per-
 tinet, & non minus terræ, aeri, aquæ conuenit, quam mistis: in hoc
 verò capite sola Generatio simplex definitur: qua conscientia po-
 teris tu affirmare, putrefactionem particularem, & non solam vni-
 uersalem, quæ Generationi vniuersali contraponitur, fuisse in eodem
 definitam?

Adde iam &c.

"

Galeni definitio non multum cum Aristotelea commune habet: Com.
 quia putredo Galeni, non est Aristotelea putredo, id est ab Aristotele cap. 1. lib. 4. meteor. exposita definitio. Hoc suprà satis de-
 monstratum, etiamsi per se liquido pateat.

103.

P A G. E A D E M.

Conueniunt ambæ in eo, quod sunt corru-
 ptiones quædam natiui caloris &c.

"

"

Tota disputationis Erasti, quæ præcessit, pars, quot modis & Com.
 quantum ab Aristotelea mente deflectat, planum satis credo fa-
 ctum. Iam verò in discursu hoc toto, quo putrefactionem simpli-
 cem cum particulari confert, eandemq; ab hac discriminat, (hic
 enim cardo alter erat controversia huius) nisi luce meridiana clari-
 rius monstrauero, illum & vacillare turpiter, & hesitare pueriliter

104.

gg ij patietur

(patietur enim hoc verbo ei reponi, qui nos infantes turpiter lapsos dixit) & neq; sibi constare, neq; cum Aristotele aut veritate sentire, non recuso pro infante, si non placet recens nato, etiam nondum nato, à viris doctis, ac veritatis, & veræ philosophiae studiosis haberi. Dico enim, quod res est, ita me Deus amet: cùm scriptum Erasti euoluens, ad hunc perueni locum, agrè tuli vicem ipsius tanquam amici, qui cùm in sua præfatione Montes aureos, non cognitos neq; risos haec tenus in Aristotele, nobis ostensurum se pollicitus esset, iam ea putrida fimeta ob oculos poneret, de quibus sine dubio, illi apud delicatores Philosophos respondendum, & quorum nomine, multorum eruditiorum, atq; emunctæ naris Philosophorū, grauissimam aliquando passurus censuram esset. Quod dicimus id ita reuera se habere iam monstremus: ubi prius tamen Exordij loco dixerimus pauca hæc: Putredinis simplicis & particularis naturam tam inter se differre, quam Generatio simplex ab ea, que secundum partem est, natura differt. Huius porro, ut varijs sunt r̄sus, ita esse varios modos, id quod Author cap. 3. dicet: cùm simplicis Generationis unus tantum sit atq; unicus typus.

” Conueniunt ambæ &c.

Com. Verum est, vtrāq; putredo corruptio quedam est: & Author vtrāq; corruptionis nomine definit. Sed illud est falsum: propterea vtrāq; ad μάρασιν pertinere. Est inquam tam σβέσις, quam μάρασις corruptio nativi caloris: non igitur, quia vtrāq; putredo, sit corruptio nativi caloris, vtrāq; ad μάρασιν potius, quam ad σβέσιν referetur: ut tu male sentiens, male colligis. Secundo, σβέσie fit à continentis frigiditate, nempe à contrario, & non uno, sed dupli modo. Per se, cùm confertim, & celeriter, aut extrinsecus occurrente frigore, nativus calor quasi compressus disrumpitur, dissipaturq; (σιασπώμενος inquit Aristoteles) aut intus eodem subeunte

subeunte, ut in vulneratis, qui inest calor, illius occursu extinguitur,
 ut proinde obrigescat, & quasi concrescat animal. per accidens,
 cum videlicet frigoris vi, alimenti humidi coctio, non progreditur:
 quo deficiente, cum non habeat, unde alatur & sustentetur calor,
 interit. Per $\mu\alpha\gamma\alpha\nu\tau\eta\mu$ autem non contrarium aliquid, sed ipsem
 qui interit naturaliter, sui interitus causa est, calor: cum nimis
 in seno, in quo instrumenta respirationi seruientia arescant, atque
 indurata, minus apta sunt, ut ab imbecilli calore moueantur, attol-
 lanturque, aut contentione adhibita succumbit prorsus & concidit,
 aut (vtrumque enim videtur Aristoteles dicere, ut ex cap. 7. lib.
 de spirat: cognosci potest) propterea non satis ventilatus, modum
 excedens, suum illud quantulumcumque citius depascitur humidum,
 quam nouum unde alatur, sibi reficere, ac in depasti locum substi-
 tuere (sic accipienda sunt illa verba πρὸς ἐπιστῆναι τὴν ἀναθηματισμόν,
 cum Aristoteli in tota illa disputatione sit ἀναθυμάσιος nihil aliud,
 quam sanguinis alimentarij, seu spirituose substatiæ, cui calor nativus
 insidet, in corde, ex alimento eò cōnecto, geniti, per arterias in corpus
 uniuersum redūdatio, possit: Unde paulo suo destitutus euaneat.
 Iam si rem attentius (nobiscum inquam, non cum tuo Furnio) ex-
 pendas: Putredinem tuam particularem, ad σβεσιν potius, quam
 ad $\mu\alpha\gamma\alpha\nu\tau\eta\mu$ reuocandam cognosces. Primum σβεσί ab Aristotele
 dicitur violenta corruptio. $\mu\alpha\gamma\alpha\nu\tau\eta\mu$ autem ut senectus, est etiam
 naturalis. Supra hoc audiuisti. Tua putredo autem, omnino ut tu
 sis, est violenta. Item σβεσί etiam non animatis conuenit: οὐτικαὶ φύ-
 τα σβεσίς ἡ φθορὰ βίσους διοίως ἐπὶ τῷ αὐχενὶ καὶ τῷ εμ-
 φύχει $\zeta\pi\mu$. Putredo tua violenta, etiam vtrisque communis: Natu-
 ralis enim & simplex soli mixto ut mixto conuenit, nec per eam
 unquam dicitur interire animal. Tertio σβεσί à continentifrigore
 fit. Putredo quoque violenta, secundum Medicorum sententiam ab e-
 odem nonnunquam: Cur igitur ad $\mu\alpha\gamma\alpha\nu\tau\eta\mu$ ea redigatur? In σβεσί

per accidens interit nativus calor inopia humidi : idem accidit in putredine Medicorum, id est tua : nunquam in naturali Erit itaq; ex hoc nomine putredo tua o^oB^osi potius, quam uacavse quedam. Sed reuera Putredo simplex, neutrum horum est. Confer tu illius conditiones, cum uacavse natura, tum te secus esse locutum pudebit. In putredine simplici calor internus diminuitur, euocatus ab externo, unde sequitur dissolutio materie mixti, id est diuortium humidi à sicco : in uacavse calor internus animati (nam si nescis, Aristoteles in libris illis, quibus de vita & morte ac respiratione loquitur, de duplice caloris insiti corruptione, respectu animatorum vt animata sunt, non mixtorum, quatenus mixta meminit) naturaliter, & citra affectionem ullam morbidam, eo modo quo diximus, depascitur humidum suum : quo destitutus, cum non habeat unde alatur ac sustentetur, ex toto deficit : Et frigoris etiam circumstantia vi, que o^oB^osi facit, extinguitur, non educitur, aut euocatur calor : aut si cogatur intro, putrefactionem potius reprimet : si vero quasi compressu nimio elidatur, non humili dissolutio à sicco, sed congelatio & coactio potius vtriusq; sequetur. Verum neq; ad putredinem etiam tuam (quid tuam ? cum nulla illa vsquam certa definitione à te comprehensa sit) referri ad o^oB^osin posse certum est : Cum frigus externum putrefactionem potius Galeno teste prohibeat, quam promoueat. At (dices) vtraq; Putredo fit à calido, & uacavse quoq;. At (inquam) hoc non dixeras antea, sed illud : vtramq; putredinem esse corruptionem caloris nativi, ac proinde ad p^oapivsi referri.

IBIDE M.

” Deinde quod sunt corruptiones non alterationes &c.

Com. Putredo simplex corruptio est : Putredo secundum partem
hoc
106.

hoc loco Authori nostro, quicunqz discessus alius à natura propriæ qui corruptionem, & ἀποιωσιν comprehendit. Απεγία certe, quæ est corruptio secundum partem, reuocatur à Galeno, cumz. de caus. Sympt. tum 3. de fac. nat. cap. 7. atqz alibi millies ad ἀποιωσιν. Porro esse nihil aliud putredinem secundum partem hīc, cū res vtcunqz suis nativis qualitatibus mutatur, naturam tamen adhuc suam retinens, quanquam suprasit explicatum, infra tamen etiam repetendum erit.

P A G. 48.

Deinde in eo quod vtrobique &c.

Simplicem putredinem semper inducit calor ambientis: Particularē non semper, vt audies: Atqz vt sit quidem ambientis calor Authori nostro peregrinus, non statim tamen eidem peregrinum ab ambiente aere, vel aqua, vel terra esse probare potes.

I B I D E M.

Cum in hac parte præcipue, ab omnibus ferè erretur.

Et à te quoqz: imò turpius quam ab alijs: de quo iam ruderimus.

“

Com.

107.

I B I D E M.

“

“

Primò quidem differunt, quòd naturalis ab interno.

“

“

Si primam causam putrefactionis intelligis, toto cœlo erras. Nam Aristoteles inquit σὺν τῷ περὶ ξηρῷ. Et putrefactio naturalis, non dicitur naturalis, quia ab interno principio fiat: sed quia vt generatio mixti naturalis est, per unionem humidi cum sicco, vincente calore, ita corruptio naturalis eius est per dissolutionem humidi à siccō, de-

108.

Com.

109.

co, defectu caloris. At unde hic defectus? Si à τῷ περιέχοψ. Quo loco ad erudiendum Spudastum illum tuum, quantum video rudem satis, scire debes: Aristotelem lib. de respir. cap. 16. duplarem animalium interitum (Animantium dico, non mixtorum) proponere: Violentum unum, naturalem alterum: illius externum principium: huius internum: utriusq; causam caloris defectum. In interitu naturali calorem innatum, citrā omnem aduentiam, morbidamq; corporis affectionem, ipsum à seipso, ut antea diximus paulatim confici atq; consumi: quod ipsum in plantis ἀνατίθεται, in animalibus γάγει καὶ θάνατος nominatur. Hoc enim ipsum senectus etiam Platonis est: nempe naturae imbecillitas, quæ post varios, eosq; continuos labores, tandem fatisficit. Neq; enim inquit citra laborem alimenti apparatus & distributio, eiusdemq; excrementorum secretio perficitur &c. In violento, id est morboſo interitu, ut cum respirationis instrumenta, non etatis ipso decursu, sed vel tumoribus impedita sunt, vel superuacuis infarcta, aut cum calor per febres, immodec feruet. Omnibus enim modis istis, auctus adeò calor, ut contempri nequeat ob præproperam passionem, aërea illa ἀναπνευση veiculo nimirum & fomento conueniente destitutus, hebetatur, ac tandem euaneſcit. Ex quo colligit Aristoteles, obitum violentum sequitam μάστιγα quam σβέσι calor: Naturalem autem eiusdem μάστιγis duntaxat, atq; hanc διὰ χερός μήνος γυνού εύκρ. Ut hoc modo secundum Aristotelem μάστιγie, id est caloris interitus, qui à seipso fit, quidam sit violentus, solaq; illa ^{μέτρα}, quæ longo perfectuq; etatis decursu per se fit, naturalis habeatur. Cur autem ille violentus, hic naturalis, cum secundum utrumq; calor à seipso corrupatur? Quia nempe alterum, etiamsi non ipsum contrarium, affectio tamen aliqua vim afferens, præter corporis animati naturalem habilitatem, alterum vero naturalis atq; incuitabilis humidatati consumptio, calorq; hebetatio inuenit. Ergo animalis interitus non

tus non simpliciter dicitur Violentus, quia à principio externo, sed quia non secundum natuam animalis habilitatem fiat. Sic vicissim, etiamsi ad Mixti internum naturale principium concurrat exter- num, nihilominus naturalis dicitur: quia mixtum, ut diximus, ita corrupti, atq; esse desinere, sua natura est aptum: quemadmodū per generationem primum extitit, & relictum suæ naturæ ineuita- bilius hoc demum & non alio modo corruptatur. Tu vero Era- ste, si nobis verbulum ostendas, quo Author noster Putredinem particularem violentam dicat, morbidam appellat, à violenta & morbida causa induci tradat; quas voces tu, tu inquam nouæ atq; admirabilis Aristoteleæ putredinis interpres, hic usurpas & ali- à plerūq; inculcas: sanè posthac Phyllida solus habeto. Nunquānē in Theophrasto legisti hæc? & dē (loquitur de corruptione) ē φῶντας κατὰ περὶ οὐ παρὰ φύσιν. Quod voluimus opponere superstitioni tue, ut cognosceres Aristotelis discipulo ignis interitum, quem dico ipse sibi conscit, veluti contra naturam dici. Quid? quod idem φθορά, illam quæ ēν τῷ ἔξωθεν (nota Eraste) & à contrario profici- tur, δικέαρ μᾶλλον, & paulo pōst ὥσπερ φυσικὴ appellat? Ra- tione contrarietatis (inquieres) quatenus τὰ ἐναντία φθεγγίκα φύσει sunt τῷ ἐναντίῳ: Recte: Sed Authorem nostrum certa etiam quadam ratione (illa nempe, quam toties exposui) pro naturali ha- buisse simplicem putrefactionem respōdebo, etiamsi ēν τῷ ἔξωθεν consequatur. Apud eundem Authorem morbus dicitur secundum naturam, quia səp̄ contingit: nec non corruptio, quæ ab externis aëris impressionibus accidit propter eandem causam lib. 5. de caus. plant. cap. 9.

IBIDEM.

Secundò, quod res mista nulla, si vis ab-
sit, naturalem effugere potest. &c.

“

“

hb

Neq;

Neg^o hoc etiam aptè. Vnde enim habes, citrā vim nulli accidere particularem putrefactionem? Perdit (inquieris) atq^e in deteriorem naturæ habitum rem mutat. Idem dicam ego de naturali ac simplici mīstorum, nec non de senio in animatis. Profectò multo magis ad interitum ac ruinam sene^ctus & putrefactio simplex ducunt, quam μόλυνσιε aut alia eiusmodi alteratio. Quo etiam nomine lib. 2. de cœl. præter naturam esse sene^ctus, ab Aristotele traditum est: quia dico naturam animalis euertat, atq^e ad interitum ducat. At principium internum (excipis tu) à violenta naturalem affectionem discriminat. Dic igitur nobis Admirabilissimè interpres, à quonam morbus? Sanè ab externa causa, tuo etiam assensu, qui morbidū nominis, quod ab externa causa est. Sed Aristotelis tamē hæc verba sunt, οὐδερ γαρ παχύτηρον ὑγίαντις καὶ νήσαντις κατὰ φύσιν οὐ παρά φύσιν. Audis itaq^e naturales dici morbos, quia, etiam si ab externa inducantur causa, nihilominus animal ex ijs principiis sit constitutum, quorum causa sua natura agrotare sit aptum. Reliqua huc pertinentia repeate ex superioribus. Ex his autem atq^e illis cognosce, que, qualis, quanta sit noua hæc atq^e inaudita scilicet Mathematica tua.

,, Tertiò, quòd naturalis non prius &c.

Com. Quid tu de pabuli consumptione cum Alberto garris hic? Vbi-
III. nam aut vnde didicisti, naturalem mixti corruptionem fieri humidi consumptione? Indicato inquam Eraste tandem, vnde hoc habuisti? Mortem, id est corruptionem naturalem Animalis, quam tu cum corruptione mixti naturali perperam confundis, fieri calore nativo, proprij pabuli assumptione, seipso attrito, in Aristotele habes, ut audiisti supra: & in eodem hanc interitus rationem ad animata solum restringi ex prob. 5. sect. 3. colligere potuisti, si inquam eò in loco animalium duntaxat mentionem fieri obseruaueris: Nam quod

quod de flamma adiicitur, quod est $\chi\psi\chi\sigma\mu\tau\iota$, quis non intelligit
 ad mistorum calorem insitum transferri minimè posse? At corruptionem
 mixti quatenus mixti, naturalem isto modo fieri rundenam
 colligis? Putrefactionem naturalem esse dissolutionem humidi à
siccо, superato calore ~~σικό τοπερ~~, etiam tu mecum fateris,
& fateri cogeris. Absumptio humidi non fit superato, sed nimium su-
perante, atq; excedente modum calore: neq; dissolutio humidi est
absumptio humidi: per illam enim ὑγρὰ πεστοπ (audis inquam
Eraste, audis) mixta sunt: ἔτα ξηρὰ τέλος: per istam πεστοπ νελ
πελλώ ξηρά: multò minus mixti ut mixti calor hanc obtinet præ-
rogatiuam, ut suum depascatur humorem, quem dicerem iam in
mixto nullum actu inesse, nisi protestati essemus antea, nolle nos in
præsentia Philosophi decreta (quoad fieri possit) vel tantillum mu-
tare. Dicere tamen hoc in præsentia potero: in mixto calorem ita
esse refractum, ut consociis qualitatibus esse molestus nequeat. In a-
amicabili vniōne & consensu, ac mutua qualitatum omnium pace,
vna esse alteri molesta nequit. alioquin ne momento. quidem incolu-
me ac saluum constiturum ac perduraturum mistum. Semper enim
& nunquam cessans pabuli sui, cui perpetuò insidet, aliquid absu-
met ignis: vel ab ipso igitur mixtionis initio, corruptetur qualita-
tum analogia illa, que mixtum hoc esse mixtum, & non aliud fa-
cit. Cui chimæra tot perfectorum mixtorum, per tot secula conti-
nuita vita (ut ita loquar) & perduratio non respondet. Sed &
calor elementi ignis non vrit, non depascitur, non absunit, ut Ele-
mentarij nostri docent: ille ipse est tamen, qui cum alijs primis cor-
poribus, ad misti procreationem confluit. Ergo animalis calor (ut
hoc obiter nunc quidem attingamus) tantum abest, ut celestis sit so-
boles, & diuinioris conditionis quam elementum, quod isti dicuntant,
(a cœlo tamen esse calorem omnem scimus) ut si etiam ipsum per se,
aut eius opera, que inquam diuinioris formæ, id est animæ ductu

b b ij

non

non sunt, species, impurior misti calore, & ad impuri huius nostratis ignis naturam accedere videatur proprius. Sed haec, quæ tibi paradoxæ videbuntur, non sunt loci huius. Illud indicasse sit satis: in mixto ita esse composita, mutuoq; refracta contraria principia, ut ab interno per se corrumpi principio ille nunquam possit. Non inquam ut in animali, sic in mixto inest ignis. Illic ita sensu perceptus, ut vrat etiam: (id quod Galenus de calore qui in sinistro cordis ventriculo est dicit) hic verò sola ratione, nullis effectis. Dicam denuò: Generatur naturaliter ac simpliciter mistum colligatis atq; unitis siccо & humido, superantibus calore & frigore. Igitur dissolutis ijsdem, superatoq; calore, simpliciter ac naturaliter corrumpitur. Superatur autem, cum deficit, deficit non à contrario debellatus, attenuatusq; hoc enim humorem induraret potius, quam efficaret, ut is à siccо diffueret, quo d sect. 3. probl. 22. scriptum est: sed à calore ambientis, summa corporis ambiente ac rarefaciente 2. sect. probl. 33. & 34. sensim evocatus, exhaustusq;. In summa, quomodo applicet, unitat, confundat, contineat humidum cum siccо calor, qui vorax sit, absūmens continuò ac depascens humidum? Nusquam & nunquam scripsit Aristoteles ab interno principio mixtum omne corrumpi: Multò minus mistorum omnium ignem sua voracitate seipsum absumere, mixtumq; hoc modo naturaliter perdere. Id, inquam, de Mixto animato quidem, ut supra audiisti, & sect. 3. probl. 5. 22. 24. atq; alibi: de inanimi verò mixto, nunquam & nusquam, vel solo nutu affirmauit. Atq; ut Auerrhois sententia vera sit, que lib. 2. phys. com. 1. scripta est, videlicet omne Mixtum ut Mixtum, vel uniforme dico vel diforme, principium internum sue corruptionis obtinere: id tamen si Aristotelem hoc loco audiamus, nihil plus significaturum sit, quam principium quidem patiens corruptionis (nam & natura illo in loco principium patiendi est, non agendi) internum esse: Agens verò totum externum: quicquid Mercenarius dicat.

dicat. Non enim internus calor diminutus (hoc enim est $\vartheta\chi\sigma\tau\chi\varsigma$ δικεῖα ut diximus) est qui dissoluit mixti materiam. Sed eo corrupto (corrumptur autem naturaliter, cùm ab externo euocatur) per se ipsum dissoluitur mixtum. Quo solo respectu dixit Aristoteles , causam putrefactionis esse, & ambientis calorem, & mixti frigus. Aliás enim antea dixerat solum δια τὸ περιέχον. Quo loco repetendum , quòd suprà proposuimus : ut in simplici generatione, ita in corruptione non conferri qualitatem rnam sue contrariae : sed utramq; agentem, patientem utriq;. Quemadmodum enim in generatione agentes imperium obtinentes , intra fines ac terminos mixti, patientes cohibent: ita hæ in corruptione excusso illarum iugo , suiq; iuris factæ, extra mixti terminos difflunt, atq; à se mutuum diuortium faciunt. Sed quanquam frigus una sit efficientium qualitatum, quæ in generatione superare debet, ut & ipsum quoq; definit, copulet, mutet, nihil tamen minus, quia calor est qui finit, cogit, & colligat ea, quæ cognata & eiusdem generis sunt ad mixti generationē, frigus autem indiscriminatim quævis, tam dico quæ alieni, quam quæ eiusdem sunt generis, cùm de mixti generatione corruptionē loquitur Aristoteles , in rnius caloris robore agentium efficientiam, atq; in eiusdem defectu patientium victoriam esse sitam affirmat. Nam quod Mercenarius hoc loco docuit , in formæ introductione, nullam , frigus efficiendi , vim obtainere , præterquam quod per se falsum est, non conuenit etiam præsentī disputationi : in qua Philosophus generationem & corruptionem mixti naturalem definiens , solam qualitatum efficientiū vim & operationem in patientes, quatenus materia mixti sunt, rnienda terminandaq; spectans, omnem prorsus formæ considerationem posthabuit. Absurdum quoq; quod idem docuit , internum frigus pro causa interna putrefactionis ab Aristotele haberi : cùm is per internum frigus , nihil intelligat aliud, quam ipsummet internum calore exhaustū, diminutumq; : ecce,

ώ; ε επει κατ' ἔνδειαρ πάχει θερμό, ἐνθεές δι οπ τολανης δυνα
μέως φυχρὸν πᾶν, αὐτῷ ως τοιαία εἰν. &c. Iam ad prima: Si in
omni mixto, qui inest calor, paulatim seipsum atterit, sicut absu-
mendo humidum, quomodo affirmas, Violentam putredinem tuam,
etiam tum fieri, cum ingenitus calor, maxime vegetus & copiosus
est? Que obsecro nouorum dogmatum portenta hæc, quæ neq; verè
proponi, neq; aptè possunt exponi?

IBIDEM.

Quartò in naturali &c.

Com. Istud quoq; iejuno admodum philosophemate satis explosum
n^o 2. suprà.

” Quintò, naturalis putredo sine omni
morbo &c,

Com. Et hic duplex error. Primus. Naturalis putredo mixti vt
n^o 3. mixti, non fit calore insito, absumente pabulo, proindeq; seipsum
frangente ac debilitante: sed naturalis duntaxat Animati mors eo
modo fit. Et Aristoteles vt diximus, nusquam docuit aliud. Alter,
quia si particularis putredo nihil aliud sit, quam morbus: igitur
putredo particularis, non conueniet, nisi animato, vt animato: hu-
ius enim unius πάθος est morbus, causa similarium & dissimilariū
partium, ex quibus constat: at non putrescere, putrefactione par-
ticulari, nisi animata, nemo censuit haec tenus, nisi fortasse spuda-
stes, aut Furnius aliquis, qui ea, que Aristoteles alibi de interitu ani-
matorum docuit, ab ijs discernere nequinerit, que cùm hoc libro ex
proposito, tum alibi obiter de mixtorum corruptione simplici &
non simplici traduntur.

IBIDEM.

Sexto,

Sextò , naturalis mistioni simplici est op- “
posita &c. “

*Si violenta putredo non sit vna , quomodo vnam illi assignas Com.
definitionem ? Aut si vnam habet definitionem, quomodo etiam ipsa II4.
non sit vna & communis omnium , sic putrescentium , rerum affe-
ctio? Rerum non simpliciter putrescentium inquam , plures esse spe-
cies , ne Melisseus quidem aut Parmenideus aliquis inficiabitur. At
vnum tamen modus putredinis , communis esse debet omnibus : quo
dico singulae non naturaliter putrescere dicantur : Vnde falsum id fu-
erit, quod contendisti hactenus, putredinem particularem ab Ari-
stotele definiri. Quis neget varias etiam rerum esse species , que sim-
pliciter intereunt ? Vna tamen ratio est , qua simpliciter & natura-
liter intereunt omnes : atq; huius definitio vna. Materia in omni
mixtione & gradu mixture siccum & humidum : agens calidum
& frigidum : generatio & corruptio tam simplex quam parti-
cularis , in his ipsis principijs , & non extra haec spectatur. Cur igit-
ur plures fuerint species putrefactionis particularis , quia plures
sint res putrescentes constituendae , quam simplicis : cum utrobiq;
putrefactio , respectu eorundem principiorum accipiatur ? Infra
non nihil adhuc de isto. Sed falsissimum tamen est , quod tu pro re-
ro accipis ac ponis. Particularem putrefactionem aduersari mistio-
ni cuilibet particulariter. Tam enim simplex putrefactio huic &
illi mistioni particulariter aduersaria est , quam particularis. Que
ideo ab Aristotele hoc loco dicitur secundum partem , quia per eam
non simpliciter , id est secundum essentiam , sed κατα μέσος , id est
secundum qualitates in deteriorem naturae conditionem res mista
seu non mista mutetur. An non hoc supra ex Aristotelis ipsius ore
ad iunctio Alexandri & Metochitae , atq; aliorum testimonio audi-
isti ? Putrefactionem dico particularem esse , cum res a tota spe-
cie , non*

cie, non auertitur in aliam speciem, sed specie manet mutantur
accidentia?

PAG. 49.

„ Oritur ex hac septima &c.

Com. Quid audio? Mista terrea (utrōcūq; tuis verbis: nam fortasse
115. tibi sunt alia mista, quām terrea: Aristoteli certè non sunt, 2. de
ort. & inter. cap. 8. nec nobis, qui specillis etiam Aristoteleis ad-
hibitis, terreum & humidum principium in omnibus, vel ipso sensu
agnoscimus, aërem & ignem elementa, ne vel rationis iudicio qui-
dem deprehendimus) putrefactione naturali, in cinerem & pulue-
rem resoluī? quis hoc tibi reuelauit Eraste? ipse nē Author noster?
atq; vbinam? fortasse ibi: οὐδὲ ὑγρὰ πῦρτορ, ἐπιξηρά τέλος γί-
γνεται: at hæc verba nihilò plus indicant, quām quæ putrescent,
initio reddi humida, deinde verò sicca. Multa sunt ac dicuntur esse
& reddi sicca, quæ tamen non sunt aut sunt cinis, vel (neḡ enim
te in præsentia vexare verbi significatione velim) puluis. Vbi igitur
tandem? sane illic d'ic̄ τῶτο γκρ̄, νερὸν ἔχοντες γίγνεται τα σκότω-
μενα πάντα, νερὸν τελος γῆ νερὸν κόπος id est, terra & lutum. At
Aristoteles hūi verbis definit violentam ac morbidam putredinem,
secundum tuam Cabalam, non autem naturalem: (intelligis iā quām
tibi ipsem̄ constes) aut si violentam definit, utriq; erit hoc com-
mune, ut per eam res in puluerem ac cinerem resoluatur. Cur igitur
tu contra te denuo hæc subiungis: In particulari putredine id nun-
quam vel certe raro statim contingit &c. Particularis putredo, si
nescis, non est dissolutio principiorum, sed est alteratio & commu-
tatio quædam. Huius igitur cinis potius esse deberet finis, quam ter-
ra & firmus: sed non per dissolutionem ut tu nugaris. Et quid etiā
Sceptica verba illa, sibi volunt? NVNQVAM, RARO,
STATIM: itāne nunquam desines balbutire ac hæsitare philo-
sophando?

sophando? istiusmodine inquam verbis nouum se Aristotelis interpretem profiteri, ac nouam inducere, ornareq; interpretationem decuit?

IBIDEM.

Naturalis porrò solius naturæ est affectus

“

&c.

“

Sed Author nullam aliam reffert aut exponit causam, quæ Com. sit principium putrefactionis naturalis, præter τὸ περιέχον: hanc vnam proponit: hanc vnam explicat: cur tu illi affingis de tuo aliâ, cùm non de tua phantasia, sed de Authoris huius mente quæstio sit, quam affectum te minimè fuisse, cùm Naturalem ac simplicem Generationem dixit, monstratum satis antea? Attendant autem obsecro hîc lectores, noui, id est putridi huius interpretis verba hæc: Naturalis solius naturæ est affectio: at violentam aër quoq; inducit. Quid est natura Eraste? Principium patiendi. Sic enim lib. 2. phys. cap. 1. & non aliter definitur: quid igitur causæ habes, quamobrē affectionem, quam aër affert in mixto, non naturalem dicas? Habilitas mixto. inest, causa principiorum, ex quibus conflatum est, præpter quam, tām à causis præter naturam, quām à naturalibus, siue exterius siue internus affiliatur: Cur igitur tu putredinem, quam inuehit aër, non esse naturalem sis?

IBID.

Naturalem præcedit arefactione, particula-
ris facilius corripit humidiora corpora.

“

“

Deum immortalem, quales hic noster Spudasto suo nennias in Com. stillat. Aristoteles tuo consensu de putredine naturali protulit illa verba, διὰ ὑγρὰ πεύτοπ εἴτε ξηρά τέλος γίγνεται τὰ συπόμενα. Cur igitur Naturalem putrefactionem, præcedere arefactionem, cōtra Ari-

tra Aristotelem, & contra te ipsum nunc affirmas? De putrefactione autem violenta, secundum tuum phantasticum Genium, haec idem pronunciauit, Σια τότο γαρ νοήσεις γίνεται τὸ συπόμενα, νοήση τελος γάρ εtc. Cur igitur contra te ipsum & Aristotelem eandem conditionem, putredini violentae iam denegas? Deinde, quām aptè opposis præcedentem arefactionem, putrescentis iam naturaliter corporis, humidis corporibus, quæ corripere Violenta putredo facilius consuevit? An putasti omnes, qui tuum istum Dialogum lectori essent, fore aut Spudastos aut Furnios? Dic inquam Eraste, quām belle hic putrefactionem vñā ab altera discriminas? In particulari (tecum iam contra te loquor) putrefactione, semper progressus fit πρὸς γῆν: in naturali item. Particularis occupat libenter humida corpora: Naturalis in hoc ipso sita est, ut calor suum despascatur humidum corpus. Per naturalem scripsit Aristoteles fieri initio quod putrescit humidius, tu arefactionem præcedere eam, non humectationem doces: Per violentam (sic enim tibi placet) docuit idem exente calore, vñā excire atq; educi humidum: tu humida corpora ea corripi doces. Quām aptè cohærent hæc? quām bellè sibi mutuo respondent? Atq; hoccine demum est, Aristotelē verbis Aristoteleis interpretari? Vel potius, an non est hoc philosophum agere vestē non cerebro?

IBIDEM.

” Deniq; ex naturaliter putrefactis nihil generatur.

Com. Deciperis. Tam enim per putrefactionem simplicem ac naturalē, quam per violentam corruptionem Natura sibi gradum facere ad animalium illorum generationem potest. Idq; si nescis, accidit utriq; putredini, non autem per se inest. Neq; enim quatenus putrescit

putreficit aliquid, vel simpliciter ac naturaliter, vel vi generatur Vermis; sed quatenus in corruptione vtræq; vt calor, vel nativus dñ secernitur, vel aduenticius, dum partes misti in peius mutat, quod est à natura discedere, partes quasdam ad alterius misti generatio- nē coquere ac perficere possit. Nihil enim generatur vt σκόμενον ἀλλα vt πεπλασμένον 3. de ort. anim. cap. vlt. Nascuntur ex terra lumbrici, & ex fimo ranæ: cur igitur, qui calor potuit portionem simili ac terræ subigere, coquere, atq; ita apparare, vt inde extaret seminariū Vermis, non item poterit, dum corruptitur mixtum simpliciter aggredi ac præstare? Et in quæ alia obsecro principia dissoluetur mistum, quam in siccum & humidum? aut (si primā illam mistionem, in hanc scenam induci velis) quam in terram & aquam? Terram dico & Aquam, ex quibus constat: constat ex his quæ habemus: hæc omnia impura, & permiscione aliorum inquinata: quo enim modo in mistionem veniant, nisi eo quo sunt? Ideoq; Aristoteles cum γρ. dixisset, addit νόπτην, id est limum: at ex his per se, atq; extra mixtum nascuntur animalcula, cur non in mixto? Præterea supra effectum hoc in capite, simplicem solam ac naturalem putredinem definiri, per quam tamen vermes nasci Author exprefse docet. Et quidni doceat? Vel Musca enim incubans exanimo corpori, dum id putreficit naturaliter seminariū ex secretis illis, quantuliscunq; misti portionibus ingenerat, in quod vt Lucretiano modo loquar Vermis anima extrinsecus insinuetur: cœlum autem interuentu putroris eiusdem, cuius & ipse Author est, idem præstare non poterit? Atq; hæc etiam prima philosophie rudimenta vt expromerem hic, coegerit me spudasti tui, tardum ac iacens ingenium, qualis est alter ille quoq; Furmis tuus.

I B I D E M.

Cum nomen idem affectionem naturalē <
& morbidam &c. ii ij Errores <

Com.

119.

Errores erroribus accumulas, & miserum istum alioquin in philosophia rudem satis tuum spudastum non eridis: Sed tuis istis inanibus leuibusq; coniecturis rudiorem reddis. Alijs sanè fuit opus argumentis vti, aliasq; adhibere machinas, ad receptam hactenus, cōfensu propè omnium, Aristotelei contextus interpretationem demoliendam. Ipse confiteris, nomen idem, cum naturalem affectionem, & violentam ei similem significat, propriè ac primò naturali conuenire: at non fuisse tamen hoc in appellatione putredinis obseruatū, subiçis. At cur non das vna nobis istius glossæ Authorem? vel si Authorem non posis, exemplum saltem adferas? vel si neq; illū habes, neq; hoc in prōptu est: dic cur in uno putredinis vocamine id factum affirmes. Affirmasse id Aristotelem ipsum respōdes. Id nunquā & nusquam affirmasse Aristotelem suprà respondi. Cui mēdatio absurdum aliud adnectis. Ais propter similitudinem, quam cum vulgari putrefactione obtinet, Naturalem Putredinem id nominis esse consecutum: At suprà morbidam naturali similem dicebas, non autem hanc illi: & duodecim enumerabas conditiones, in quibus naturalis à violenta discrepat: tres in quibus conueniant: & ille etiam, vt antea quidem audiuisti controuersæ, vt autem iam audire te velim, alijs affectionibus communes: (Nam & combustio est corruptio natui caloris, hæc erat prima: & est corruptio mixti, non alteratio duntaxat, hæc erat secunda, & sit à calore peregrino atq; ambiente, quæ erat tertia) Nunc tamen aedes afferere propter similitudinem duntaxat, quam corruptio naturalis obtinet cum violenta, putrefactionis nomen, quod propriè & primò violētæ sit impositum, illi esse adaptatum. Phsy, cum istis xeniolis ineptis. Nam igitur detractis omnibus istis tuis putaminibus, huius rei veritatem ipse tibi paucis enucleabo. Vtraq; harum mutationum, simplicis dico putrefactionis, & secundum partem, hic atq; hoc in capite Authori nostro est corruptio, ad deteriorem nempe subiecti statum

statum pertinens, propter penuriam caloris. Differunt autem; quia
 una opponitur generationi simplici, & ad misti essentie ac speciei
 extremam ruinam fert: ab externo calore primum indueta, euo-
 cante ex intimis rei partibus internum: eoq; modo secedente humi-
 do à sicco foras, cum calor e simul, et res fiat subinde siccior: donec
 insiti humoris nihil amplius habens, dissoluatur in terram: quomo-
 do poma, castaneas, nuces, rapas, cadauerum carnes, ipsamq; adeo
 soliditatem ossium, diffluent ac solita humiditate propria, qua
 conglutinabantur, friabilia, atq; instar terreæ masse, nisquam co-
 harentis in puluerem dissolubilia reddi obseruamus. Altera vero
 ut rniuersim dicam Generationi secundum partem contraponitur:
 alteratio nempe, in deteriorem duntaxat naturæ conditionem, non
 ab externo calore semper, sed & ab interno, imò vero a quacunq; ali-
 arum qualitatum immoderatione inducta: particulatim vero,
 quoad cruditatem quidem à languente, circumfuso calore, non qui-
 dem educito rei humore, qua maturescit, sed tantum non sic deter-
 minato, quemadmodum fructus, aut excrementi, aut alius rei, qua
 maturescere dici consuevit, natura postulat: quoad $\mu\delta\lambda\upsilon\varsigma\mu$, autē,
 à caloris, qui in circumfuso humore inest, penuria (ea vero aut à
 magno frigore humoris admisto, aut ab eo, quod res, qua elixatur in
 se ad mistum habet, existit) aereum vel aqueum illud, quod in re e-
 lixibili inest, in conuenientem &quabilitatem mutare minus poten-
 te, sed quoad $\varsigma\alpha\tau\epsilon\upsilon\varsigma\mu$, à caloris siccii inopia, qua vel externi ignis
 paucitatem, vel humoris eius, qua in eo, quod assatur inest, copiam co-
 sequitur, non plenè humorum superante, ac perficiente: deniq; quo
 ad alias eiusmodi, cùm naturales, tum artificiosas affectionum spe-
 cies, qua ut occultiores nomina nondum habuere à natura, quecunq;
 ille sint, à cuiuscunq; qualitatib; immoderatione, discessiones quedā,
 ita tamen, ut non substantie, sed temperaturæ duntaxat immuta-
 tionem contineant. Reliqua ex cap. 2. & 3. vel potius ex attenta

inquisitione collatione q̄ rerum & causarum ipse tibi recenseras.

P A G. 50.

” Caliditas aëris vel ambientis &c.

Com.

120.

Sententia Eragi hæc est: Putredo violenta est à caliditate aëris, vel ambientis, naturalem mixti caliditatem, corruptente: ideoq̄ dicitur violenta, quia nimis ab externo effidente inducitur. At naturalis non sic. Nam etiam si per ipsam (notent hic σπουδασιως qui non sunt spudasti) ambientis aëris proprium mixti calorem euocet: tamen quia tum duntaxat id facit, cum proprius mixti calor, longo etatis ac temporis tractu, seipsum detriuit, debilitavit, fregit, immunit, ut alimentum sibi preparare nullum amplius valeat (tunc enim ab aëris calore, quantumvis minimo & temperatissimo, alleetus atq; educitus internus, subiectum deserit) pro causa putrefactionis illius haberi minime debet. Nonne hæc digna obolo? nonne eiusmodi, quibus instructi, ad aliorum placita, de Aristotelea putredine reprehendenda, eueriendaq; animi satis ac spirituum conciperem atq; habere possumus? Phy, inquam & tertio Phy, cum tuus iſtis anilibus argutiolis. Primum Aristoteles hic corruptionis simplicis ac naturalis mixti totam causam adscribit Ambienti. Ecce, ecce inquam γιγνεται δε η φθορα (loquitur de naturali tuo etiam consensu) οταν ηραλη το διστονιο το δριζμενον: & que causa est ο Aristoteles, cur vincatur id, quod antea dominabatur? δια το περιεχον. Audis? Vbi hic tuus calor semetipsum longo temporis tractu debilitans? Vbi tui humidi inopia? vbi interitus caloris citra ambientis? nam & hoc quoq; tacite affirmas, de quo mox. Secundo velim de te audire semel, sed citra illos tuos QVASI, FOR-TASSE, RARO, ALIQUANDO &c. Utrum putrefactioni naturali soli animata subiectantur vel etiam in anima: Si illud affirmes, ludibrio fueris etiam ijs, qui prima tyrocinia Philosophiae

sophie docent: Si hoc , irrideberis , primum à sapientioribus , cùm apud hos putrefactio naturalis , non conueniat nisi mixto , vt mixtū est : & animal vt animal non putrefascat , sed senescat , arescat , moria- tur , que via sunt ad naturalem putrefactionem , non autem ipsa pu- trefactio : cùm animal prius corrumpatur oportet , vt animal , quām vt mixtum : deinde impinges in scopulum , qui tibi caput franget : nam in mixto inanimi , nulla huiusmodi spontanea caloris attritio interuenit : multò minus reparatio humidi , ex quo alatur . Quæ cau- sa inquam subest ibi , vt seipsum maceret , debilitet , frangat , arrodat calor ? quo opere ? quo labore ? coctio ibi nulla , nutritio nulla , auctio nulla , secretio nulla , 2. de plant. cap. 1. nulla sensio , nulla motio . Vnde igitur attritio illa ? Atq; etiamnum inquam in mixto inanimi humi- di assidua reparatio sit , è quo alatur calor ? Ex qua materia , quibus organis , qua ratione ? an non te puduit , ea quæ ab Aristotele de na- turali corruptione animatorum dicuntur , huc afferre , vbi de corru- ptione naturali mixtorum disputatur ? Si ignis elementum ipsum non eget humore , in quo sustentetur , vt aiunt , cur indigeat in mixto , in quo minus adhuc virium habet ? Non aliis (inquam) qui in mixto ab illo qui supremam sublunaris orbis partem occupauit . Cur igitur conditionis alius : imo vero cur non etiam minus illo vorax ? cùm iam contrarij præsentia & consotiatione ita sit refractus , vt non sit ignis ? Hoc tu ipse supra affirmabas , quanquam & hoc perperam : nam elementum ignis non virit : igitur non oportuit dixisse , non am- plius virit . Tertiò , si mixti calor (vt tu doces) nulla vi ab aëre illa- ta , neq; euocatus ab externo ambientis calore , semetipsum arrodens , ad finem suę durationis , ultrò peruenit : cur etiam non citra vim aëris externi in totum euanescere posset ? Nam Aristoteles in ani- malis interitu naturali (à quo tu ista temere ad mixti interitum transflustri) id fieri pronunciat : Cur igitur non etiam in interitu mi- xtū ? Cur Author noster simplicem ac naturalem mixti corruptio- nem

nem ex professo definiens causam illam attulisset, quæ minimum, quæ vltimò, quæ non semper agit? Eam ex toto præterijset, quæ prima, quæ præcipua, quæ semper corruptionis mixti, ut mixti causa est? Nam præter illa verba sicut, sicut inquam τὸ περιεχομένον, nullum habet locum (nisi fortasse capsas & scrinia phantasiae tue) vnde exculpere naturalis putrefactionis causam possit. Talem Aristotelem tibi tu, tuusque sibi spudastes querat: nos alium, id est paulo prudentiorem habemus. Quartò, quantumvis calidus aer, semper tamen est, interno animalis calore, atque in extremo etiam senio eius, frigidior: hoc tibi Galenus dixit: Tu vero etiam temperatissimum, & minimum aeris calorem internum educere, asseris. At Aristoteles his negat putrefactare tum res, quia caliditas ambientis minor sit, quam ut mouere possit. Quomodo haec in tua Schola cohærent, ipse videris. Nobis, id est, in nostra Aristotelea, optimè inter se conueniunt: in qua didicimus, calore externo laxari duntaxat, atque aperiri mixti corporis meatus: Exin internum scipso effluere, atque in auras dissipari: cui operi præstanto, vel lenis ambientis caliditas esse satis potest. Hoc si tu per tuum illud Inuitamentum atque Allectamentum intellexisti, bene est. Intactum id præterire tamen noluimus, quia verebamur, ne qui alibi toties tecum, hic quoque cum alijs errares, qui nescio quas attractiones & extictiones ignis ab igne, seu caloris à calore ex probl. 5. sect. 3. imaginatione sibi concipiunt, à quibus & ipsa natura rerum aliena est, & humana mens abhorret: De quo tamen paulo post. Ultimò, si Theophrastum legeris, ne pluribus hic in re perspicua lectorem detineam lib. 5. de hist. plant. cap. 16. pudebit te corruptionem non naturalem simpli- citer eam appellasse, quæ ambientis efflu, aut etiam frigore fit.

P A G. 51.

” Certò certius est τὸ περιεχομένον siue ambiens
” &c.

Dum

Dum in dubio est animus , paulò momento huc atq; illuc impellitur. Paulò antea scripseras : Vim NVL LÆM, inferre ambiens, calori mixti, priusquam is seipsum ex toto fere attruerit , atq; ad ipsum extremum finem suæ durationis peruenierit : nūc affirmas , Ambiens pro natura sua C O N T I N E N T E R , ac sine rilla I N T E R M I S S I O N E , id est à principio geniti mixti, ad finem usq; illius, alterare, & cum effectricibus internis qualitatibus perpetuo concurrere. Quandonam tibi præstari vis fidem ? hicnē inquam, ubi semper quod Ambit coagere , vel ibi, ubi non semper adstruis? Et quid agit ille tuus calor in misto, cum seipsum debilitat atq; corruptit ? Depascitur (inquis) humidum suum . Etiamne calor ille tuus temperatissimus , & quasi nullus, ambientis aëris aut aquæ, pastum suum, ex intimis mixti medullis petit, nec extra mixtum ipsum satis habet, quo ræscatur ? Non hoc (dices) sed attenuat atq; debellat internum calorem : at non est contrarium : educit ergo tantum : at hoc non est coagere. Calor internus absunit humidum , externus educit internum : eftne inquam hoc coagere ? Coagunt (inquieris) ad corruptionem mixti. Sed corruptio (inquam ego) mixti simplex ac naturalis , non est absumptio & depastio humidi, verum humidi à sicco dissolutio , ut supra millies diximus. Extrica te iam ab istis, si potes, tricis.

Vter loquitur verius ac rectius ?

“

Agas tu cum spudasto tuo, ut lubet : Nos à te ipso , qui tam libenter excurris , atq; hinc inde vagaris, ut naturæ scilicet arcana nobis ubiq; proferas, & secretissimas quasq; rerum rationes liberanter communices, occasionem naeti, quasi signo iam dato, desiliemus : ut nūc quidem velitarem pugnam hanc in eamus, tecum, inquam Deo volente grauioris armatura subsidia aliâs sumus inducturi. Coctio (inquit Aristoteles) est perfectio , quæ à naturali & proprio ca-

kk

lore fit,

Com.

122.

lore fit, ex contrariis qualitatibus patientibus, quæ sua cuique materia sunt. Iam dicas velim, si placet, cuiusmodi sis dicturus per p[ro]fessionem illam, quam agentes qualitates, in patientes inducunt, cum mixtum aliquid ex elementis primis generatur? Coctionem dices quandam, si sapis: nam & illa tandem nihil est aliud, quam finitio ac determinatio quedam à qualitatibus agentibus, dum vincunt, in patientes, quæ cuiusque materia sunt, profecta, ὅταν ορθῶς ἀνέλη, οὐδὲν ἡ ὑγρότερος: οὐτού τοῦ διπλοῦ οὐδιζομένου, ὑπὸ τῆς φύσει δεξαμενής. Vbi agnoscis, totidem atque eadem verba, quæ in definitione generationis simplicis producta sunt. Prima igitur etiam generationis mixtorum, ut metallorum sive ex certo vapore, sive ex aqua constare illa dicas, coctione fit: de secunda nulli etiam dubium, quin coctione fiat. Cur igitur generatione illa, ista verò, quæ v. g. in partibus animatorum fit, coctio appellatur? Vt ratione sane apparatus quidam est ad nouæ forme susceptionem, & prioris depositionem. Sed hic ad eam, quæ præcerat, ibi ad illam quæ non præfuit. Quo etiam modo nutritio, qui coctionis est finis, à generatione differre dicitur. Rectè. Iam intremus magis. Coctio est perfectio proprij ac naturalis caloris. Cuius reine quæ coquuntur, vel coquentis? Coquuntur in ventriculo (tuo enim exemplo rtemur) panis: calorené inquam panis, vel ipsius ventriculi? qui non insanit, ventriculi dicet: ut & carnes etiam, non proprio, sed aquæ feruentis calore, in qua sunt immersæ à coco, elixari dicuntur. Cur igitur Aristoteles, proprium & naturalem calorem authorem coctionis facit? quia proprium intellegit eius, quod sibi concoquit: externum qui non eiusmodi est. Continet enim omnis coctionis notio, ut supra dicebamus, relationem quandam, ad meliorem naturam souendam conseruandamque, quam definitio simplicis Generationis excludit. Eius igitur Naturæ calore, coctio perficitur: qui dicitur coquenti intimus, coquendæ verò materia extimus: Proprius tamen dicitur etiam coquendæ materia, quatenus

quatenus calor qui coquit, quatenus coquit, rei etiam coquenda analoga respondeat, atq; omnino illius naturæ accommodatus sit oportet: ne vel excedens, vel deficiens & πενια p[otius] inuehat, quam coctionem. Ergo in omni coctione, vel naturæ dico vel artis, vel animatae rei (quam pro exemplo adducit Author noster, ut per notiora in occultiorum naturæ ministeriorum cognitionem nos manu ducat) vel in animis, perpetua veritatis est hoc, calorem qui coquit, rei que coquitur externum esse, intimum autem rei coquenti: Et calorem circumfusi corporis, rei que coquitur, non coquentis respectu, externum duntaxat ab Aristotele appellari. Iam si calor v.g. terra proprius est, qui ex certo habitu, id est ex unita, subacta, definita, certaq[ue] ratione mutata Et cocta materia humidi ac siccii terrei, interuentu frigoris, metallum generat, vide ille calor? At hoc exemplum ad generationem, non ad coctionem pertinere inquies: Quid tum postea? quo rem deducam mox audies. Respondebis itaq[ue] ab elemēto ignis Et aëris, quibus primò Et perse inest calor: id enim colligimus ex recitata superius σοιχοιωλο γία tua. Solu[n]d[em] inquam calor ille elementi, author generationis fuerit? non solus dices, sed adiutus Et promotus calore ambientis: hic autem cuius? Sphæræne aëris aut ignis? Neutrius: illæ enim metallica seminaria recondita in intimis terre receſſibus minime tangunt. Dicam planius: (vt tu quoq[ue] mecum Mixturas istas fastidire incipias) conueniunt ad mixtionem in subterraneis locis elementorum quatuor portiones, quarū calidæ Et frigidæ superantes, certa quadam ratione vincunt, terminantq[ue] humidum Et siccum, vt sint apta materia recipiendæ forme, v.g. ferri. Illudne inquam calidum, quod una pars mixti est, per se mit, terminat, mutat, vel adiutum alio? Non adiutum modò dices (si sapis) sed etiam motum ab alio: Oportet enim agens, in uno quoq[ue] separatum esse Et tangere. 8. de phys. aſc. context. 30. quomodo igitur, cùm elementi caliditas sit mixto propria, atq[ue] eius pars, mixr
 kk ij tionem

tionem perficiat? quis igitur? Ambiens: Quale? Sphærane ignis aut
 aëris? Verum præterquam quod hæ non tangunt, temerarium esset,
 λόγον illum, varietate ac multiplicitate sua admirandum, sine quo
 agentes qualitates nihil generant, ab istis deducere. Cœlum igitur:
 recte: à cœlo inquam λόγος ille, quo medio? (omne enim, ut diceba-
 mus, agens Physicum contactu agit) Lumine: quod suapte natura
 calidum, calefacere, caloremq; in his cunctis inferioribus producere,
 qui negat, is amens est, & sensu caret. Igitur dicet Cardanus (&
 quidem iustissime, quicquid contra astutis quibusdam cauillis callide
 rhetoriceatur Scaliger) frustra calor elementi alter. Hoc unum sit.
 Alterum, quod proprius ad rem nostram accedit. Calor ambientis, id
 est cœli, qui per ambiens diffusus est, promouet mixti calorem ad
 generationem, tribuitq; illi λόγον, sine quo nulla feliciter procedit
 generatio. Cur igitur idem deinde auferat, quod olim dedit? inquit
 quod paulo antea dedit. Nam continenter perpetuoq;, & sine illa
 intermissione mixtum alterat, te etiam authore. Quomodo autem
 alterat? educit, excluditq; proprium eius calorem inquis: at paulo
 antea induxerat inclususq;. Alius tūm fuit conditionis (sic respon-
 debat nobis Basianus ille) quam nunc. Hui tam citò: cuiusmodi nūc?
 Remissior? non inuitabitur (tuo verbo utar) igitur internus extra:
 ergo neq; subiectum suum hoc nomine deseret. Intensior? at hoc mi-
 xiti poros atq; meatus astringet, comprimetq;, non laxabit & auge-
 bit, non extenuabit internum calorem: Humidumq; absument: non
 autem ita dissoluet, ut inde humida primū mixta fiant, deinde sic-
 ca. 2. sēcēt. probl. 9. ergo intrō coērcebit potius, non autem extra calo-
 rem educet. Augebit internum? at eo auctō non dissoluetur hu-
 midum à sicco, vīctis efficientibus: Sed his præter & contrā λόγον
 mixti superantibus, absumentur utrumq; illorum potius. Frigus ad-
 duces: sed tūm fuerit & Bésis & corruptio violenta, quam etiam in
 inanimis locum habere docuit Aristoteles, ut supra cognouimus.

Aut

Aut quomodo tandem Ambiens sic mixtum alterabit, vt natura
 liter corrumpatur? Hęc pauca r̄nus ex istis opinionistis, quos tu tan-
 tōpere odisti, de his delibasse nunc voluit. Ad tua nunc. Verius re-
 c̄tiusq̄ loquetur, qui dicet à solis calore ad intima r̄sq̄ ritium, sub-
 eunte, succum ex terra haustum, excoctum, apparatumq̄ fuisse ad
 ruarum productionem: quām qui proprio insitōq̄ calore ritium id
 factum esse cum Galeno lib. 4. de fac. simpl. med. cap. 7. affirmabit.
 Vites in his Septentrionalibus locis habemus, quæ non nisi in bene
 calida, eaq̄ diuturna cœli constitutione ruas edunt: aliás trunco qui-
 dem, farmentis, palmitibus, surculis, foliis, capreolis, gemmis, latae ac
 fœcundas: ruis autem & acinis, quorum vix prima rudimenta
 proferunt, infelicissimas. Solo data, sub Lapijs, Finlandijs, Zelan-
 dicis, vites iam adultæ, & calore proprio bene turgentes ac vegetæ,
 vix edent pampinos, nedum ruarum racemos. Vbi itaq; aut rnde
 ille calor, qui ruarum generationem incoat atq; absoluat? sanè à sole
 totus ἡλίου θερμός συμφυτός δε νοσήσιμη plantis (vt Galeni verbis
 vtar) non quia cum innato calore plantarum qui nullus est, r̄nus fiat,
 sed quia extrinsecus accedens, ad ipsas vel potius in ipsas plantas
 transit, vt iam intime associetur illis. Et hoc quoq; paradoxō (dices)
 Opinioniste: quid tūm postea? sit paradoxon, dum nō sit parologon.
 Res ipsa id monstrat. Quid opus est vitiligationibus istis, vbi sensus
 & effecta, cum rationibus vel potius paralogismis pugnant? quantū
 à planta decedit solis adspiratus, tantū de vita quoq; decedere oculis
 ipsis cernimus, & palpamus manibus. In promptu semper istis sunt
 diuerticula, quæ confectentur, abest promotor, adiutor, conseruator,
 non Author, non internus motor, id est incerta, quæ pro certis, ob-
 scura, quæ pro claris in philosophiam inducant. Nullus ergo, dices,
 in plantis calor proprius. Sit sanè nunc tantus, quantum velis, sat
 habeo illum nec incoare, nec absoluere generationem ruarum: sed
 caloris ambientis in planta, pro temporis ac cœli ratione, concepti,

rtrumq; istorum esse munus. Sed heus tu , quæ hæc consequentia ?
 Naturalis vitium calor generat vias : ergo naturalis mixti calor
 mixtum corruptit. Præterea, si ambientis calorem, corruptionis es-
 se coagentem velis, nonne & is quoq; , qui mixti proprius est, ad cor-
 ruptionem aget ? at hoc nusquam dixit Aristoteles : nam quomodo
 agat ? absūmendo humidum ? id esse verè putidum figmentum su-
 prà monstrauimus. Ergo quæ de sententia philosophi affirmantis,
 ciborum in ventriculo coctionem, externis adiumentis, ut balneis
 humidis & moderate calidis promoueri (quod item Galenus lib.
 de marasmo & lib. 1. de const. art. med. necnon 3. de sanit. tuer-
 da docuit) hic subiecisti , nota vel ipsius tonsoribus parerga sunt,
 ad rem nostram minimè facientia. Infrà quoq; de his plura. Nunc
 illud subiungemus tantum , in quo enodando te tantopere maceras.
 Naturalis generatio simplex non hoc definitur , ut habeat coagens
 ambiens, vel non habeat adiunctum. Quin imo, si Aristotelii credi-
 mus lib. 1. meteor. cap. 2. & 3. nec non 2. de ort. atq; inter. cap. x.
 Cœlum est, quod inducit & abstrahit , quicquid gignendi vim ha-
 bet : elementa vero , & quicquid summae illi circumvectioni subie-
 etum est, effectibus quibusq; eam tantum dant causam, quæ mate-
 ria dicitur : ut non temere Veteres illi cœlum habuerint Genitoris
 loco : Terram autem quasi fæminam Matremq; statuerint, lib. 1. de
 ort. an. cap. 2. Igitur naturaliter oriuntur , quæ principium muta-
 tionis insitum habent (quod ea non obtinent, quæ manu, & omnino
 arte fiunt) quamvis requirant externum agens & separabile. Etiam
 enim si agens , sine natura mouendi principium non sit, non ipsum
 tamen est natura, & principium illud, quo res sunt habiles, ut qui-
 escant & moueantur , naturamq; habere , ac naturaliter oriri atq;
 interire dicuntur. In ortu naturali , agens , quia est actu , non tam
 appetit ut perficiat, quam materia , quæ quia potentia est , appetit
 ut perficiatur : ideo principium motus, naturalium quidem substan-
 tiarum

tiarum in materia, artificiosarum vero in artifice hærere dicitur. Sed
 in Arte res aliter habet: οὐαὶ enim in ipso Artifice tota infidet,
 vt materiam exornet: in materia vero ipsa, vt eo exornetur modo,
 nulla: Quo etiam fit, vt Artifex ferè semper finem consequatur su-
 um. Quemadmodum enim materia eius nullam ἐμψυχορ δημήρ ad
 formas artificiosas, secum adfert, ita neq; etiam repugnat, sed totam
 se artifici elaborandam ac formandam præbet. At materia rerum
 naturalium ad omnes formas intimam atq; innatam propensionem
 habet: Proindeq; etiam fit, vt à multis perspè causis, ijsq; inter
 se efficientia discrepantibus, eodem agitata tempore, Agentis
 vim de suo fine frustretur. Ideoq; Aristoteles lib. 7. Metaphys. ni-
 hilo plus docuit, quam naturalem dici ortum, cùm à natura profi-
 ciscitur, & per quem id, ex quo fit materies, est, id vero à quo, a-
 liquid eorum, quæ natura constant. Sanè si in artificiosa materia
 quatenus ab Artifice mouetur, internum motionis illius inesset prin-
 cipium (quod naturam appellat Aristoteles) quin naturaliter mo-
 ueretur, inserviari nemo posset. Nunc non inest. Igitur naturalem di-
 taxat ortū facit, id ipsum, quo natura definita est: id est habile atq;
 idoneū esse quod moueat, quod ipsum in omnibus rebus naturalibus
 inest ac semper. Sed & in alio quoq; claudicat philosophia tua: pro
 vero enim accipis, ac statuis, generationem naturalem nullam esse;
 que cùm nativi atq; interni (sic enim te explicas deinde) caloris a-
 ctione, caloris aut frigoris continentis actionem adiunctam non ha-
 beat. Cuiusnam h̄ic intelligis natuum atq; insitum Eraste? Genera-
 tæ aut generandæ? huius dicere non debes, quia quod nondum
 est, ei quomodo inesse nativus aliquis & internus dicatur calor? il-
 lius non potes, quia differimus h̄ic de simplici generatione, tu vero
 particularem illam adfers, quæ cum generatione simplici coincidit:
 Nam per hanc, calorem esse externum coquendæ rei, coquenti vero
 internum, supra effecimus: tu vero contrà, qui pagina 94. affir-
 mas,

mas, oui materiam insiti sibi caloris vi, mutari in pullum. De qua
verè rustica philosophia, cùm ad illum locum peruererimus, tibi re-
spondendum fuerit.

IBIDE M.

” Pro verè naturali non censer, quia tan-
dem ambientis calor eam promouit.

Com. Dic melius. Verè naturalis corruptio censetur, etiam si eius au-
123. thor ac promotor, ipse duntaxat ambientis calor habeatur.

IBIDE M.

” Nisi naturalis calor alimentum proprium
” depascatur, nunquam poterit ambientis
” calor, hanc dissolutionem inuehere.

Com. Hoc verum esse, & Aristoteleum esse, probare debuisti:
124. Nusquam tamen probasti. Cur igitur tibi fides habeatur, non Ari-
stoteli, qui de simplici ac naturali mixtorum interitu loquens, illud
διὰ τὸ περὶ χορῶν solum refert: de naturali verò corruptione ani-
matorum, ad ipsum calorem insitum, suum consumente humidum solum? Tu utrobiq; utrumq; vis: quo differet igitur mors à pu-
tredine? At violentum est (inquis) quod à causis externis dunta-
xat proficiscitur. At hoc non est afferre causam, quamobrem am-
bientis calor, dispergere insitum misti calorem nequeat, nisi is prius
seipsum debilitauerit. Itané inquam didicisti confidere demonstra-
tiones tuas? Hocne illud est, (ne nunc Analytica illa minutiora,
tuo fortasse Spudasto, minus cognita obijciam) διὰ τὸ περὶ γυμνα
τίου, εἴνεις ἀπό τοῦ? Quarit Spudastus, cur, quemadmodum
in tua violenta putredine, calor externus corrupit internum, quo-
uis tempore, ac tūm etiam, quando hic maxime valens est, non idē
etiam

etiam poscit in naturali. Tu respondes pagina 52. quia corruptio
tum illa, diceretur violenta. Atq; Analytica tamen tua hæc, tam
placet Spudasto, vt ad eam ne hiscere quidem audeat amplius: id
est, qualis Praeceptor, talis Discipulus. Et quām etiam sibi constat
illud, quod subiçis pagina 52. Fieri non posse, vt per putredinem
naturalē, sine ambiente, res vlla seipsam perimat? Qui calor sei-
psum arrosit valens, & ad infimum, (verbis tuis lacteis & melleis
vtor) debilitatis gradum perduxit, cur etiam non ex toto conficere
languens possit? Poterit inquies, sed interueniente nihilominus tū,
ambientis quoq; vi, quæ antea imbecillior erat, quām vt eius extre-
mam ruinam promouere posset. Et quomodo promouebit? educto
calore? igitur naturalis putredo fuerit compositus motus, partim
nempe absumto, partim educto calore: aucto? Non igitur ad ex-
tremam vsg; paucitatem redacto, vt tu scribis: inò redacto (in-
quies) quia voracitate quoq; ambientis, de illius humido non nihil
detrahitur. Acuta mehercle, subtilis ac recondita, & ex naturæ
penetalibus eruta philosophia tua tota. Solidum argenti purissimi
frustulum habeo, quod instar flammæ è lata bâsi exiliens, per mul-
tos flexus, atq; obliquos tortus, in acuminatum verticem assurgit,
octiduo, postquam (hoc sanctè affirmauit, qui mihi dono dedit)
concrescere ac procreari cæptum esset, à sua matrice auulsum: in
eo per tuam Cabalam (id, quod de auro, ferro, ære, lapidibus, ac
tot alijs perfectè mixtis, tibi mihiq; partim cognitis, partim igno-
ritis dictum velim) insitus calor, etiamnum valens & copiosus hæ-
ret, quia non multum ab ortu suo distet: at si eum tamen hyeme
cum Hypocausti, in quo illum, cum rarioribus aliquot alijs fôsilibus
ac subterraneis feruo, estate verò cum Solis feruore conferas, mirum
ni tibi visurus sit, non dicam vt tu, minor minimo, sed magno longè
exilior: (omnem enim paucitatem esse imbecillam, quia interna ni-
mirum principia pauca habeat, tradidit Aristoteles lib. 2. de part.

an. cap. 2. Author noster infrā tradet quoq;) Utinam tamen tam diu vita tibi (si id optes, nam ego mihi in tanta hominum , & quidem eorum, qui nobis exemplo sanctitatis & constantiae praelucere deberent, perfidia, leuitateq; non opto) superstit ac duret in columis, quam diu frustulum illud argenti duraturum est. Postremo, si calor internus, seipsum & suum simul humidum perimit, quis dicat, secundum hunc modum dissoluti mistum in principia sua? Author consensu ac testimonio etiam tuo docet, per putrefactionem simplicem ac naturalem patientia principia superiora fieri agentibus ; ideoq; οὐσιού illud amittere, quod acceperant : tu vero iam contrā: calorem ad extremum usq; superiorem humido statuis, neq; prius ex toto desinere, quam ille quoq; ad ultimam usq; guttam furerit dissipatus ? Quam igitur tua haec, cum Authoris nostri verbis, vel potius tecum conueniunt? imo vero, quam cū illis reuerendi senis, οὐχ ἀνάγκη ἀποχωρέειν εἰς τὴν ἐωστή φύσιν Ἐκαστο τελευτῶν ἀνθρώπων : τότε οὐ γέρου πρόστιν οὐ γέρου, οὐδὲ το θερμόμητρος πρόστιν θερμόρ &c.

52.

Si quod Aristoteles cap. 16. de respir. de animalium interitu scripsit. &c.

Com. Transferet illa ad mixtorū interitum Spudastes tuus, non autē
 125. qui vel ipsa prima Philosophiae Aristoteleæ tyrocinia didicerit. Et imponis hic tamen atq; affingis de tuo id Aristotelī, quod ille misquā cogitauit. Nunquam enim in eo scriptum legitur, animalia, quæ moriuntur propter μίκης πτωθίαν in ultimo senio ἐπιγενόμενα, sine vi, & sine dolore mori: Sed citius mori, quam aliās mortui fuissent: imo vero contrā, mortem duntaxat quæ per ultimum senium obrepit, nullo prorsus superuenientis affectionis insultu, citra dolorem, & molestiam esse. Tunc enim animalia mortem obire, nullo violento affectu

affectu tētata: Vnde & citra vllū penitus sensum animā ipsam exhalēt. Subijciam ipsius verba, vt ex eis lectors cognoscāt, quali fide allegare, & quanta iudicij dexteritate interpretari Aristotelis loca cōsueueris: κατὰ φύσιν δὲ θέρατος οὐκί, οὐταρ ἐν δυτῶ, νοῆται δὲ τῷ μορφῇ (cordis nēpe) σύσασις εἴδει ἀρχῆς τοιάντων, ἀλλα μὲν (nota) ἐπίκτητόν τι πάθος. Et paulo pōst, διὸ νοῆται ἀλυπος οὐκί, οὐδὲ τῷ γένεα θέρατος: quare δὲ ενοῖς (audis hīc omnem vel minimam etiam affectionē morbidam explodi) γειθεὶς πάθεις αὐτοῖς συμβαίνοντος &c. Verba autem illa, in quibus senes, si minima illis superueniat affectio, calore scilicet iam per se languente, citius, non autem citra vim & citra dolorem, vt tu doces, mori affirmat, quam alias nempe fuissent mortui, ita habent: διὸ νοῆται μητρῷ παθητέωμεν εἰπειγόντειν τῷ γένεα ταχέως (non dicit ἀλέπως) τελευτῶν. Et ad hanc quoq; fabellulam ornandam, conquisiuisti ex Thimaeo flosculum, quo nihil concludis aliud, quam mortem naturalem, quæ per senium solum obrepit, cum animal dissolubilibus principiis sit cōstitutum, carere dolore: alteram verò, vt ex morbo aut cæde, cum ante præscriptum à natura tempus, vi aliqua illata, animalis constitutio dissoluatur, non carere dolore: de quo nulla est controuersia. Probare voluisti Aristoteli corruptionem illam esse naturalem, quæ per senium etatis decursu fit, etiamsi ei, leuis aliqua superueniat affectio morbida: iam Aristotelis verba adducis, quæ contrarium indicant: & Platonis contextum allegas, qui nihil eiusmodi continet. Sic videlicet te nihil tuis istis melimelis philosophando proficere. Primum enim Aristoteles non appellat naturalem mortem, in qua vel minima vis ab externa affectione illata interuenerit: ergo etiam hoc nomine pro naturali non habebit corruptionem mixti, cui externum ambiens vt cung causam præbuerit. Deinde cum in naturali animali morte, id quicquid est superuenientis morbi non sit perpetuum: Mixtum vero non corrumpatur naturaliter, nisi διὰ τὸ περιέχον:

quid obsecro, & quantum tua ista eleganti collatione effeceris? Quid verò de Galeni loco? id quod de aliis, nempe præter omnem necessitatem huc eum adduci. Thesis tua est: Mortem, quæ per ætatum decursum ad senium vsq; obtingit, dici naturalem, & non violentam, etiam si in ipso senio μικρὰ παθήματα superueniant. Hypothesis verò, Galenum lib. 5. de sanit. tuend. cap. 9. & 1. de diff. febr. cap. 8. duplēm nobis describere marasmum seu senium: Calidum & siccum vnum, qui est μαρασμός τοῦ πυρετοῦ: alterum verò frigidum & siccum: Atq; hunc duplēm: Vnum quod senium ex morbo dicitur: alterum, quæ naturalis ipsa senectus est: differetq; hanc ab illo, quod ætatis cursu proueniat non præmature à violenta causa, cùm senium ex morbo succedere febribus ardentibus atq; hebetis, tām sua sponte, quam importuno aut immoderato remediorū frigidorum vnu consueuerit. libr. de marcore cap. 5. Quid inquam hæc ad Rhombum? (in quibus tamen continetur etiam aliquid, quod tuum est, Galenicum verò non est: Vbi enim in Galeno illud, celeriter?) Hoc dices: in vtroq; senio siccitas: neutrū sine concursu siccitatis Ambientis: Vnum tamen naturale, alterum violentum appellatum. Magna Apocalypsis. Sed neq; tua Thesis erat hæc, neq; hæc est etiam Aristotelea. Is enim nunquam scripsit, senium naturale σικὸν περιέχον fieri. Hæret, si nescis, fixius in animali natura calor, quam in mixto: illic enim focum & ιπέκανω, intus perpetuum habet, in quo fouetur seipsum ibi generans, extraq; sese effundens, citra ambientis etiam operam: istic autem per mixti corpus, vnde & vsquequaq; dispersus, cùm nullum habeat fomentum, vnde alatur, & focum, in quo seruetur, nullum ambientis vi, in quo naturaliter mixta degunt, educi atq; euocari facilius poterit. Et tam etiam hoc pertinet cap. 4. lib. de ort. anim. in quo Aristoteles canitatem Temporariam, quæ nempe morbis quibusdam, veluti comes consequitur, esse quasi aduenticiam quandam senectutem, senetutem

Et utem autem esse morbum naturalem pronunciat, quam reliqua.

P A G. 53.

Propria sunt natiui caloris, primò quidem "
subiectum suum proprium &c. "

Discipulus nihilò sapientior Magistro est. Dic nobis spudaste, Com. in misto vt cadauere, auro, argento, ferro, vnde sibi alimentum continuò apparat, & reluti fabricat (tuis enim vt i verbis placet) calor ex obiecta materia? An & aurum quoq; vorax? in auro ventriculus, iecur, cor, atq; ex eo natæ venæ? quomodo etiam in ijsdem calor idem suum subiectum humidum conseruat, si continuò depascitur? aut auget, si non habet, nec ex quo, nec quo reficiat? an non inquam ex his intelligis, te à Magistro tuo decipi, qui cum de corruptione naturali mixtorū disputet, ea quæ de corruptione animatorū quatenus animatorū ab Aristotele probata sunt, sive cause contra omnē rerū naturā, & honorū Philosophorū cōsensum accommodat? Sed audiamus nihilominus responsum illius, ad tuam ineptam, & minimè necessariam interrogationem. Nihilò sanè quidem illud hac minus inceptum, omninoq; indignum, quod refutetur: Sed quando cœptum est, hanc quoq; cum aliis deuorare molestiam lubet.

P A G. 54.

Pro huius rei explicatione sciendum est &c. "

Neminem esse arbitrò tam rudem eorum, quæ in naturæ contemplatione occurrunt, qui non didicerit, qua ratione calor natiuus animalium, & organum sit animæ, quo nimirum hæc œconomiam omnem suam administrat, & nihil minus progressu temporis, ipse seipsum perimat. Neque potest noster hic tam in re tam plana & perspicua non trepidare, non impingere, non labi. Rem ipsam paucis aperiemus primum, deinde vero

Eraſti argutiolas proprius inſpiciemus. Ignis animalis, ut ex Aristotele cap. 4. lib. 2. de anima. cognosci potest, per ſe non aliis eſt naturae, quam Elementaris ille (ille inquam, quem ex Peripatetica & Galenica Schola, à qua iam diſcedere nolle nos protestati ſumus, nobis proponunt) Tactus huius rei eſtimator, ac iudex eſt optimus: Eſfecta etiam eadem, attenuatio, diſcūſſio, diſſipatio, unde exiccatio: Igne hoc noſtrate per πυριανατα foueri atq; etiam augeri calorem animalis certum eſt, & ab Aristotele traditum. Galenus idem, cum alibi multoties, tum lib. 5. de fac. ſimpl. cap. 5. atq; ad finem lib. de conſt. art. med. lib. de marafmo. & 3. de ſan. tuend. teſtatum reliquit. Ignem autem animalem cum dico, intelligo non flammam, neq; purum elementum illud (quale ſibi iſti imaginatione fingunt) ſed medium inter haec aliquid: nec eius inquam conditionis, cuius ſimplex ille & purus eſt, neq; illius, cuius hic noſtras, corporis ſolidioris admiſtione condensatus: ideoq; ut non lucret, & lucis tamen principia in ſe continent, neq; vrit, ita pabulo eget, ſponte corrumpitur, atq; ē ſuo foco elapsus certam non tenet ſedem. Sunt enim gradus efficacitatis ac lucis in calore varij, prout vel ad miſta aliena materia, de quo eſt problema ſect. 3. vel proprie, densitas ac raritas variat. Id quod Theophrastus lib. de igne his verbis expreſſit: ὡς οὐ τὸ πυρός φύσις ἴδιαιτας ἔχει καὶ πλεῖσταις δυνάμεις, διὸ μὲν γαρ δικαὶος τὸ πῦρ ἀλλωρ δύναται, διὸ τὸ ἀνθρώπῳ ταῖς δυνάμεις: δύναται διῆ τῷ φύσι φέρον. In ferro maxime lucet & vrit: in carbone minus: in papyro noſtrate parū: in flamma, qui eſt ut Theophrastus docuit, fumus ardēs, minimū: in ipſo fumo iam omniē amittit luce: in ſanguinis halitibus, quos ſpiritus dicimus, & in aere tam dilutus, ut neq; luce fulgeat neq; cōburēdi vim habeat: Purus ipſe verò id eſt in ſua materia, ne ait tu quidem calet, ſi Auerrhoi credimus. Quod ſane malum affirmare, quam inſipidam Scaligeri glossam recipere. Priuūm enim credibili-

le non

le non est. Auerrhoine respectu duntaxat comburentis caloris negasse, ignem esse actu calidum, qui satis expresse docuerat, nostratem hunc esse illius excessum: deinde, cum caloris natura ea sit, quam mox exponemus, necessariò argumentum Cardarii concludet, *Ignis Sphaeram esse nullam.* De quo Theophrastus etiam ipse, dubitare omnino visus est, cum docuit, absurdum rideri, statuere id pro principio aliorum, quod ipsum per se incolume esse, & absq; aliena materia cohærere non possit: Nisi tamen (inquit) eiusmodi natura in primo forte globo, impronoscua & syncera sit, οὐ τὸν ἄστεπον φάνισται πρῶτον αὐτὸ λέγειν, νχεὶ διον ψρχημ, μὴ δίοντ̄ εἶναι χωρίς ὑλης. Subijcit causam δύτε γαρ ἀπλάδυ δυτῶγε, δύτε πρότερον τὸ ὑποκείμενον, νχεὶ τῆς ὑλης: tum addit εἰ μη τὶς ἐν αὐτῇ τῇ πρώτῃ σφαιρᾳ τοιαῦτη φύσις. Quasi ignis primi illius globi purus sit, & mulli aliena materia permixtus: alter vero hic περὶ τὴν τῆς γῆς σφαιρᾳ μεμιγμένος, νχεὶ & εἰ κατὰ γένεσιν. Quod tamen si verum sit, ignis ille tuus in mixto, Eraste, non se absumet: at condensatus (inquis) in propria materia, ad mixtionem concurrit: at tui (inquam) negant sic condensari posse: tui dico illi ipsi (vt solent scilicet, nusquam in disputatione hac sibi constare) qui ferri cendentis, & non cendentis quidem, sed vrentis tamen, partes omnes omnium dimensionum æquè occupasse ignem docent. Igitur aut naturam caloris nostratis huius obtinet Elementaris ille, quomodo ruet quarta Sphæra ignis, aut non obtinet, qua ratione philosophia tua de calore mistorum tua erit. Nosti quid velim. Sed insit in mixto tandem, condensatus etiam in propria materia ignis ibi tamen est quasi non ignis, quia ubi ille, ibi quoq; aduersarius, & misti quælibet pars etiam minima, pariter calet ac friget, vt tu supra ex Mathematica Elementariorum docebas. Ergo tam tuebitur humorem frigus, quæ oppugnabit eundem calor: aut si calor tandem vbiq; præualeat, nō poterit mixtum, nisi hac una ratione naturaliter corrumpi: cum tamen pa-

men pagina 24. scripsitis, quacunq; ex qualitatibus fortiore facta, mistum in elementa solui posse. Sic audis Hydræ istius Elementariæ, capite uno exciso, alterum continuò renasci. Verum hæc nos longius, quā nunc quidē par est, auocarunt. Ad prima igitur Pabuli indigū calorem facimus, non tamen è quo alatur: ὃν γαρ τρέφεται, ἀλλα γίνεται πῦς διὰ συνεχῆς θυγότης καὶ ξηρᾶς μεταβαλλόντων. 2. Meteor. cap. 2. Semper enim continua humoris transmutatione, alius atq; alius oritur, idem nullo tempore permanens ὃν γαρ ἡ ἀντίθετη σύναψις εἶναι χρήσοντος ὡς ἐιπεῖν: Sed perpetuò nouis subinde generatur, ac fluminis instar fluit, quanquam id oculorum obtutum, propter celeritatem effugiat. τὸ δὲ πῦς διάτελε γίνεσθαι μενον, καὶ ἕρεμον ὄντα ποταμός lib. de vita & morte cap. vlt. quod etiam Theophrastus docuit his verbis: γεννᾷ μὲν γαρ τὸ ἐπιπλέον, ἀεὶ προιένου καῖον, καὶ ἔξομοιδμενον: συμβαῖνε δὲ νεὶλ ἀπέλανθριμ ἀντότης γίνεσθαι τινὰ καταναλισκομένης ἀντότης θεοῦ θυγότην τος τῶν πρετέρων πυράκμένων. Id igitur pro rato habendum, calorem animalis, atq; igneum propriè appellatum (clementarem enim illum, propriè sic dici, negat Aristoteles 1. meteor. cap. 2. & 3.) conditionis eiusdem esse ac naturæ: (id quod alibi pronunciatum est, ignem nihil generare ad temperationem ac modum, non ad speciem ac naturam esse referendum) atq; item illud, calorem omnem, qui apud nos est, in aliena esse materia. Significauit id clarissime Aristoteles 3. de gener. anim. cap. xi. ἀλλα τὸ μὲν πῦς (nostras hic scilicet propriè sic appellatus & feruoris excessu quodam definitus, lib. 2. de ort. atq; inter. cap. 3.) ἀεὶ φαίνεται τὴν ασφάλην οὐκ ἴδιαν ἔχον: ἀλλα τὸν ἐτέρωτῶν σωμάτιον. Nam aut aér, aut fumus, aut humor, aut terra esse videtur, quod ignitum est, ἢ γαρ ἀηδί, ut fumus, atq; ut spiritus animalis, ἢ καπνος ut flamma, ἢ γῆ φαίνεται τὸ πεπυρώμενον, ut in flamma, in ardentibus pruni, in ferro candente: adde tu ἢ θεῖος, ut in feruente aqua, & humoribus vel per sanitatem calidis, vel per febres ignitis, de quibus etiam suo loco tecum age-

eum agemus. Si igitur calor hic nostras nihil sit aliud, quam perpetua humidi transmutatio in siccum, fluminisqꝝ instar semper fluat, duobus praecipue modis extingui ille poterit. Vel enim quia absit humidum, in quod ultra semper ad sui propagationem grassetur: vel quia adsit, quod nimium retardet effluxum eius, acceleretur. Hoc ipsum ἀρχὴ Theophrastus appellat: quasi natura cuiusqꝝ ignis, vel solidioris & densioris dico illius, vel flammæ, vel fumi, vel aliis, certis quibusdam raritatis ac densitatis terminis (suis dico cuiusqꝝ ignis) comprehendatur, citra & extra quos consistere nequeat, & ignis esse desinat. Ut enim nullus calor absqꝝ humore flagrat, ac riget, ita etiam si hic suppetat, & iusta tamen vis ἐγγραφηέν (quam cum ipso scilicet humore cremabili collatam, Theophrastus ἐναντίου dicit) non adsit, omnino extinguitur. Hæc verò incommoda si adsit, perpetuò vigere per se ignis & calor omnis poterit. Quæ principia si istis venissent in mentem, facilius etiam dicere atqꝝ explicare potuissent nobis, quomodo in intimis etiam terræ visceribus tantum concipi calor, cùm citra flammam & accensas prunas, tūm cum his possit (qui tamen omnis à Sole originem ducat, etiam si radiorum eius appulsio, ad profundos r̄sqꝝ terræ hiatus non perueniat, atqꝝ in ipso propè telluris corio retundi ac solui videantur) quantum ad generationem gemmarum, lapidum, metallorum, succorum, aliorumque fossilium ad longissimi temporis feruorem, aquarum scaturiginibus (thermas vocant) conciliandum, aliaqꝝ istiusmodi terræ miracula edenda, satis esse posset. Sed ad rem. Galenus lib. de r̄su resp. cap. 3. & lib. de rig. trem. palp. cap. 6. hanc Aristotelis & Theophrasti doctrinam in sua commentaria transtulit, cùm scripsit, Flammam habere velocissimam corruptionem, quia semper in ambientem dispergatur: propterea qꝝ etiam necessarium esse, ut eius generatio sit velocissima, alias ne minimo quidem momento duratura. Vnde & duplex illi sit naturalis motus, de quo Alexander probl.

Senjs curz m. 20 sect. i, sursum versus ad natum locum, propter levitatem, atq; deorsum ad principium, id est materiam, unde suam habet originem ac propagationem. Igitur duobus etiam modis interire ignem, defectu nempe materie, atq; impedimento effluuij; vt si vel effluuentationis (s. n. locat. 2. tab. in lit. 2. cor. qual. t. 2. cap. 7.) flamma interitura sit. Ex motibus cōtrarijs (inquit ille) quorum alter mutuo excipit & consequitur alterum, unum absq; altero conseruari est impossibile. Nam verò humidum cremabile abest, vel quia non suppeditetur aliunde, vel quia suppeditatum preproperè consumatur: id quod sit, aucto nimium calore, de quo postea ex propositis curz m. blematis dicendum pluribus fuerit. Retardatur effluxus circummodis inter. stante corpore nimium crasso, qui modus suffocatio dicitur. Sic enim coaseriatum principium ipsum, cum celeriori eius generationi effluxus commoditas & libertas minime respondeat, quasi compres- su ex elisu quodam contabescit. Eam ob causam densato aere exterum ignem suffocari, imò verò & lucernas extingui obseruamus, atq; in animalibus prohibita respiratione calorem: (Sic enim inquit Theophrastus) crasso atq; immoto aere, id est fuliginoso illo halitu densiore, quem è se continuò emitte calor, circumdante quasi com-

Causa interibz operarij in conclusis fodiis aliusq; terrae primitur, eliditurq; παχύς οὐ πόδης, κοὶ ἀνιψίος ὁρατος, νοῦ θλιβε. Vnde & crassiore aere difficulter reddi respiratio- nem docent Medici: atq; operarios in conclusis fodiis aliusq; terra biatibus momento strangulatos (id opera Daemonum factum, plen- runq; falso timida plebecula credit) cognitum satū atq; perspectū habemus. Galenus etiam producto iam capite lib. de respiratione scribit, cucurbitulis impositam restinguī flammat, quia illa immo- rem ab aere dicē intrō cohicatur. Contrā verò, quia oxyus effluat iam genitus, illis crassi, quam nouus generetur, atq; vnā soluitur atq; distrahitur termino- rum principij continuitas (citra hoc enim illud nihil noceret, quod ex elevant). Cesalpinus non obseruauit) calor concidit omnis, eneruaturq; Sole

Sole minus vrit ignis, quām in vmbra: calidus enim aēr flammarū dissipat atq; dispergit, inquit Galenus: & que cremantur, tardius deflagrant & late quām hyeme, vt & lucernæ propè luculentum ignem, atq; in sole minus lucent, imò verò etiam supra flammarū posite, restinguuntur. Causa omnium horum effectorum ea, quam exposuimus. Quemadmodum enim hyems, & omnino ambientis frigus colligit ignem, atq; vna lumen (est enim hoc à certa densitate ignis) roburq; illis eo modo addit: (siquidem consociata & collecta vis omnis iuxta leges naturae, & hanc hanc ratione id quod pluribus effectis Theophrastus allegato loco probat) Sic ambientis eiusdem calor, diffuso ac rarefacto principio, imbecilliora reddit eadem. Est autem hoc loco cogi, ac diffundi nihil aliud quām densitas, rarescereq; id quod supra dicebamus, ex ardente pruna flammarū, ex hac fumū aut halitum, & vicissim ex his flammarū, ex ea coactiore densioreq; fieri ignem. Ideoq; Theophrastus carbonem, aut nullam aut exiguum admodum edere flammarū posse, testabatur, propterea, quod in eo magna vis humoris non insit, qui mutetur in aērem. Quasi nimirū flamma nihil sit aliud, quām aērescens (vt ita loquar) terreus vel aqueus ignis. Ad eandem ruinæ causam refertur immoda caloris agitatio. Ut enim moderata ventilatione nonnihil in seipsum coactus calor, maiores acquirit vires, & quasi è morte excusatatur, atq; vna eiusdem agitationis interventu, dispulsi ac dissipatis crassioribus, illis quibus vndiq; premi solet excrementis, expeditiorem scilicet ea modo nactus effluxum, luculentius ardet, faciliusq; ita maiore accrioreq; laceffente motu, vt ex aēre calidiore disiectetur principium, & quasi frangitur, interciditurq; effluuij continuatio, in quo uno situs est caloris vigor. Quanquam Galenus lib. de rsu respir. cap. 3. doceat, immoderatum motū, alia etiam ratione flammarū restinguere, quia nimirū eam, versus materiam nimium reprimat, vt & frigidus aēr. Carbones ionitos.

vehementior etiam spiritus vis non extinguit, quia propter materie
soliditatem, cui tenacius adhaeret, non diuellitur, aut suis distrahitur
 partibus ignis. Quinimò flatus in apertos impetu sua, expurgatosq;
 & undequaque perios redditos, carbonum meatus, ignem impingens.
maioris & celerioris ardoris causa est. Atq; hec sola causa est,
 propter quam nullus ignis, præterquam in aëre afferuari, ac durare
 diu posset. Quodcumq; enim aliud corpus ignem tangat, extinguit,
 quia opprimit: per aëris verò tenuitatem, raritatemq; suopte impe-
 tu sursum libere moueri potest: aërem potius ipse mouens, quam ut
 ab aëris (quod ex veteribus quibusdam, vt flammæ fastigiatam si-
 guram illam, suis definire causis possent, valde placuit) incurratio-
 ne aut impulsione aliqua (omni silente aura intelligo) moueat:
 Porro, quod isti somniarunt, & nuper leuibus quibusdam rationi-
 bus, persuadere nobis Gallus quidam, rerum natura imperitus vo-
 luit ignem nimiri aëre nutrir, ac proinde in eo solum vivere posse,
 alibi est à nobis explosum. Cui etiam minimè fauent (vt isti putant)
 Theophrasti verba. Tectis cinerebus ignis (inquit is) non sublato
 quam ablato cinere ocyus interit: quod tamen ita est accipendum,
 vt ea paucitate sit cinis, que aëris appulsum nō prohibeat &c. Quasi
 verò non eiusdem quoq; Authoris hæc verba sint: ignem libero ex-
 positum aëri facilius contabescere. Cur autem hoc si nutritur aëre?
 Sed de frigore dubitatur, quomodo calorem perimat. Contrarium,
 inquit Theophrastus, contrario suopte natura exitiosum est: ideoq;
 etiam modum corruptionis hunc naturalem appellat: Sed idem ta-
 men humorem tanquam contrarium, igni adferre testatur exitium,
 quem non nisi eatenus extinguere ignem tradit, quatenus principiu-
 ipsum occupat, intercludit. Cognosci id ex eo potest, quod feruen-
 tiissima etiam aqua affusa, restinguatur ignis: (Scaligeri magenta
 refutabimus alibi) & oleum alias ad cremandum aptissimum, pi-
 cem ardenter restinguat: nec non acetum, alioquin longè efficaci-
 us, ac

Gallus
 Dam ex
 nō impīus

f. 304

us, ac celerius, quam aqua, interimat ignem. Qui fieri enim alias hoc possit, nisi quoad tenuiora subtiliora cum sint illa corpora, ad principium ipsum ac fomitem ignis peruidunt promptius, quod lentore deinde atque crassitie sua, obducant, operculent, obruant? Et eiusdem quoque Theophrasti sententia haec ipsa est: οὐ τὸν ἡγεμόνα σβέννυται τὸν φύρων. Quod frigidū est (inquit) non quia frigidū, usquequa que extinguit. Et aere frigidissimo, cur non restinguatur, sed potius corroboratur ignis? Extinguitur per se (inquires) sed eadem frigoris vis, in vnu contractus sui partibus, per accidens robatur: (sic) & frigore coqui fructus, atque aduri plantas, dicere consueuimus: cum tamē ista vnius caloris effecta sint (ideoque Theophrastus, cineribus tegi consueuisse ignem, scribit, ne appulsum aeris extinguitur, ita tamen, ut semper expirationis habeat satis: Verum nos id non inficiamur, Aerem ut frigidum restinguere calorem posse: id enim Theophrasti verba hac expresse volunt: ὁ μὲν γαρ δισὶ ἡγεμόνες σβέννυται: atque illa: συντεθενταί τοις δύο ἀμφω τόσθιν γρόβη, καὶ τὸν φύρων φθείρε: τὸ γαρ πῦρ θεγμόρ καὶ ἔκβολον, οὐτως γένεται τοῖς ἐναντίοις ἅπο τῷ φύρῳ ἐναντίων καὶ φθείρε. Non inquam haec inficiasimus, sed illud tantum querimus, utrum frigus apud eundem Authorem, restinguere calorem per se dicatur alio modo, quam qui ad interceptum, vel retardatum effluxum refferrri possit. Dicunt enim alij, circumfluente quidem gelu, non nihil reuocari & colligi liberius ex euentem calorem, ut fiat eo modo vegetior: verum frigore acreiore ac vehementiore facto, & eodem ad intima usque peruidente, eundem calorem vndique ita comprimi, ne qua effluere, aut respirare possit, unde illi mors. Hoc autem quid aliud, quam quod Theophrastus scripsit, καὶ τὴν ἀπορρόην μὴ γίγνεθαι: id est principium opprimi, strangularique? Id quod etiam Galenus toties citato iam capite voluit, ubi scripsit. Frigidum aereum idcircoflammam conficere, quia eius alterum motum immoderatus intrō protrudit.

Sed hæc in maiorem quandam conquestionem, quām pro insituto
nos euocant. Eò igitur unde digressa est, iam redibit oratio. Ignis
externus cūm sit excessus caloris, citissimam habet generationem,
ideò & effluxum quoq; celerrimum, vt non nisi in aperto aere lucu-
lenter ardeat. At ignis animalis, cūm sit mitior, & in humida ma-
teria, nempe sanguine ipso, tardius generatur in suo foco, nempe
corde, quam externa flamma: (ideoq; sensu percipitur tempus, in-
ter aliis atq; aliis ignis generatione: quod pulsus contractione: &
interna quiete definitur) Vnde etiam sit, vt, quamvis libero aeri non
sit expositus, duret tamen, quia effluxum per arterias habeat, qui
sui generationem, nec præuertat, nec sequatur tardius. Cur igitur
suppeditata igni animalis materia, quotidiani cibi potusq; supple-
mentis, liberoq; procurato effluvio, non perpetuo duret ac rigeat a-
nimalium vita? Nam ex quoddam subterraneos iones, eadem rati-
one perennes esse, aut saltē longissimo temporum spacio riguisse
certum est. Non idem nec tantum humidum (dicunt) ætatis pro-
gressu reponi, quod & quantum in ipsa rei generatæ radice, primo-
reß etate, calorem naturalem vegetum conseruare poterat. Sed cur
hoc? Quis (dicunt) ut vis animæ sit eadem: hec enim incolunt
substantia nunquam hebetatur: instrumentum tamen sit iesum, quo
impeditur ac deniq; tollitur ipsius officium. Calor nempe ipse longo
multoq; vsu debilitatus ac detritus (omne enim agens naturale, a-
gendo patitur) non potest, quod ab eo inre naturæ exigitur, absolu-
tere pensum. Sic igitur quotidiano agitatus opere sensim flaccescit,
donec inopia humili in totum aboleatur. Ut hac ratione seipsum pe-
rimere dicatur infitus calor, quia illud absument, sine quo apud nos
quidem, subsistere iones vllus haud queat unquam, & quod ipse si-
bi reficere nequit. Alij non ad imbecillitatem caloris, sed ad humili
di primi genij defectum, primam mortalitatis nostræ causam refe-
runt: Ex hoc enim ali illum aivnt; & quanquam sugeratur, suf-
ficiaturq;

Senex. n (inq)
quod am in 10.
co Auct: I hi
auit et uelut
inuenis vid,
et in june
mis.

A hinc de
proposita q; mirunt: Ex hoc enim ali illum aivnt; & quanquam sugeratur, suf-
ficiaturq;

ficiatur illi perpetuo ex cibo potuq; alimentum, ne hoc deficiente
 ad primigenium illud depascendum se conuertat, quotidie tamen
 necessario fieri dicunt, vt portiuncula ex eo quoq; absunta dematur,
 sensum initio id nostrum effugiens: quia & non multum sit, & in-
 gesti cibi affusione appositione q;, facile instauratu resumatur: donec
 progressu tē poris, magis magisq; indies exarescētibus partibus quas
 appellant solidas, nec vt prius facile recipientibus, detecta quotidie
 plus plusq; appareat eorundem exiccatio, ingenitacq; ijsdem humi-
 ditatis amissio: qua destitutus calor, pabulo iam ac receptaculo suo
 carens, & ipse exhalatus tandem pereat. Ergo secundum hos pri-
 ma caloris animalis interitus, causa est, Humidi primigenij, sine
 quo non subsistit ille, continua consumptio, cui ex toto resisti alimen-
 tis ingestis, nullatenus possit, quin aliqua perpetuo iactura illius fiat,
 vt sensim decisum, tandemq; ex toto accisum, & in nihilum reda-
 ctum, deficiat: atq; hac eadem ratione calorem vt alatur, non vt
 absumat, posteriusq; ideo tantum, non autem primaria ratione, se-
 ipsum perimere: calore item membra produci omnia, ali, augeri,
 ac solidata confirmari: Interea tamen eandem, ob humidi radicitus
 nobis inherentis consumptionem, quam assidue, non in id quidem
 principaliter agens, sed vtilibus illis operibus, quae necessario edit,
 consequenter molitur exitium sibi, ac nobis afferre. Sed & hæc,
 quæ isti de tantilli illius humidi primigenij exiccatione perpetua,
 & quæ alij de nativi caloris imbecillitate, quotidianaq; attritione
 plausibiliter dicunt, mera esse abitiose atq; otiose phantasiæ signæta,
 diximus ac mōstrauiimus alibi: eorum etiā rationibus (sanè leuibus)
 perperāq; r̄surpatis axiomatis, abunde satis cōfutatis. Ignis tā diu vi-
get (inquit Aristoteles) quā diu subest, ex quo nutriti posse: atq;
hoc si infinito tēpore suo geratur, ipse quoq; perpetuò durabit, 2. de
 an. cap. 4. Verūm vti dixi non sunt hæc loci huius. Nunc igitur il-
 lud tantum subijcam, Vnicam interitus nostri naturalis causam, ef-
 fluuij

fluuij necessitatem esse constituendam: Dicatum antea, ignem animalis
 malem eiusdem esse naturae, cuius est externus hic nostras, id est
 in aliena materia. In omni autem eiusmodi igne perpetuo generan-
 tur excrementa: Si igitur huc semper excerni, atq; e corpore ani-
 malis possent eximi, suppetente humore, perpetua quoq; nutritio ac
 vita esset. At illis minus excretis, hoc incommodi sequitur, quod d
 ignis impedito effluxu quasi pressus eneruetur, ut minus deinde ap-
 parare ac reficere sibi alimentum queat. Flamma externa, que in
 aperto est, cineribus subsidentibus, & fuligibus libere emisso, ne-
 geta semper, & nungquam, quantumvis multo ac diuturno vsu atte-
 renda, perpetuo (si nutrimentum ei suggeratur: hoc enim intelligo
 semper) vigere poterit: at animalium ignis instrumentis conclusi,
 & in humida residentis materia (vtrumq; enim propter com-
 memorata alibi commoda fuit necessarium) alia ratio & conditio est.
Augetur initio alimenti accessione maiore, ad vigorem et atus usq;
hinc ex alimentorum variorum ac solidiorum vsu, duplicis excre-
 menti generatio: tenuioris quod fuligibus, & crassioris, quod
 cineribus respondet. Illud expurgatur facilius: Hoc tardius atq;
 expedite minus: & multum tamen est, quod a sidue per destina-
 tos canales affluit. Hæret igitur intus semper eius aliquid, unde
 paulatim ariditas corpori, ac tandem senectus conciliatur: usq; dñ
 instrumenta respirationis, & ipse demum calor focus, exaruerint
 adeo, ut ad omnem motionem reddantur inepta: propterea q; calor
 nouum reparare, & in locum abeuntis substituere, in quod se pro-
 moueat, non amplius potens, suum illud reliquum, quo etiamnum
 sustentatur humidum cogatur absumere, seq; hoc modo ipsum inter-
 rimere. Hæc vera mortalitatis nostræ ac naturalis & inevitabilis
 causa est, ab Aristotele etiam ipso adumbrata, non tamen expre-
 sa: ex qua multorum, que in tota corporis animati oeconomia fieri
 obseruantur, commoda ratio, atq; expedita satis reddi potest: atq;
vna

vna cognosci, quomodo animalis ignis beneficus & maleficus, riteq;
author simul & mortiferus habeatur. Sed iam tandem ad Erafstū.
nam reliqua huc pertinentia, subiungere suo loco infra cogemur.

Sciendum est primò, calorem natuum in
re vna semper minui &c.

Vbi Magistro ac duce ipse cares, quam miserè philosophari: Com.
Cur in re vna semper minuatur calor ab initio generationis? quid 128.
tibi res illa vna est? Humidum? Cur semper in hoc minuatur, si
hoc semper adsit?

In causa illud est: quod res nulla potest
se meliorem generare.

Phy (inquam) cum gerris istis, & speculatiunculis tuis fri- Com.
uolis: Esto, non producat se maiorem, nec valentiorum calor: at pro- 129.
ducat similem, aequalem, vniuocum. Cur igitur minuatur semper?
& augetur calor in recens editis, ad quintam vsq; annorum septi-
manam, quam iuuentam seu florentem etatem dicunt: (audebisne
etiam tu pro vno aut altero Galeni Sophisme, contra tot invictas
rationes stare) quomodo igitur semper minuitur? Deinde axioma
etiam illud non omnino verum, neq; citra limitationem à docterioribus

NB
receptum. Collisio solidorum corporum est accidens: ignis qui inde extunditur substantia est: hec natura & perfectione illo prior. Lumen cuius sit
Quanto prestantiora ossa, caro, nervus, cor, cerebrum, calore illo, spiritus, anima: Ignobilis est anima:
qui in limo est, à quo rana? Quid in summa de agentibus, que ex ea
qui uoca ab istis tuis Elementarijs appellantur, dices? In ijs, e quibus per putredinem generantur animalia, quæ pars (ne de toto iam calorem nolum
queram) eius inest, quod fit? Proprium tamen esse substantie, ut q; præstantie sit.
semper necesse sit præexistere aliam actu, que faciat v.g. animal, qab. c. 5. ds
si animal sit, quale vero & quantum non esse necesse, sed potesta-

te duntaxat, Aristoteles docuit, & verissime docuit 7. lib. metap. Verum hæc fortasse minus digerere spudasti tui stomachus posset: neq; ad hunc locum pertinere videntur. Ad tua igitur denuo.

” Deinde nouisse oportet &c.

Com. Calor noster nativus, tam ut igneus est, (hoc ad speciei naturam
 130. pertinet) quam ut est nativus (hoc non ad naturam, sed ad quantitatem & temperationem refertur) id est certa proportione ad subiectam materiam constans (non ut tu plebeio ac vulgari modo ait, cum reliquis qualitatibus certa proportione mixtus) subiectum suum depascitur, seq; ipsum conficit: Apponere assimilareq; non eius sunt opera, vel ut ignei, vel ut nativi: Sed anima per ipsum: per ipsum, inquam, ut igneum, attrahentem (quomodo attrahere alias docuimus ignem) attenuantem, coquentem, incrassantem: ut nativum autem, tantum eatenus, hoc illo modo. Utroq; autem modo subiectum suum depascitur calor, quia utroq; modo calor est, Sunt hæc tam trita, ut pudeat illa referre: & audes tamen affirmare, voluisse te hac subtilis scilicet mysterij huius explicatione, quam esse veritati consentaneam scias) tu inquam cum tuo Spudasto scias) sententiam Galeni lib. de marc. cap. 4. clarius exprimere, qui nihil eiusmodi eo in loco tractat, cuiusmodi à te Spudastus petiit.

P A G. 54.

” Er. Certum est, hæc de calore animatorū præcipue.

Com Dele, dele illud præcipue: Quid tu inquam hic cum tuo præcipue? Apage illud. Si verbulum unum in toto Aristotele indices, quo eiusmodi quippiam de corruptione mixti naturali, intelligi vellet significet, non recuso pro insano, pro infante, & si quid etiam aliud amplius velis haberi. In lib. de vita & morte, atq; in lib. de resp. definit

definit corruptionem naturalem animalis: in q. meteor. corruptionem mixti naturalē. Huius ratio ab illius ratione, tam distat, quam cœlum à terra. Et ipse metu Philosopha corruptionem naturalem animalis, aliam esse a corruptione mixti naturali, diserte tūm affirmat, cūm illam in animalibus, ad hanc esse viam docet. Prius enim, animal interit, ut animal, naturaliter per senium: ex planta ut planta per œvavsi, deinde vtrumq; ut mixtum naturaliter per putrefactionem, quod & Lucretius cecinit lib. 3.

Proinde vbi se videas hominem indignarier ipsum.

Post mortem forc, ut aut putrefascat corpore posto.

Aut flammis interfiat &c.

Putredinis causa tota adscribitur τῷ περιέχοντι: (verba Aristotelis hic plana & perspicua sunt) senij causa, ne quo ad gry quidem in τῷ περιέχον transfertur. Putrefactio est dissolutio humidi à siccō: senium absumptio ac defectus humidi. Putrefactio fit, quia evanescatur ab alieno: senium quia atteritur à seipso calor. Quid? quod tu ipse veritate rei tacite conuictus, hæc isti tua pseudophilosophie adnecisti:

Ingens nihilominus inter animata & inanima-
ta discrimen esse (quoad naturalem vtrorumque
corruptionem videlicet, de hac enim loqueris) ne
ipse quidem Aristoteles usquam dubitauit arbitrator.

Citra tuum etiam arbitrium id verum est Eraste. Cur igitur
subjici?

Ego in huius rei declaracione animatorum ex-
emplo propterea vtor, quod facilius tota rei pro-
positæ disputatio sic explicitur. Nulla

Nulla tam ardua & tam inuoluta esset disputatio, que ista ratione agendi, nempe inuertendo & peruerendo authorum Scripta, eademque pro arbitrio interpretando, facile decidi (apud Spudastos inquam) non posset. Et audes tu pro exemplo usurpare illa, quae ingens discrimen (tuo verbo rtor) secum adferunt? πάντα δὲ ταῦτα ὑπὸ τοῦ οὐτὸς καθόλως: ubi hic est καθόλως? ubi illud γενος cuius gratia μέσος προσέσθι μέσος, & όμοιος προσέσθι όμοιος referri exempli ρυτου docemur? Δέδη ιογή τὸ μέσον τῶν τριῶν καὶ τὸ πρώτον τῶν δυοῖς γνώριμοι εἰναι τοπάσχομενοι. Et nosti tamen quale iudicium Plato de ijs ferat, qui ne per accommodata quidem exempla docere sua possunt. In Galeni quoque lib. 2. de fac. simpl. med. cap. 18. Scripta sunt hec: οὐδὲ δῆμος οὐδὲ ενταῦθα ποζήσαται τε ιογή σύνομοιοτάτα μαρτυρία τίθεσθαι δέηται.

P A G. 55.

” Non enim est difficile, etiam inanimatis appetare.

Com. 132. Verum est, non esse difficile: quia difficultas potentiam non excludit. Aptare autem modum ac rationem corruptionis inanimatorum, animatis, unum ex illis est, que fieri simpliciter nequeunt: Aut tota Stagirita Philosophia corrut necesse est. Verborum argumenta mehercle Philosopho digna haec: Præcipue: loco exempli: Non est difficile.

IBIDEM.

” Interim scire conuenit, calorem inanimatorum, vix annis multis, tantum natiui humidi absumere, quantum animorum calor paucis horis consumit.

Hunc

Hunc imponit priori huius Tragediole Actui colophonem E- Com.
 rastus, id est dignum patella operculum. Supra strumas hasce ex- 133.
 cauimus. Nunc ista obijcitemus: Tibi inquam, non ijs, qui iam intel-
 ligunt, omnem calorem esse à cœlo: atq; hunc in viuentibus duntaxat
 actu inesse: in mixtis sola potestate: prima dico, ut non nisi ad no-
 strum calorem relata, dicantur calida. Quantulum humidi in Py-
 rite lapide? Hematite? lapide Asio? in Smyri? in lapide Lazuli? in
 Alcyonius? in auripigmento? Sandaracha? Misyi? Sory? Chalciti-
 de? Aëre? Auro? quanta vicissim in plerisq; istorum caliditas? Vita
 tamen eorum, si cum animantium vita conferatur, immortalis iudi-
 cabitur. Quare tu tibi innumera alia, ex amplissimo hoc Naturæ
 penu, quibus (si aliter nequeas) audaciam tuam docendo, &
 Spudasti tui assentiendo præcipitantiam cohibere nonnihil poteris.
 Ego ad alia pergo.

P A G. 55.

Primum igitur quæro, cur putredinem di-
 xerit esse corruptionem. Er. Quia latius
 patet, quam putredo.

Hactenus monstrauimus, pessimè sentire Spudastum, qui putet, Com.
 in cap. 1. lib. 4. meteor. non unam vnius, nempe simplicis, sed dupli- 134.
 cem duplicitis putredinis, naturalis nimirum & violentæ (Sic enim il-
 le discernit eas) definiri. Nunc ne intelligere quidem eum Aristote-
 leæ definitionis verba, planissimum faciam. Apponam hic prius
 illa: στηνὶς δὲ δέ φυορὰ τῆς φύκασφ ἀγεώδης διέπαιας νοεῖ κατὰ φύσιν
 θερμοτήτας, ὑπὸ ἀλλοτρίας: διότι δὲ δέ φύεται περιέχωντο. Dicatum
 supra, non esse hanc definitionem putredinis Quidditatiuam, ut di-
 cunt: sed causalem: ad quem locum reuoco Spudastum, ut cognoscat,
 φθορὴν hic non accipi generis rei definite loco, nec reliqua ver-
 ba pro differentia eiusdem addi.

” Cur verò Aristoteles putredinem &c. E-
” raft. Hoc expositum prius fuit &c.

Com.

- Totus es Nectar & Ambrosia philosophando. Aristoteles
 135. definit putrefactionem per caliditatem, quia cum priori loco de ijs
 operibus disputare cœpisset, quæ ratione caliditatis ac frigiditatis e-
 ueniunt, putredinem in hoc ordine contineri vidit. An non hæc obo-
 lo digna consequentia est? tua tamen est, ac totidem verbis à te ex-
 arata. Quid si Spudastes tuus riciſſim de te querat, ecquibus nam
 oculis aut ſpecillis id Aristoteles viderit: an non tu compositionem
 aut diuisionem proferre ad id aliquam ex professionis tue iure te-
 neberis? Subſultim decurremus nos (ne latum tamen quidem vn-
 guem ab Aristotelis verbis ac mente, cuius te non eſſe capacem,
 monstrare tantum nunc habemus in animo, diſcedentes) per ipſa
 rerum capita, ne h̄ic quoq; h̄ereat Spudastes tuus, & tanquam,
 qua tranſcendum ſit ac progrediendum, dubitet. Generatio mixti
 naturalis, eſt vno ac terminatio humidi & ſicci, certa quadam
 ratione vincentibus, calido & frigido. At frigidum tam cogit atq;
 definit ea, quæ ſunt eiusdem generis, quam quæ alienæ. Calor homo-
 genea & cognata duntaxat: (id reuera quomodo ſit accipiendo
 ſuprà diximus) ex huius igitur potiſſimum efficientia generatio
 ſpectatur. Ergo corruptio naturalis, quæ putrefactio dicitur, erit
 humidi à ſicco diuortium, vieto calore, qui ſcilicet ea continere co-
 ércereq; intra mixti proprios cancellos non amplius queat. Vncti
 non dicitur calor, ſi augeatur: præterquam quod hac ratione non
 profueret, ſed vt caloris abſumeretur, vt in exuſtione humidum.
 Ideoq; non vt ibi, ita hic, quæ corrumpuntur primò humida appa-
 rent, deinde ſicca. Corruptitur igitur calor, quia diminuitur: Nec
 tamen à contrario frigore: non interno, quia initum eſt iam inter
 tā pūntā ſadus: non externo, quia hoc humorem potius cogeret,
 conſti-

constiparetq; quam ut diffluere atq; elabi fineret : id quod Auer-
rhois com. 3. scripsit : (Theophrasti tamen verba hcc sunt lib. 5.
de caus. plant. cap. 16. τὸ γαρ δεγμόδης λαυνίμενος ὑπὸ τῷ
τύχῃ, συνεξάγει τὸ τῆγρόν, τοῦ διαπνεόντος : Tu nucem hanc
tuis conteras dentibus, nucleumq; inde eximas : nobis infantibus
dentes sunt infirmiores, quam ut id præstare possint) & calorem
ipsum attenuaret. Ergo non omnes mixti partes integræ superessent:
ergo neq; propriè mixti facta dissolutio, id est, in eas naturas re-
fluxio, ex quibus primūm constitit: nec partium eius omnium, in
propriam naturam discessio, sed dissipatio potius esset. Ergo à ca-
lore: non interno: quo enim? ipsenē seipsum, intimus intimum, na-
turalis naturalem calorem exigat? ergo ab externo. Quo autem
modo hoc? aucto interno? Sed ne sic quidem resolui mixtum &
in principia sua abire posset, ut diximus. Ergo euocando internum,
ut in suam vniuersitatem sensim reuolet, quod est internum calorem
imminuere. A quo igitur? vel (quia sic tibi placet) quid igitur
putredo? Corruptio, id est (ut dicet) imminutio quædam caloris
interni &c. Habet iam à nobis, quod à te accipere Spudastus tuus
non potuit.

IBIDE M.

Caliditatem verò intelligit non nudam
& simplicem &c.

Etiámne in re tam plana, vires ingenij tui ostentare voluisti. Com.
nobis? Quid confluit ad mixti procreationem? Caliditas? minimè
gentium: sed calidi portio, vñā cum trium aliorum principiorum
portionibus: Hæc enim est τι χωρίσθι: Caliditas non est, ἐπάρχειν
δὲ τι χωρίσθι ἐκάτερον τῶν μίκρων τοῦ πάθωρ οὐδέπ
χωρίσθι: nosti hæc? At (inquit Pauesius) θεραπεῖτος vocem ν-
surpat Aristoteles. At inquam ego paulo post corruptionem istam
Evdēiap

Ἐν δε αὐτῷ οὐδὲ μόνον τῆς δεξιμότητος appellat. Sed in statu atque urget ipse denudò his verbis acrius: ἐν ἐκάστῳ ὑγρῷ. Quasi vero in natura sua, citra humidum non existat calor ignis secundum Cabalam Elementariorum tuorum. Atque illud ἐν non subiectum accidentis hoc loco significat, sed materiam, in qua calor, ut finiens, terminans atque insumma efficiens, in finito, terminato, & paciente inesse dicitur. Ideoque Simplicius, ne putaremus Aristotelem 4. phys. cap. 3. omnes recensuisse modos, quibus aliquid in alio esse dici consuevit, haec subiicit: εἰνόء δε νοεὶ ἀλλα εἴρου τῷ ἐν τίνι σημαντόμενᾳ: & alias quid esset illud, πρατέη πρατέων, διέλευν διέλεων; Quanquam exempla etiam significationis huius non desint in Aristotele: sed nec Alexandrum lib. 3. quest. nat. cap. 13. aliter particulam hanc accepisse liquet. Εξ μονήρη itaque hoc loco est principium mixti (cuiusque dico suum) calidum, quod & qualitate ipsa, & certo cui inhæret subiecto alio tamen ab eo, quod πρατέη πρατέων διέλεων dicitur non autem altero horum duntaxat intelligatur. Quid vero hic Erasmus noster?

” Significat ergo hic caliditas naturalis,
 ” humidiq; cuiusq; propria, nihil aliud
 ” quam primam seu ultimam materiam,
 ” vel temperationem illam, propter quam
 ” primo aptum est mixtum quodque sub-
 ” stantiale nempe recipere formam, quam
 ” Aristoteles solet δικείαρη καὶ ἐχάτηρη ὑληρη appellare &c.

Com. Vnde hec? à quo? ex qua officina? quo inquam dictante, vel
 137. monente vel significante arcana ista, istuc adfers? Nam neque ex cā-
 pis Elysii venis, ut reuelare tibi ea potuerit Aristoteles: neque à se-
 cretis

cretis eius fuisse, ut etiam voluerit. Ab Aristotele igitur non habes: neq; ab eius secretioribus interpretibus: A quo igitur? A te ipso. At supra, non quid alij de Aristotele, sed quid ipse met de seipso sentiat, explicare atq; enarrare nobis velle te profitebaris. Hoc igitur primum constet nobis hic: Tua esse haec: iam cuiusmodi illa? Diccam paucis: male cogitata, peius exposita, pessime adaptata. Primum, si in toto Aristotele monstrares nobis, aut indices locum, in quo δικείαρη νοεῖ ἐχάτηρ ὑλην, vel λόγον τῆς μίξεως, vel λόγον ὄνσιώδης θυμάτεως, caliditatem humidi cuiusq; propriam dixerit, non recuso, ut tu me mendacem dicas. λόγον ὄνσιώδης ubiq; intelligit Aristoteles ipsam formam, λόγον τῆς μίξεως nusquam (quod iam recorder) dixit: ἐχάτηρ ὑλην appellavit propriam cuiusq; rei materiam, de qua singulariter 12. Metaphys. 27. 8. lib. eiusdem tract. xi. nec non 5. lib. cont. 29. & 9. lib. cont. 12. loquitur. Quām bene iam haec inter se conueniant, quæ tu quasi idem sint, accipis, ipse videris. Suprà dixerat Aristoteles, simplicem & naturalem ortum esse mutationem, quam agentes Qualitates in materia, quæ in patibilibus qualitatibus posita est, afferunt: cùm eam superant, & ἐχωσι λόγον, id est, quemadmodum suprà dicebamus, cùm talem, ad illam rationem obtinuerint, secundum quam ipse quidem agere, illa autem pati possit: ideoq; cap. 2. calorem, qui in re inest, eatenus φύσιν esse (ex quo natuum seu naturalem calorem dicimus) testatur, quatenus rationem eam ad materiam atq; humorem obtinuerit ut moueat & vincat: ἔως γέρε πένθη ἐπὶ διῆθη δι λόγος, φύσις τότε δέστη. Ergo & hoc loco caliditas propria cuiusq; humidi, (suum autem est cuiq; mixto hoc, ut & sua quoq; caliditas, cùm pro mixtorum varietate analogia vtriusq; variet, ac diuersa sit) dicitur illa, quæ eiusmodi est, ut præualens, certa quadam ratione humidum mouet ac terminat. Huius porro caliditatis corruptionē, putrefactionis causam esse statuit Author, quia huiusmodi caliditate corrupta (eatenu-

nus inquam corrupta, quatenus humiditatis misti propria, id est humiditati coercenda, & intra certos cancellos, rursum cum sicco continenda idonca prius cum esset, iam non sit amplius: hoc enim expressè volunt illa verba, καὶ τὸ ἐπάξεο τῷ οὐρανῷ εἰ τὸ δέσμοντα γέγονται οὐκέτι θεμέτως) necessariò sequatur, ut humidum, resolutis quasi vinculis diffluat, atque cum sicco diuortium faciat: quod ipsum vere est, mixtum in ea principia, ex quibus procreatum est, rursum dissolui. Hanc fatalem ac naturalem mixti cuiusvis putrefactionem, paucissimis verbis Lucretius quoque lib. 5. de rerum nat. nobis in hunc modum descripsit, quæ hoc etiam loco repetere, idque non frustra placet.

*Deniq; non lapides quoq; vinci cernis ab æuo?
Non altas turres ruere, & putrefascere saxa?
Non delubra Deūm, simulachraq; fessa fatisci?
Nec sanctum numen fati, protollere fineis
Posse? neq; aduersus naturæ fœdora niti?*

Audis Aei, Fati, Fœderis naturæ hic putrefactionem, etiam in Saxis (quæ tamen Galenus putredini esse obnoxia negat. 3. de morb. vulg. com. 3. ad sent. I.) celebrari: quam alio loco, etatis atque annorum imbecillitatem appositissime appellat.

*Omnia commutat natura & vertere cogit,
Namq; aliud putreficit, & æuo debile languet.*

Vt enim audiemus, corruptio simplex, naturalis & fatalis, non aliunde fit, quam ex defectu & languore caloris nativi: (non autem ultimæ materiæ, vt tu opinaris) ad eam siquidem rursum sequitur mutua partium materia secessio, usque dum mixtum in cinerem ac terram abeat. Et quorsum etiam languidum ac paralyticum illud Philosophema tuum huc? Quo separata (inquis) momento est, eodem materia

teria esse definit, ac videtur solum esse, quod verè est &c. Scimus
os cadaueris non videri sapientum sensibus verum os: quia forma
caret, & munerum functionibus, quibus utrisq; definitur os: cum
nihil usquam sit, quod certa quadam ratione agendi & patiënti, nō
constet ac definiatur, lib. 4. meteor. cap. vlt. Sed eadem tamen, tam
sapientum, quam vulgi sensibus. Materia videtur, ex lib. 4. me-
teor. cap. vlt. lib. 1. de ort. atq; inter. cont. 24. & lib. 2. eiusdem
tract. cont. 25. Et quidni sit? In cadauere eadem accidentia, eadem
dimensio, eadem figura, aut si hæc non vetera illa, sed nouâ, à quo
obsecro agente producta? vel cuius causa? an hîc tibi arrident
Soncinatis illius, & quorundam aliorum spectatorum eius, nugæ?
at fine tamen (inquies) destituuntur isthæc omnia, cuius gratia e-
rant: rectè: igitur tu cum sapientibus ijsdem, subiectum quidem
esse idem, non autem eandem esse materiam negare debuisti. Non
hec (dices) spudastus meus capit: Scio: Cur igitur lascivis istis
flosculorum, tam importunè ac præter omnem necessitatem, nescio.
vnde conqueritorum, illius fascinare animum voluisti? Cur vbiq;
tam ineptè ad rem dicis? & fictis commenticiis fabellulis, rem
adumbras, quam solidis & ex rei natura petitis rationibus expri-
mere debuisti? Authorem porrò nostrum hoc in loco per calorem,
cuiusq; humidi intelligere materiam ultimam, & apparatus illum,
per quem primò aptum est mixtum quodq; substantialem actum
recipere, quis aliis unquam aut usquam docuit? dato inquam (si
placet) nobis huius tuæ Chimeræ authorem aliquem. Nam noster
hic calorem intelligit eum, quo exentiè, res frigescere: cum quo
vñâ extra effluit humor: quo præsente idem humidum intra suos, id
est per generationem acceptos terminos continetur: qui si præua-
let, ab externo minus affici possit, qui opponitur frigori: quas con-
ditiones, si ad totum illum missi apparatum, ac temperationis mo-
dum, aptè quis accommodare possit, (cum hoc tamen, ut intelligas,

didicisse iam pridem nos, à tuis Elementariis, calorem in omni temperamento primas obtainere, atq; in eo uno, totam propè temperamenti cuiusq; vim & moderationē spectari: qui, propterea non nūdā, & simplici qualitate definiatur) sanè sit is posthac nobis plus quam Admirabilissimus. Adaptes ipse tu singulas illi, ut cognoscas, quam bene cohærent. Nobis tantum non est ocij, ut exsuccæ ac strigose isti philosophia refutandæ operam impensius dare liceat, vel etiam libeat.

P A G. 56.

Audiui semper putredinem esse passionem caliditatis: at nunc esse video πάθος materiae ac temperationis.

138. Audiui semper vtrumq; : quia Aristoteles vtrumq; docet: Sed caliditatis vt efficientis, Materiæ, (quid hīc tu cum tua temperatione, de qua Author nihil hoc loco) id est humidi ac siccii, vt subiecti. Audi: νοινόπ τὸ πάθος ἡ σῆτις φυχότητος τε δικέιας νοιν θερμότητος & λαθρίας: quid autē est illa φυχότητε δικέια & defectus caloris naturalis: Sic enim seipsum cap. hoc & sequente interpretatur Philosophus: οὐδε ἔνδεια τῆς θερμότητος δικέιας φυχότητος ἐστι. Esse autem putredinem affectionem mixti, causa materiæ, quæ in qualitatibus patibilibus posita est, vel ex eo liquet, quod Generatio illi opposita est mutatio, quam calor vim superat, in illa affert. Εστι δε καὶ πλὴν νοιν φυσική γένεσις μεταβολὴ ὑπὸ συνάμεωρ ποιητῶν, ἐν τῆς ὑποκειμένης ὑλῆς ἐκάστη φύσει: αὐτοῦ δὲ εἰσὶν συνάμεις παθητικαι.

IBIDE M.

Scire interim oportet ratione caliditatis &c.

Com. Tu hīc de temperatura philosopharis: ubi Aristoteles de illa nihil:

nihil : Mixtionis terminus Temperamentum qualitatum est : Generationis autem hoc loco definitae, unio, terminatio, colligatio substantiarum ac primordiorum illorum, cum communium tum propriorum, nempe siccii, & humidi, agentibus, calido & frigido : Conturbatis commutatisq[ue] (ut cum Lucretio loquar) posituris primordiorum, ijsdemq[ue] ad se redeuntibus, ut ad sua secla recedant : cui dubium sit mutari, aut etiam in totum dissolui temperamentum ? Unionem sequitur temperatio, non hanc illa : substantiarum mutuo applicatarum est unio, terminatioq[ue] : qualitatum mutuo confusarum crassis. Et supra diximus, non conferri hic agentes qualitates patientibus, quoad primas operationes, nempe calefacere, frigescere, humectare, siccare. Intē pestiuē quoq[ue] huc allegas Aristotelis locum, qui sic habet : ἐπὶ δὲ τὰ πρὸς τι, δύτε αὐτὰ δέπι αλοιώσεις, δύτε αὐτῶν δέπι αλοιώσεις, δύτε γένεσις εἰς. & paulò pōst, εἰλαγίνωδαι μὲν ἵσως αὐτῶν καὶ φείδεδαι, αλογμένων τινῶν ἀνάγκη εἰς. Disputatur ibi de habitibus, quos si generali vocabulo velis diaλέσεις appellare, non contendam, ut sanitate, bono habitu, pulchritudine, robore, virtute, ritio, quorum nullam esse alterationem scribit : quia ex eo rerum genere sint, quæ certo quodam modo ad Aliquid referuntur : quorum non est, nec alteratio, nec generatio, nec nulla omnino mutatio : quanquam fortasse illiusmodi omnia, quibusdam necessario alteratis, orientur atq[ue] intereant. Paulò verò ante a de formis idem demonstrās dixerat : Absurdum videri, si dicatur, vel hominem, vel domum, vel aliquid aliud, quatenus genitum est, alteratum esse, cum aliud generatio, aliud alteratio sit : cui sententiae hāc subiicit, εἰλαγίνωδαι μὲν ἵσως ἔκαστον αναγκαῖον αλογμένος τινῶς, διὸ τῆς ὑλῆς πυκνότερης ἢ θερμότερης εἰς. Hec inquam quis non legit in Aristotele ? Sed quorsum huc addūcta tamen ? Quia (inquires) Spudastum meum docere volui : Putredinem eatenus esse πάθος, caliditatis, quatenus hac mutata muta-

tur siue assicetur temperatio misti, cuius reuera πάθος illa est. Sed neque hoc nouum aut inauditum est aliquid: (quis enim id non sensit, non dixit, non inculcauit hactenus millies, propter caloris deficitum, in putrefactione, misti naturam & apparatum omnem aboleri) neque à te bene pronunciatum. Aliud enim est, secundum eiusmodi σια θέσεις, non alterari corpora (quia alteratio fiat solum secundum qualitates patientes) sed oriri potius, quod Aristoteles ibi docet: aliud est secundum σια θέσεις non moueri corpora, ut tu balbutiendo loqueris. Sunt enim (ut inquit) Simplicius κατὰ τὰς ξένις μεταβολαῖς: atque corpus cum sanum sit, dicitur εἰς τὸ κατὰ φύσιν μεταβάλλειν atque μεταβάλλεσθαι (ut loquitur Aristoteles) εἰς τὴν ἐκείνην ταλέωντι. Iam de veritate eorū, quae pro hac re disputatur ab Aristotele, in illo loco, tecum non agam: ne Spudastes tuus Eudemij scrinia hoc loco præter omnem necessitatem compilasse me, se vero ab Afinis suis, ad equos ductum cōqueratur. Hoc tantum est, quod peto, ut dicas nobis, quid Aristotelis locus iste ad dubitationem à Spudastro propositam? Esto: Dispositiones illae non sint alterationes: quid hoc ad illud: Vtrum putredo sit πάθος caloris aut temperationis? explica te inquam hīc: tum respondebimus. Deinde suprà hoc dicebas: Caliditas hīc nihil significat aliud, quam ultimā materiam seu temperationem &c. Cur igitur iam cum tuo Spudastro caliditatem à temperatione sciungis, cum affirmas, putredinem non caliditatis, sed materię & temperationis πάθος esse? Nobis porro Authoris nostri sententia planissima videtur, explicatissimaque: Generari simpliciter mistum dicitur, propter humidum, cum sicco determinatur, agentium qualitatū opera: Putrefactio verò simplex, quae simplici generationi contraponitur, est πάθος Humidi eiusdem ac sicci, quatenus propter interni caloris corruptionem ab externo contineri amplius, intra semel prescriptos terminos, nequeunt: sed mutuum à se diuortium faciunt.

Non

Non sunt idem calor corruptens & calor corruptus &c.

“

“

Com

140.

Natiuus mixti calor Authori nostro hic non est, misti κατασκεψη: sed pars & quidem precipua κατασκεψη illius: Continet enim reliqua principia, ex quibus certa ratione determinatis, & colligatis illa emergit. Non alium sane calorem intelligit, quam illum, quo exeunte, humidum quoque ipsum ruram secum foras educere tradet: ut eo modo res misti in terram ac cinerem denique abeat. Hunc autem esse patibilem qualitatem, qui neget, is ablegandus est ad Categorias Aristotelis. Et quid aliud etiam verba illa, supra allegati contextus lib. 7. de phys. auct. sibi volunt? οὐρ τῆς ψυχῆς θερμού μένης &c. In simplici autem putredine non calefieri, sed ex haustum attenuari natuum calorem, docemur, ut superius audiimus: patibilem nempe à patibili qualitate patientem qualitatem. Neque enim aliud naturae & conditionis est calor, qui agit, & qui patitur: nisi quod is internus est, & certo quodam gradu constitutus, qui iuxta analogia, humido ac sicco terminandis, atque intra terminos continendis, respondet: (id εχει λόγον dicitur) alter vero externus: & quatenus vincendo, de gradu suo priorem illum deturbat, alienus appellatur. Quidigitur illud est, quod Erastus tradit: calor corruptentem, in qualitates misti patibiles agere, quibus alteratis, natiuus misti calor, non sit amplius, quod erat? Quae sunt istae qualitates patibiles? Author siquidem noster ruram proponit, caliditatem internam misti: quas iam tu nosti alias in hoc mysterio? an tibi aliud est misti calor natiuus, & calor misti, qui patitur, dum ab externo corruptitur: aut si patibiles qualitates, humidum & siccum intelligas, an non vides secundum Aristotelem, non habes ab externo calore, sed ipsum διέργον id est internum misti calorem corrupti? Hec inquam, ut & superiora commenta, quis non vide-

at?

at? tam intempestiuè atq; ambitiosè huc intrusa fuisse, quām non decuerit? Author expresse docet, calore externo, internum duntaxat corrupti & exhaustiri: unde sequatur materiæ misti, in sua principia dissolutione: tu verò quid? Putrescentia etiam fieri calidiora contendis: Author verò noster refrigerescere: & simplicem putrefactionem, quam hic definit, defectu caloris fieri monstrat: quām tibi cum illo de putredinis simplicis ac naturalis natura conuenit? Aut si aliquid reconditionis scilicet, ac mysticæ philosophiæ, in tuis istis valde populariter prolatis verborum inuolucris, latere volueris, cuius nos infantes minus esse capaces possumus, quin explicando te ipsum, si possis, paulò apertius nostræ quoq; indigentia clementer succurras? Habebis certè tibi pro eare non minores, quām fortasse Spudastus ille aut Furnius tuus habeat gratias.

P A G. 57.

” In puris generatione non processit &c.

Com. De puris generatione infra pluribus, quam monstrabimus
141. longissimè à natura simplicis putredinis distare.

” Cùm à calore calorem corrupti dicimus &c.

Com. Tu quidem ita intelligis, sed nondum docuisti, Aristotelem
142. quoq; ita intelligere. Is enim scribit, Putredinem esse corruptionem insiti caloris, non autem esse corruptionem subiecti, cui insidet calor insitus: & quomodo illa corruptio caloris fiat, apertissimè docet: quia nimur ab externo, qui est ambientis, disperdatur: Cur igitur tu ad subiectum caloris transfers id, quod ipse de calore pronunciat? Porro subiectum nativi caloris per te est ultima materia, & temperatio misti: iam temperatio, & dignitas illa, non uno vel altero,

altero, sed iunctis omnibus principijs, nempe calido, frigido; humido
sicco constat ac definitur: ergo per te caloris nativus subiectum, erit
calor nativus, id est ipsam sui: aut duo fuerint calores nativi: alter
qui est subiectum, vel subiecti pars & substantia, alter vero Acci-
dens: id est, quod alicubi scripsit Galenus, nihil foedius ac turpius,
quam ad ambitionem philosophari. Præterquam tua ista glossa, Spu-
dasti obiectio minimè diluitur. Quod enim subiectum nativi calo-
ris? Humidum At nullus rurquam humidum calori contrarium sim-
pliciter pronunciauit. Alias enim, quomodo Aristotelea illa, humili
& calidi coniugatio in natura consistet? coniungi copulariē
in subiecto posse contraria, negat inquam is: Humore tamen & ca-
lore suum, idem definit aërem: & Medici quartū constituunt tem-
peramentum. Esto autem. Temperamentum sit caloris nativi sub-
iectum: diximus hunc esse illius partem, & quidem præcipuam.
Cum igitur calor externus in temperamentum aget, simul aget in
calorem nativum: at non est calor calori contrarius. Sic eludet Spu-
dastus responsionem tuam. Tu vero quid? Contrarium humido ca-
lorem esse per accidens dices: at hoc etiam modo calorem calori
contrarium dicam, nempe quatenus euocat ut amicus, non atterit ut
aduersarius, aut quatenus externus interno, extraneus naturali, im-
moderatus moderato: idq; dixeré omnes ij, qui ad argumentum
hoc, quo Argenterius Aristoteleos urgebat, responderunt. Cur igi-
tur tu, quasi noua, nescio quæ eaq; acuta scilicet mysteria hic quoq;
haberes, quæ tuo Spudasto reuelares, aliorum iudicio simpliciter
esse voluisti contentus? Sed alio etiam modo, secundum vestram
Mathematicam, dicam: Calorem calori aduersari. Quid ni? Cer-
tum est Authorem nostrum statuere, calorem externum putrefa-
ctionis primam causam, ταπ ιχνε. Cum igitur vscq; adeò præua-
let, ut internum augeat (sic vos) præter naturam agere maior in
minorem dicitur calor. Deficit enim hic, excedit ille: quid autem

defectus calidi aliud, quam frigus? ~~in de India tunc defensio~~
~~quod est in India.~~ Falsum itaque hoc etiam pacto fuerit id, quod tu scribis:
 Calorem exterium non agere in internum, ut in frigus.

IBIDE M.

- ” Eraft. Sciendum est ex Aristotelis, atq;
- ” aliorum tum Philosophorum, tum Me-
- ” dicorum sententia. &c.

Com. Neque Aristoteles, neque bonorum philosophorum, aut Medicorum sententia, rurquam vel usquam fuit, Mixti ut mixti simplicem ac naturalem interitum fieri, corrupto eius calore per μάγαντι. Hec enim corruptionis species, quatenus dico ibi accipitur, soli externo & animalium igni, quorum uterque quasi quiddam per se est, non calori missorum ab Aristotele adscribitur: nec tu contrarium probare inquam poteris. Quicquid igitur hic rhetoricas, extrarium est, & nihil est. Exponam autem iam tandem hoc loco paucis vniuersam eorum summam, quae Aristoteles, & eius discipulus Theophrastus, de duplice caloris interitu, scripta reliquerunt. & ille quidem 3. lib. de coelo cap. 6. lib. de lumen. & Senect. lib. de resp. sect. 3. probl. hic vero potissimum lib. de igne. Igitur, inquit Aristoteles, ut externi ignis, ita caloris animalis duplex est interitus, μάγαντι τριη σθέσι. Quorum eum quidem, qui à seipso patitur μάγαντι: eum autem, quem à contrarijs σθέσι, & illum γῆρας, hunc βίωορ dicimus, lib. de lumen. & Senect. cap. 4. lib. de resp. cap. 8. μάγαντι nimia quadam caloris copia euenit: etenim ubi circumfusus calor modum usque adeo excedat, ut alimentum non capiat, tum id quod calidum est, φθείρεσσι μαρτυρόμενος. Qui fiat autem, ut excedens modum calor, alimento destituatur? quia magna caloris collecta copia, pabulum omne prius absunit, quam noua illi in alimentum

mentum suggeri à vādūmīasie posse. Quocirca non solum tabescere paruum ignem à maiore, verum etiam lucernæ flammam ipsam per se, maiori impositam flammæ consumi obseruamus. Causa utriusque huius effectus eadem, quæ iam exposita est: quia nempe fermentum, quod in minore flamma est, maior occupet, antequam aliud adhibitum sit, lib. de luum. & sene&t. cap. 5. Eandem sententiam repetit lib. de long. & breu. vita cap. 3. ¶ 5. quo loco docuit, minor rem flammam à maiore per accidens confici: quia videlicet pabulū (κακπορισθικ dixit, quam alibi à vādūmīasip appellauerat: quod tūm propter ineptam quorundam eius loci versionem, tūm propter Leonici extrariam interpretationem annotasse placuit) quod minor longo tempore, maior breui consumit. Si alimentum non capiant (inquit) tam animata quam stirpes intereunt. Ut enim magna flamma paruam absunit, eo ipso, quod materiam nutricionis de pascitur: ita naturalis atq; insitus calor, cui primum concoquendi vis tributa est, materiam dissipat cui inhæret. Atq; in lib. de luum. & sene&t. allegato capite, explicans, quomodo nonnunquam fiat, vt σθεσί & μάγανσι, quæ alioquin species interitus quedam, contra se distinctæ sunt, sicut & eueniant: frigore (ait) concoctionem prohibente, materiam nutritionis instaurari, ac suggeri non posse calori, quo is perduret. Ut omnibus his in locis videatur Philosophus μάγανσι inopia sola humidi atq; exsiccatione definire. Sed in sect. 3. probl. 5. μάγανσι plures complecti modos, quibusdam r̄sum fuit, de quo post. σθεσί porrò rbiq; ferè dicit idem Philosophus interitum caloris illum, qui à contrarijs fit. Contraria vero intelligit ea, quæ cūm frigoris, tūm humoris nūmij causa, calorem ita cogunt, vt is quasi elisu quodam, & compressu, rniuersim & confertim diuulsus contabescat. lib. de respir. cap. 8. & sect. 3. probl. 24. Sed Theophrastus lib. de igne, duplicem & ipse statuit caloris corruptionem: unam ὥσπες φυσικήν, omni consumto humore cremabilit,

quam esse testatur ὡς περ φθίσιν καὶ μάζανι: Alteram ἐκ τῶν
 ἔξωθερος: quorum duo recenset genera, nempe frigus, & ea quae cognata,
 eius, qui interit calor, dixerat antea, maiorem nimisrum flam-
 mam, solem, & statem, balnea, & si quid aliud huiusmodi sit, quod re-
 ferri ad calorem possit. Vbi illud primum obseruatione dignum est,
 Theophrastum causam illam, qua maiore calore marcescere minor
 dicitur, cum ad alimenti defectum, tum ad principij attenuationem
 referre: εἴτε τὸ τροφήρ ἀφαιρέμενον, εἴτε τὸ ἀρχήρ ἐξαγόρη,
 καὶ καταμαραῖνον τῷ ὑπεριχύει: id quod etiam per suffocationem
 accidere, sed alio modo testatur, εἰ μαζαίνε καὶ ἔμπονε τὸ ἀρχήρ
 ὡς περ ἄνθλιτην ποιῶσα, καὶ ἀποποίειν. Supradicauimus,
 quomodo Theophrastus ut Philosophus ἀρχήρ aliter hic accipiat,
 quam Galenus, qui ut Medicus, materiam & fomentum ipsum ignis
 eo nomine appellat. Alterum: extinctionem à contrario, tamen fri-
 gore dico, quam humido, ad suffocationem ab eodem Authore re-
 uocari: δύνασθε τὸ φυχόρην ἢ φυχόν σθέννυσι πάντως ἀλλά ἢ τὸ
 ἀρχήρ ἐπικλέει, καὶ καταλαμβάνει, id est, intercludit & occupat.
 Tertium: speciem hanc eandem corruptionis, quae à contrarijs fit,
 similem naturali appellari: alteram vero quae ἐφ ἐαυτῷ κατάπειν
 παρὰ φύσιν: cum tamen contra naturam esse nolit, cum maior
 flamma minorem conficit, quia maiorem vim à minore superari, mi-
 niūne sit contra naturam, de quo mox. Postremò apud hunc eundem
 Aristotelis discipulum, tamen suffocationem, & quicquid effluvium
 ignis retardat, siue principium opprimit, quam cum maior ignis,
 minorem conficit σθέννην & σθέννυθαι, multoties eodem loco dici,
 quemadmodum & apud Praeceptorem, cum alibi, tum probl. 5.
 part. 3. quin imò corrumpi etiam defectu humidi, σθέννυθαι ibi-
 dem appellari, & probl. 24. τὸ γαρ ἐλαύσαντα θέντος, συνειδεῖ
 νει σθέννυθαι τὸ φῶς. Sed quorsum hec dices? Horum: ut benè fa-
 ceremus Spudasto tuo: ut occurreremus tuae superstitione, ambitio-
 sequephi-

sc̄ē philosophie: ut cognosceremus, quād aptē modi corruptionis
 ignis, ex ijsdem Authoribus & Galeno, superius expositi, ad
 hosce duos nempe σθέσιν & μάγανσιν reuocari queant. De quo uno
 iam videndum. Inopia materiæ, quam calor ipsemet sibi procu-
 rat, partim contra naturam, partim quasi naturalem, imitatus
 Preceptorem Theophrastus dixit: & hoc quidem, quia & τὸ
 τῶν ἔξωθεν non fiat, illud verò, quatenus idem seipsum confi-
 cere, ab omni natura alienum atque abhorrens videatur. Fue-
 rit igitur hac partim σθέσις, partim μάγανσις: Iam verò extin-
 gui ignem à frigore, Aristoteles Biavon dicit, Theophrastus natu-
 rale: quia naturale sit, contrarium contrario suo exitiosum esse: &
 contrarium contrarij sit δικέιως φθαρτικόν. Id itaq; illi σθέσις huic
 μάγανσι erit. Restingui verò etiam à cognatis causis, cum ille mo-
 dum excedunt, etiam quasi naturale est Theophrasto, quia contra
 naturam minimè sit, minorem rim à maiore superari: cum nimirū
 vna vt excessus, altera, vt defectus se habeat, ad que duo reuoca-
 tur contrarietas omnis. Quid verò de flatu & alijs causis, que neq;
 cognatae sunt, neq; inter contraria esse recensendæ videntur? Sane,
 si vera sint illa, que suprà ex Theophrasto & Galeno proposuimus;
 quicquid ignem ideo restinguit, quia principium intercludat & op-
 primat, eodem habendum fuerit loco, quo frigus & humor: Ut e-
 nim duo hæc moderata corroborant ignem, & illud quidem colli-
 gendo partes eius, hic verò, quia ipsum fiat ὑπέκανυμα, & materia
 nutricationis: Si autem modum excesserint, immodicè intra cohi-
 bendo caloris effluvium, ipsumq; adeò principium comprimento
 strangulandoq;, (quod etiam probl. 5. sect. 3. scriptum est) inte-
 ritum afferunt: ita ventilatio solidioris densioris corporis circu-
 positio, atq; huiusmodi aliae cause. Omnia igitur hæc quidem σθέσις
 constituent: illa verò, que ad cognatas causas pertinent, μάγανσις.
 An, cum ignis natura, vt diximus, perpetuus quidam sit effluxus,

nam per σθέσιν quam per μάραντην (utraq; enim harum, ut iam monstrauimus, effluuij ratio labefactatur) naturaliter interire dicetur? quid nō? An propriē tamen μάραντης appellabitur, cūm humili defectu sequetur interitus? aut hoc quoq; verum est, aut μάραντης sit aliud quām arefieri. An igitur Aristoteles hunc modum naturalem, illum violentum dixit, respectu duntaxat animalis ignis, cuius certus est modus, certaq; humoris portio, in quo ad certum tempus perduret? Sed dubitatur adhuc tamen, utrum nimius motus, seu vehementior ventilatio, nimium dispergendo flammat, vel potius eam versus materiam quasi impingendo, & reprimendo impensis, calorem extinguat. Galenus utrumq; scribit, qui motum vehementiorem, quoad effectum hoc, alias cum aere calidiore, nonnunquam cum frigidiore, allegato iam loco, lib. de respiratione. & lib. de rig. cap. 6 confert. Theophrastus autem iudicium hac de resum nobis his exposuit verbis, ἐπὶ τοῖς φλογόσχοις, οὐδὲ ὑπὸ πνεύματος μεγένεσις: οὐδὲ γερή δυτῶ διέβεννται, φθερομένης, οὐδὲ δυνάσπεις κατίχυομενής τῇ μείζονι πνεύμα, ἀλλὰ τρόποι τινας καταφερεις μένεις, οὐδὲ ἐνταῦθα τῆς ἀρχῆς. Legitur per flatum non ipsum effluuum (hic verus & legitimus est illius loci sensus, quem, ut paulo obscuriorem, Turnebus perperam reddidit) seu naturalis ipse motus flammæ ad superiora, magnitudine motus externi disiectatur, sed suffocatione corruptitur etiam hic (οὐδὲ ἐνταῦθα) principium, quemadmodum ibi. Et utrinam? in frigoris externi vehementioris occasione nimia, & materiae alias etiam foco idonea, plus aequo περιέργεσι: quorum utroq; τὴν ἀρχὴν κατα φθείρεσσι proxime dicerat. Præterquam dictum ab eodem authore est, ignem non liberè effluentem contabescere absunto humore: οὐδὲ τὴν ἀπορροήν μη γίγνεσσι: οὐδὲ γέ δυτῶς ἐν μαραντῃσι, καταναλισκομένη τῷ ὑγρῷ: Ut per flatum, assumptione quoq; humoris interire ignis dici posse hoc modo videatur. Ex quo suboritur alia difficultas, quam attigimus etiam

mus etiam supra. Nam Aristoteles interitum ignis, qui propter in-
 digentiam humidi accidit, ab eo discernit, qui γῆρας dicitur, probl.
 5. sect. 3. γῆρας tamen non aliunde, quām ex humidi defectu pro-
 uenire, cūm alibi, vt anteā vidimus, tum eodem in loco testatur.
 Quid? quod probl. 22. sect. eiusdem, eodem prorsus modo, calo-
 rem animalis à vini calore superari atq; restingui docet, quo à nimio
 igne, vel à Sole ignis exiguis contabescit: cūm tamen idem Author
 probl. 5. scriptum reliquerit, Vinum suapte natura calidum, libera-
 lius epotum, interno calori adiunctum, efficacius atq; ocyus humili-
 dū absumere, ac proinde illi inopiam pabuli, atq; interitum accele-
 rare: & corruptionis modum hūc, ibidē ante lineolas aliquot, ab ex-
 termi caloris, vt ignis & Solis excessu, separarit. Postremò cū Aristoteles
 docuerit, maiore igni minorē tabeferi, quia illo huic surripiatur
 humidum, Theophrastus verò etiā aliam effectus huius causam pro-
 posuerit, Vter ipsorū rectius senserit? Aut si vterq; vtrūq; recte vole-
 luerit, quādo hoc verū? quādo illud? Verū hęc Furnio alicui Pa-
 triæ Patri, atq; Antiquitatis defensori accerrimo decidēda, conciliandq;
 inter se mutuo relinquemus. Non enim illi deerūt. IDEST,
 QVĀTENVS, FORTASSĒ, NON SEMPER, &
 alia istiusmodi subsidia, quibus hac etiam in parte Medicinæ artem
 à sordibus expurgare, ac suo pristino nitor, (siquidem hęc scilicet
 sordes illę sunt, quę sacram hanc artem maximē deformant, &
 non alia, & in quarum repurgatione desudandum Philosopho sit
 quām maximē) restituere nobis possit. Attingere nos quoq; tamen
 ista cogemur infra. Sed ad tua iam Eraste, qui nec rem probē tenes,
 nec Philosophi sensum recte assequeris. ἐνδέκαπτο τρίτum mo-
 dum, quo corruptitur animalis ignis, ille nec statuit nec statuere
 potest, qui μάργανον ipsam (hic alter est corruptionis modus) de-
 finiuit, vt sit, cūm calor ipse modum transiens, satis quo alatur ac
 sustentetur non habeat humidi. Quid enim illud est, καὶ γαρ ᾧ

ὑπερβάλλον τὸ θερμόν, καὶ τριγήπτηρά μὲν λαμβάνει, quam illud, quod
antea dixerat explicatius, πολὺρ συνανθέσοιζό μενον τὸ θερμόν, διὰ τὸ
μὲν αναπνεῖν, μέντος παταγίχεθαι ταχὺ παταγεῖ, λιγεῖ τὴν τρι-
φήν πρίν ἐπισῆναι τὴν ἀναθυμίαν; An non inquam ἔνθετη τροφῆ
hæc? Cur igitur tu rūnum ab altero modum separasti? Deinde illud
quoque falsum: secundum Aristotelem tres modos corruptionis ignis,
in rūna ἔνθεταν τροφῆς contrahi posse: quomodo enim σκέσις, ad ali-
menti penuria reuocetur, per quam ignis, vel, à cognatis causis
(ut cum Theophrasto loquar) distrahitur, atque dispergitur? (qua
notione has ad μάσταν reuocasset, ne Aristoteles quidem ipse) vel
ab immoderata ventilatione, vel à contrario ambientis frigore ἀθρόοπ
ναι διατήση quasi compressus eliditur, suffocaturque? Hæc igitur
Aristoteleæ diuisionis, vera est interpretatio, quam iam denuò in
angustam hanc summam tui Spudasti causa contraham. Interitus
ignis aut à contrario, aut à seipso: A contrario, cùm subito, nimia
quasi compressione elisus extinguitur: A seipso, cùm suum absunit
alimentum: Absunit autem cùm modum excedit: nam & secun-
dum naturæ ordinem se habens, quia instrumentorum a refectorum
ritio, ventilari satis nequit, & præter naturam quoque, cùm dico nō
instrumentorum naturali ritio, sed quamcunque ob causam ipse acrior
ac voracior redditus, citius dissipat, quicquid iam affluxit humidi,
quam nouus unde sustentetur commeatus adueniat. Quo loco notat
Aristoteles, accidere aliquando (σύμβαντες ἀναφοτέρας: audis
hæc (ut à contrario frigore, inopia etiam alimenti inuehatur: cùm
nempe inualescens id, alimenti concoctionem atque apparatum om-
nen remoratur. Hæc simplex & germana est Aristoteleæ senten-
tiae interpretatio: Tua verò putridum somnium. Reliqua huc per-
tinentia, quia ista subinde repetere in gratiam Spudasti tui coge-
mur, habebis infra.

A frigore extingui cùm dicimus, comple-
ctimur &c.

"
"

Tu quidem complecteris: sed alij negabunt omnes modos, qui- Com.
bus violenter extinguitur calor, ad frigus reuocari: ac dicent insu- 144.
per, te confundere omnia turpiter. An non μάρανσι aliqua etiam
per te violenta? an non hæc à calore? Sanguinis etiam profusio, aut
immodica euacuatio, non alio respectu refrigerando dicitur inter-
imere calorem, quam quia calorem exhaustit: cuius qualitatis defe-
ctus (inquit Aristoteles) refrigeratio quedam est. Quidni igitur,
etiam omnes, tam naturales, quam non naturales caloris corruptio-
nes, uno frigoris verbulo complectaris? Iugulationem porro quis un-
quam seunxit, à sanguinis profusione? & strangulationem quis
unquam inter causas refrigerantes recensuit, praeter Spudastum?
Refrigerat illa quidem scio, quatenus calorem perdit, id est etiam ipsa
furcis etiamcum suspensa cadauera (si loqui possent) tibi dicerent:
Sed non hoc nos querimus: verum utrum iugulatio, quatenus refri-
gerat, calorem perdat. Si affirmes, irrideberis à Spudasto tuo, qui
suspensorum venas, ipsamq; adeò faciem totam intumescere, &
oculos extra prominere, feroire nimirum intus aucto, ex impedita
respiratione, ac principij ventilatione intercepta (quod item in Cau-
sone, ob eandem causam fieri, sanguinis copiosior missio docet, per
quam illico tumor ac tensio venarum atq; Arteriarum vniuersi cor-
poris residet) cum prudentioribus dicet imò vero à te ipso irride-
beris, qui pag. seq. tui (ut soles) oblitus, strangulationem ad μά-
ρανσι p violentam ideo reuocas, quia non extinguat frigefaciendo,
sed propter denegatam respirationem, alimentum suum præprope-
re depascatur. Ais, negas: estne hoc philosophari? & Aristotele-
am de putrefactione sententiam, noua inauditaq; interpretatione,
illustrare? Et etiam ne tibi aqua ignem extinguit, ut frigida? Sed

de hoc cum Scaligero infrà. Diuisiōnem verò subiecti, ad refrigerationem reducit Aristoteles cap. 8. lib. de respir. quatenus in magnis v. g. vulneribus, externi aeris frigidioris appulsi restinguuntur insitus calor.

P A G. 58.

” Violenter autem *magistrorum* &c.

Com. Nunquam et nusquam reperies, ab Aristotele locis illis adductis calorem accusari, ut authorem quidem suae riunae, nisi quatenus auctus est. auctum verò dici, nisi propter denegatam respirationem. Nam auctus, vel alieni caloris accessione, vel sui ipsius, (ut ita dicā) intensione, si liberam et minus impeditam respirationem, atq; vna, unde reficiat se in promptu habeat, secundū illius sententiam, quam superius produximus, nunquam extinguetur. Neq; etiam secundum eundem, illud omnino verum est, quod ait; propter negatam respirationem violenter tabescere animalis calorem. Aristoteles enim circa finem lib. de respir. naturale senium, quæ est naturalis calidi innati *magistris*, intensione ipsius caloris, ex organorum respirationis nimia ariditate definit. Hoc verò, quid sit aliud, quam denegata expiratione non euentilari? Verba Philosophi tam sunt perspicua, ut qui aliter illa accipit, is reuera in summa luce tenebras querat. Sed tu, cùm non intelligas, quo quidq; respectu, hoc aut illo loco à philosopho pronuncietur, quicquid hinc inde ex eius scriptis corradere atq; accumulare potuisti, id omne ad tuam hanc nouam et reuera admirabilem interpretationem exornandam, citra omne rationis iudicium id est temere effudisti.

IBIDEM.

” Cur verò naturaliter decrescens marcescere dicitur?

Vbiq;

Vbique mirus es. Etiam si pabulo priuari calorem calore oporteat, ut marcor dicatur, non propterea tamen, si pabulo priuetur, statim naturaliter decrescere dicetur. Nam Aristoteles etiam per vim accidere marcorem docet. Mors (inquit) alia violenta, alia naturalis: Violenta cum externum est principium: Naturalis cum internum, & corporis constitutio, nullo aduenticio morbo correpta (nota) talis est, qualis ab initio fuit. Ergo nec naturalis animati marcor, in solo pabuli defectu spectatur, nec spudasti tui responso satisfacis, qui causam non querit, quamobrem cum priuatur pabulo, sed quamobrem, cum naturaliter decrescit, marcescere dicatur calor. Imo satis à me factum illi est (inquieres) hac responsum, qua assero, naturalem interitum definiri priuatione pabuli. Minime gentium: nam ille de nuò queret: an non etiam priuatio quedam humidi sit violenta? & quod te magis mordebit, cur naturalis potius dicitur ille interitus ignis, qui priuatione humidi sit, quam qui effluuij ratione (in qua vna caloris natura spectatur) vel in ipso principio, vel alibi labefactata contingat? De his, de his inquam, respondeto Eraste. Tua igitur inepita responsum omissa, vna supereft à verbi significatione, (ad quam procul omni dubio, tum respexit Aristoteles) deducta causa. Dicatum antea, ignis naturam eam esse, ut idem, ne tempori quidem momento permanens, continuò generetur, atque fluminis instar perpetuò fluat, etiam si id propter celeritatem oculorum obtutum lateat. Ergo deficiente humido, in quod sepe propaget uaginatio, id est arescere propriè dicitur. Nam frigoris causa non tam arescit, pabuli defectu, quam vi contraria, quasi contra naturam suam comprimitur, extinguiturque, quod est σκευδού. Απλωτ igitur ignis per uaginatio corrumpi secundum naturam tunc diceatur, cum suam ipse naturaliter querens vitam, vna eademque opera, interitum sibi ipsi creat. Ideoque Theophrastus ortui ignis eiusdem, interitum esse adnexum scribit: Quia dum semper ultra grassando, humorem

sibi assimilat, quibusdam interim partibus intermoriatur, humore nimirum eorum, quæ primo deflagrarent, absunto: τὸ γαρ πῦρ
καὶ οὐ γένετο τινος ἐν οὐδενὶ. Sed nihil tamen minus κατὰ τὴν hic
etiam corruptionis modus, prater naturam ac violentus habetur:
cum nempe ignis, vel externus dico, vel animalis, alias non secun-
dum foci, in quo ardet, atque humidi, in quo riget, naturalem consti-
tutionem, suo fomento defraudatur. Hoc enim est illud δύναται εἰμαρ-
μένως, id est, præter fatalem coherentiam effecti cum sua causa:
et definitum modum ac tempus, quo natura cuiusque rei ortum atque
interitum circumscriptis, obire. Quo ad effluuij vero rationem, ignis
seipsum nunquam perdit, quia nunquam ipse per se, et citra exter-
nam vim, vel in principio, vel post, à suo naturali tenore discedit.

IBIDEM.

„ Er. Non: Quoniam enim σβέσις omnis fit
„ ab externa causa &c.

Com. Σβέσις est à contrario frigore, comprimente extinguenteque calo-
rem: Hoc Aristoteleum est. Mixta naturaliter putrescent, cum
una ex intimis qualitatibus eius, quæ alias in amicabilem unionem
conuenere, quacunque occasione fortior facta, consocijs reliquis esse
molesta incipit. hæc tua bella philosophia est pag. 24. Frigus est
etiam una ex internis mixti qualitatibus, suapte natura contrari-
um atque exitiosum calori, hoc si loqui illis liceat, etiam Aſini dicant.
Collige tu iam ex his hæc, Erastum multa dicere, pauca intelligere,
raro sibi constare.

IBIDEM.

„ Ambæ nempe à calore efficiuntur.

Com. Bone Deus, quam procerosus ubique est Dialogus hic tuus. Si quavis
148. intima

intima qualitate oppositam debellante, putredo naturalis fit, quomo-
do omnis putredo est à calore? Et secundum insanam tuam inter-
pretationem vndenam habes, putrefactionem mixti simplicē ac na-
turalēm à calore fieri? Aristoteles enim, si te inquā audiamus, nihil
huiusmodi expressit. Deniq; cūm putrefactio tua violenta, non sit
humidi detractio, cur ad μάρανη referatur? Natiuus inquam ca-
lor, quomodo domi tuae (nam in Licæo quid pronunciari debeat iā
scimus) putrefactionis mixti (mixti dico) naturalis causa est?
defectu? Vnde autem hic? assumptione humidi? Apage puerilia
hæc: oppressione & attenuatione à contrario: excessu? vnde hic?
à quo? quomodo? Quis igitur per te iam fuerit Author simplicis
putrefactionis? Calorē an frigus? Dic igitur rectius. Putrefactio
simplex, quæ vna cap. 1. lib. 4. meteor. definitur, est à calore ex-
terno, euocante internum, & cum eo humidum: Igitur ad σθέσιν
rectissimè reuocabitur, quæ est à cognatis causis. Non enim in illa
propter assumptionem humidi deficit calor, sed exitu caloris ille
quoq; exit: non igitur μάρανη ibi vlla. At σθέσις, inquiet, θίουν
ται. Supra ad hoc tuum crassum σφάλμα etiam ex Theophrasto
satis.

IBIDE M.

Er. Motus per σθέσιν extinguit.

“

Succurramus Erafst indigentia: Theophrastus sic: ἐτι νοῦ Com.
επὸ πνεύματος, μεγέθυνε: Modum subiicit, νοὴ χαρὰ δύνω 149.
σθέννυται φθερομένης, καὶ δυχῶ ασπερ κατίχυμενης, ἀλλὰ τρόποι
τινὰ καταφθερομένης, νοὴ ενταῦθα τῆς ἀρχῆς. Quid hoc loco ἀρχή,
suprà dictum. Ergo per vehementem motum, non subtrahito alime-
to, sed impensius oppreso principio, ignis corrumpitur: quia per
eundem non ipsum pabulum, sed ipsum principium oppugnatur. In-
tremus iam magis. At non oppugnatur principium ipsum, nisi à cō-

trario. Solum frigus videtur calori contrarium. Motus nihil eiusmodi est. An illum frigus afferre secum dices? Quale autem & quantum hoc, siue aeris, siue terrei halitus dicas, quod flammæ sumum astum attenuare, ac debellare possit? Quid igitur tu Erasle? Motum flammæ cohesionem diuidere: Recte hoc: (suprà enim diximus, dupli modo effluuij causa, in cuius certa quadam ratione ignis natura existit, interire hunc) sed neq; de omni igne ^{ναθόντες} verum est, ut in ardentibus prunis cognosci potest: neq; solam esse causam, cur motus calorem perimat, suprà ex Galeno & Theophrasto diximus. Illud autem, quod subiçis quale? Lanquam dici possit, motum flammæ alimentum subtrahere, in locum alium transferendo &c. Prior pars tue philosophiae manca: hæc falsa. Quoniam transfert humorem motus? exemplum proferto, rationem exponito, dicito modum: tum fabulas tuas audiemus. Virum autem motus calefaciendo etiam perdat calorem, dubitatur. Nam augeri videtur flammæ, & carbonum ignitorum astus, ventilatione, ex quo prepropera sequitur ἀπεκάλυπτος depastio, atq; ignis tabes. Tota hæc res in hunc modum habet. Motus, & exuscitat languentem (*κίνησις συνεννοία, νοῦς τωπυρῆς*) & restinguat, etiam bene alacrem ac vigentem ignē, (*ιδέ μέτρου νοῦς θεύματος απέβεσται*) Exuscitat moderatus, colligendo partes eius: quod placuit Galeno quoq; lib. 6. Epidem. com. 6. ad sent. 2. & auferendo vñā detrahendoq; excrementa, quibus obruitur ignis: carbonum nempe flagrantium cineres, flammæ vero crassiorem illum fumum, qui ē materia cremabili vñā erumpit, ut eo videlicet modo, liberior pateat effluvio locus: atq; vñā impingendo & insinuando in penitiores materiæ partes ignem, in quas ipse contra suæ naturæ impetum, ubi potissimum densior ac solidior materia est, rix reperet, ac se promoueret. Ex quibus apparet causa, quamobrem ventilatione lucerna plus consumat olei, lignaq; ipsa crementur citius: Cur item accēsa fu-

sa superiore parte stipulae, vel paleæ, vel rci alijs huiusmodi solidiori, quæ aliâs promptissimè concipiati ignem, is tamen cum nec successio humidi alimenti noua assidue vlla fiat (id quod in lucernarum & candelarum ellychnij sicciori rariore & substantia, imbuta tantum ea, vbi primum inhæsit ignis, cetera verò immersa oleo, pinguiue alio humore fieri videmus (nec ipse se, nisi ventiletur, in continuas materiæ subiectæ partes promoueat, è quibus se recreet, ibidem nempe subsistens, vbi primum inhæsit, mox elanguescat atq; intermoriatur: Contra verò, vbi inferiores eiusdem receptaculi sūi partes primum occupauerit, sensim inde serpat in superiores, quas continuè depascitur, quoad absorptis omnibus, ipse quoq; perimitur. Extitere alij, quibus robur hoc igni per motionem additum, ad aëris recentis appulsum referre placuit. Quasi non habeat ille semper aëris plusquam satis, vndiq; circumfusum ad pastum: & credibilius non sit, vicinum atq; affinem, non nihil videlicet iam mutantum, & quasi similem redditum, quam peregrinum, nec dum vlla naturæ cognitione sibi iunctum, recens in cursantem aërem, eidem fore longe gratiorem: vt ea ratione non euentilatus etiam, habeat vnde se reficiat, atq; vigescat. Sed in animalis corpore, dum exercetur (dices) vires acquirit calor, vbi tamen eiusmodi aëris aut flatus agitatio locum habere videatur nullum. Verum perinde est, siue in aërem flamma, siue in hanc incurrat ille, vt ex probl. 17. sect. 5. cognosci potest. Silente prorsus aura, hinc inde celerius commota fax, non ita pridem extincta, mox denuo flāmam æquè concipit, ac si immota ipsa, aëris impulsu atq; agitatione sollicitaretur. Omnipotè enim firmitas igni additur, motu, quia ἐν φορᾷ τινὶ ράψει τὸ πῦρ: quo etiam pertinet illud, τὴν πῦρ δῖον πνευματός τις φύσie. Quanquam in animalibus, quamobrem motus calorem cieat, altera & non postrema causa est: quia nimirum inter attollenda, & contra naturæ impetum dimouenda membra, respirationem subinde

inde cohibere necesse sit, ut est in sect. 5. probl. 9. & x. Sed disserit 2. de gener. animal. cap. 4. & lib. de somn. & vigil. cap. 2. scriptum. Intenduntur enim eo modo nerui, quasi ijsu quodam, immisso à corde spiritu, unde robur: quemadmodum eodem emissō, laxantur. Iam verò quid aliud est, respirationem cohibere, quam liberius diffudentem se calorem, reuocare colligereq; vt eo pacto reddatur valentior? Infra etiam hac de re pauca aliquot subiicie-
mus. Porrò effectus rnis hic, alterius cuiusdam, nobis causam indi-
cat. Nam dum flatus in densiorem illum coactumq; ignem incur-
rendo, comprimit eum versus principium, vt antea ex Theophrasto
& Galeno diximus, simul etiam suis quasi minimis inter minima
illius, vi subiens, eundem rarefacit: Vnde ex ardentibus pruni in-
sufflatione suscitatur flamma: quod idem est, ac si densum & co-
actum ignem, aëris appulsi rarefcere dicas. Si igitur circa princi-
pium, quod densius est, & è quo flamma erumpit, satis exhalet
cremabilis halitus (cuiusmodi in carbonibus, quorum substantia
solidior, aridiorq; nullus propè inest) continuatione seruata, sursum
versus, naturali suo impetu fluens, porrectaq; longius, sensim in
arctum cogitur, usq; dum accuminetur. In imo enim quasi basi,
primordium habet valentissimum, uberrimumq; : tractu deinde
(continuatione tamen retenta) magis magisq; angustatur semper,
quo longius ab illo recedit, donec in acumen desinens, imbecillitate
languescat. Sic malim: quam quemadmodum Scaliger. A basi la-
tiore (inquit ille) prodiens ignis, tenuis ipse naturæ, tenuem figu-
ram capit: in quam tanquam in suam abit, discedens à peregrina.
Quasi scilicet tenuitas ignis figura, & non substantia definiatur. Sed
ad rem. In hunc modum igni robur additur motu. Iam verò immo-
dico & vehementiore idem extinguitur: Et flamma quidem, quia
rarefcit inde usq; adeò, vt aërescat, id est, desinat esse flamma, &
confertim diuulsa distracta q; à principio suo, intercisæ eo modo ef-
fluxus

fluxus continuatione emoriatur. In ardentibus prunis, propter allatam superius causam id non sit: eadem tamen aëris incursatione rafaelius ignis, in flamمام emicat. Postrema ratio, qua motus momento restinguat flamمام, est absumptio pabuli, confertim ac subito procurata. Ita inquam isti: Quod nobis tamen, quia repugnare videatur sensui, minus arridet. Scimus etiam, quid de duplice alimento ignis, exemplo à Lucernarum duplice humore, illo inquam, qui in Ellychnij substantiam iam subiit, proximum ignis nutrimentum, & altero, qui ab hoc longius abest, accepto, ex Galeni commentarijs afferri soleat. Sed cuiusmodi id obsecro? Motu illo rarefactam ac distractam flamمام: proindeq; restinctam dicimus, non corroboratam: qui potuerit igitur, iētu oculi, quicquid illa sibi apparauerat, ut esset proximus, ex quo refecta recrearetur humor, deperdere, absorbereq;? Aliás acriore ac maiore afflatu laceffente, ligna citius cremari, lucerneq; & candelæ flamمام, ventilatione (modificata illa dico, qua non interimitur) plus humoris consumere, iam dictum satis antea.

P A G. 59.

Aristoteles certè hunc modum ad τρέπεται
reuocat lib. de respir. capite 8. &c. "

Quid? etiamne tu nos vsq; adeò cecos ac planè stupidos facis, Com.
qui te authoritate Aristotelca ad tuę causę patrocinium abuti, si-
mus passuri? De extincione caloris à frigore, loqui Aristotelem ibi
confitentur omnes: de illa verò, que est à motu, præter Erastum ne-
mo concedit. Deceptus hic noster est, verbo illo διασπώμενος: cuius
verum sensum, quem nos suprà expressimus, minime assequi potuit.

150.

I B I D E M.

” Cùm prohibetur calidi respiratio , vel re-
frigeratio marcescere dicitur.

Com. Quando in re, que est præter rem, adeò superstitosus es, oppo-
151. nemus tuæ superstitioni, Theophrasti verba : ἐμοίως δέ, καὶ ἡ ὑπό-
το πνίγεσθαι, σκέψις : Quid ibi πνίγεσθαι ? comprimi principi-
um prohibita respiratione, ut eo modo contabescat calor: quanquam
inferius dicat, καὶ τὴν ἀπορρόην μὴ γίγνεσθαι τὴν το πυρὸς
(quod etiam in suffocatione fit) ἐν μασάνεται παταναλιξκομένη
τῷ ὑγρῷ. Adeamus Aristotelem, quem etiam aduocas, ut tuæ su-
perstitioni patrocinetur. Primum, lib. de long. & breu. ritæ cap.
3. vel 5. nihil eiusmodi habet. Marcescere nimirum calorem dici,
cùm eius refrigeratio prohibetur. Deinde, tota illa disputatio de
caus. long. ac breuit. ritæ animatorum est, non autem Mixtorum
durationis. Substantias elementorum ita esse natura comparatas, an-
tea dixerat Aristoteles, ut contrarijs qualitatibus sese mutuo confi-
ciant, atq; ex sese vicissim procreentur. Ideoq; necessum etiam esse,
ut causam ortus omnis atq; interitus Mixtorum corporum, eisdem
qualitatibus & corporibus (ex quibus scilicet constitutæ etiam sunt)
adscribamus. Ut autem nemo in Peripatetica Schola inficiari ausus
est hactenus, res caducas omnes, partium mixtionis, id est, elemen-
torum gratia, motionibus, alterationibusq; obnoxias esse, ita paucis-
simi affirmarunt, mutationis & corruptionis earundem causam, a-
liunde primum, quam ab externo contrario esse petendam. Una ma-
teria est, propter quam nulla res caduca, eodem perpetuo manere
statu valet. Igitur, ut contrariæ qualitates ipse per se alicubi esse,
aut subsistere separatim nequeunt, (aliâs enim earum nulla esset
mutatio) sed alicubi tamen propter materiam sunt, id est necessariò
materiæ insunt : ita illic rbi sunt, id est, in materia propter innatam
eius ad species contrarias propensionem, ex necessitate mutabiles
erunt.

erunt. A quo autem mutabiles? à contrario. Sed contrarietatis duplex est ratio (inquit Aristoteles) una excrementorum, qua intrinsecus corrumpitur corpus, altera continentis. In animato corpore, ut vtraz locum habeat, in mixto certè inanimi, prior illa nulla est prorsus: ideoq; lib. 2. de plant. cap. 1. scriptum est, nihil ex metallis aut lapidibus vel alijs mixtis effluere superuacui: Non enim aluntur illa intus. Vnde igitur effluuum? Sudorem fortasse obijcent, quo marmoreæ statuae vdo præsertim cœlo respersæ videntur. Sed non ab internis partibus erumpit Ichor ille, verū calidior & crassior aër circumfluens, marmoris frigore coactus, ut & in parietibus balneorum mutatur, rorisq; instar adhærescit illi. Impurorum autem elementorum, & quæ contrariorum excretionibus redundant, ut ignis, alia ratio. Te verò, quantum video, decepit etiam falsa quorundam interpretatio, quam consuluisti. Observare autem debuisti, Aristotelem ipsum, cum cognouisset, propositionem illam à se pronunciatam: ἔτι δὲ ρεὶ ἐι ἀνάγκη περίπλωμα ποέην &c. non esse simpliciter καθολικήν veram, sed in animatis duntaxat, hæc subiunxitisse: Εἰ δὲ πᾶς ἔξελαντο ἐνεργεῖα (nota, nam aliquam in mixtis, secundum sententiam ipsius, inest & præsto quidem est semper contrarium) sed non ἐνεργεῖα ἐναντίον (id est superuacuum) οὐδὲ ἐνταῦθα ἀφθαρτὸν οὔτε ἔικ, εἰ δούσθαι λόπον τῷ περιέχοντος φλέγεται, εἰ πλού δῆριν ανέρι ἐκ πῶν ἐιρημένωρ ἐσω. Ideoq; Galenus lib. 1. de tuend. san. cap. 2. tria numerans, quorum causa consenserere, ac labefactari necesse sit animalium corpus, & primum quidem, quia humore nativo sensim per calorem absunto sicciora fiant: alterum verò, quod perpetuus sit totius substantiae fluor, quem insitus idem calor excitat, turpiter hallucinatus est: cum illam omni genito corpori, corruptelæ, interitusq; connatam necessitatem, hanc verò animalium præsertim corporibus accidere pronunciauit. Nam & priorem illam interitus causam esse nullam, alibi monstrauimus, & neu-

tram in rebus inanimis cerni, aut vello modo habere locum posse, certum est. Quid verò cap. 5. lib. de Iuuent. & senect. ? Hæc: carbones accensi si continenter operiantur, suffocati ἀποθέννυται ταχέως. Neq; ipsi igitur Aristoteli, prorsus est μάρανσις, cùm prohibetur calidi respiratio: ideoq; cap. 17. lib. de respir. μάρανσις definitur, ut sit κατὰ φύσιν, καὶ διὰ χεόντα μῆκος: Quasi violenta illa ad σθέσιν eatenus reducatur, quatenus à contrario potius, nempe præternaturali calore, quam naturali inducitur: Nec ὑπὸ τοῦ εὐνήσια sed ὑπὸ τοῦ ἐναντίου fieri σθέσιο ab eodem dicebatur, ut intelligeremus, non frigus tantum, sed & humorem, flatum, adeoq; calorem ipsum calori aduersari. In probl. 5. sect. 3. ter etiam verbum σθέσις ad illos flammæ interitus accommodatum, qui consumptione materiæ propriæ fuit, supra indicauimus.

IBIDEM.

,, Cùm paruus ignis à maiori extinguitur &c.

Com. Non id hoc loco declarare debuisti: quomodo inquam μάρανσις
 152. quedam violenta sit, à calore quidem externo, calore tamen inducta: ut propterea rectè affirmauerit Aristoteles, calorem per μάρανσιν à seipso corrumpi: id enim lippis erat, ac tonsoribus notum: Sed illud potius, quomodo maior ignis minorem extinguat. Suprà quod attigimus, id nunc denuò repetemus, & paulò enodatius explicabimus. Aristoteles, ut audiuisti, minorem flamمام à maiore consumi disertè scripsit: Theophrastus eius discipulus lib. de igne idem tradidit. De causa queritur: ille per accidens id fieri affirmat: propterea quod nimirum multa flamma, citius, quicquid subest pabuli, consumit: quo minor longo nutrirī ac foueri tempore potuisset. Ideo enim ab Aristotele in medium adducitur φαννόμενος hoc, ut inde probet ignem nutrimento indigere, atq; ex eo deinde, quod erat ipsi propositum excrementa ab eodem generari. Nam quo

quò plus materiae ignis depascitur, eò plus etiam fumi, magisq; conferim, & ocyus, tanquam reliquias, & alimenti superuacua quedam emittit. Ut demū inde colligeret, interitus ac per pesssonis ignis causam, si non ab externo cōtrario, nempe continente, ab interno tamen peti licere. Sed **Theophrastus** vt dixi, aliam videtur aferre. Sic enim ad quæsumum hoc respondet, ἐπει τὸν τροφικὸν ἀφαιρέσαντο, οὐτὶς οὐ τὸν ὀρεχόν. Quid igitur istis in mentem venit, cùm docuēre nos, maiori flamma minorem propterea disperdi, quod hanc ad se attrahat illa? Attrahi ab igne humidum, id est, moueri ad ignem in locum illius, qui consumptus est, vacui ratione, humidum scimus. Ignem verò ab igne attrahi, contra naturæ ordinem est: quorsum enim? Verum igitur est, partim extenuato principio, vt in flamma, partim detracto eidem humore, maiori æstu minorem confici. Verum in part. 3. probl. 5. scriptum est, corpus animalis refrigerari, cùm insitus calor, vel à nimio ambientis frigore intro ibi coeretur vel extinguitur. Extingui porrò, aut eadem frigoris qualitate aduersaria, aut à seipso, cùm dico, se per ætatum decursus tabefacit, aut externi caloris excessu. Subiicit autem, præter hosce modos, aliud subesse, cùm deleta materia, qua quisq; calor sustentatur, calitur, calor etiam ipse aboletur. At facile est intelligere, ritium non in Aristotelea sententia, sed in ipso contextu subesse. Quia tām per senectutem, quām per excessum externi caloris, dissipatione humoris, deficit internus calor. In probl. 25. s̄ct. eiusdem, eadem repetitur, atq; eodem modo deciditur quæstio: neq; tamen quartus nullus modus extinctionis caloris, tribus commemoratis adiicitur: vel tertius etiam modus aliter accipitur, quām, quo deleta caloris materia, calor etiam ipse simul aboletur: quod ad tertium corrumpendi modum retulerat probl. 22. Sic enim de vino loquens ait: ὡρ γαρ θερμός δὲ οἶνος, μετὰ τῆς φύσα ὑπάρχεινθερμότητος, μᾶλλον ἀναλίσκει, τὰ δὲ τῷ σώματι ὑπάρχοντα ἐφόδια τῷ οἰκεῖῳ

εργ. Commeatum (inquit) innati caloris, absunt externus Vini: unde refrigeratio. Et clara alias est, quam supra exposuimus, sententia Aristotelis lib. de long. & breuit. vita cap. 5. & 3. scripta: οὐ περ γαρ οὐ πολλὴ φλόξ κατακύσι καὶ φθέση τὴν δλίγηρ, τῷ τὴν τροφήν ἀναλίσκει &c. Ergo verha illa problematis 5. & 6. de noui πάντα τὰ εἰσημένα, aut ociosi alicuius Spudasti glossema sunt, irreptitiaq; prorsus: aut absq; illo noui legenda: ut & sequēs (ἀνο-
τε θεῖσης δε) non ὑπεξαρσεταις, aut ανεξητική, sed ἔξεγητική partic-
ula sit. Sed affinitas tractationis admonet nos, ut obiter Scaligeri
supinitatem notemus. Aqua etiam feruentissima (inquit is) restin-
guitur ignis, propter frigiditatem, quæ cum potentia inesset, sub for-
ma aquæ, ad pristimum actum ab ipsa forma reducitur. Non potuit
(inquam ego) absurdius dici. A frigidissimo etiam aere non restin-
guitur ignis: Primum autem ac summum frigidorum esse huc Sto-
icis placuit, & placet etiamnum multis: esseq; eius frigiditatem a-
criorem atq; efficacitatem aquæ frigiditate, omnibus constat. Dem-
de vno eodemq; temporis momento, feruere aquam, & natuam su-
am frigiditatem in actu producere, hoc vnum ex illis est, quæ si-
eri nequeunt. Simil enim essent in eodem aquæ minimo, summus &
plus & frigus (Est inquit, & quidem secundum omnes partes,
non secundum tamen omnes dimensiones aquæ. At haec inter se pu-
gnare quis non videt? Diuisio enim physici corporis, secundum vna
dimensionem, omnes illius partes non comprehendit, nisi catenus,
quatenus aliarum quoq; dimensionum fines attingit) aut natuam fri-
giditas remissior, ardore etiam illo aduenticio & summo presente,
suam nihilominus vim atq; ενέγειρε exeret. In aqua feruente nulle
frigiditas actu, tam inquam primo actu, quam secundo. Ergo er-
rauit Cesalpinus, qui voluit innatam aquæ frigiditatem non auferri
permanente aqua. Nulla enim inquam aquæ innata frigiditas, sed
quasi materia est, nunc quidem huius, aliâs opposita qualitatib; pro
continentis

+

+

error Cesalp

continentis nimirum, quo tangitur, conditione, capax. Aristoteles
minus sibi constare videtur, cum summum alias frigus, tanquam
natum aquæ adscribit, alias calidi & insiti aliquid, eandem ob-
tinere significat, cum rniuerso illo educto congelari docet: Vel af-
firmandum fuerit, natuam aquæ corporaturam, non liquidam &
fluxilem, sed solidam esse, quod secundum Aristotelis doctrinam
absurdum est. Verum, vt ad nostra redeamus, Aqua id habet na-
tui ac proprij, quo aqua est, vt fluida atq; humida sit: Vtrumvis
horum ex toto illi demas, non fuerit amplius aqua: futura tamen
alias semper, siue inquam calida, siue frigida fiat: quas qualitates,
pro ambientis corporis conditione, tanquam ex toto aduenticias,
recipit, ac subinde mutat: tantum abest, vt illud verum sit, quod
Vnes docuit: Aquam nempe calcactam per humiditatem reduci
ad pristinam suam frigiditatem: vel quod Scaliger, interno ac na-
tivo frigore attenuare atq; abigere externum illum atq; non fixum
estum. A quo enim id? non certe per se à forma ut demonstrauit ar-
cutissimus ille philosophus Achill. lib. 3. de elementis: Sic enim non
à qualitate, sed à substantia primum effet & dicitur & non amplius
à ratione contrarietatis induceretur. Verum neq; interuenit aliis
qualitatis, id præstare forma possit. Cuius enim? actu frigiditas
nulla facultas vero naturalia, est priuatio duntaxat 5. Metaphys.
cap. de quali: per quam agit quidem, sed qui actu talis est agens;
quale illud quod agitur, non qui nec actu nec potentia talis est. 2.
de ort. animal. cap. 6. Sed neq; humore aquæ siccitatem ignis tolli,
consecutione vero quadam, feroarem eiusdem restinguiri verum est.
Præterquam enim quod humor, ut humor, non aduersatur igni sed
ut densitati gravitatiq; iunctus, quemadmodum Bucciferrea ad
lib. 2. de ort. & inter. cont. 23. rectissime affirmauit: qui etiam
siccum dicit ignem natura non vi & effectu, si nondum nouit quid
sit esse siccum. Vel aliam igitur siccæ definitionem proferat nobis.
 Et si dicas calor non postulat noscere aristote-
 le, sic dicas, cum postulat aequaliter existere cum humi-
 ditate, ut in aere patet ut natus calidus et humidus.

rifoteles necesse est : vel toties eum esse deceptum affirmare cogimur , quoties Terram cum igne conferens , utriq; summam siccitatem adscribit . Vna itaq; restat iam suprà exposita ratio , qua Aqua ignem extinguat , nempe effluuij ac transpirationis illius subita intercepcio . Nam densitate ac lento re suo , id commode ac promptè prestatre potest . Adde his liquiditatem ac tenuitatem , quarum altera promptè per omnes ignis partes fundi , altera ad minima etiam usq; se insinuare potest . Sic cum ignita , ut lignum , lapis , ferrum , restinguenda sunt , aquam aceto permisceri diximus , ut tenuior eo modo redditus liquor , non eum , qui se foris tantum monstrat ignem , sed penitus se insinuans , illum etiam , qui in tuis latet , astus atq; incendij fomitem opprimat : Et Theophrastus acetum oii candido admistum , quorum unum lendum , alterum penetrabile est , aduersus incendia bellicarum machinarum presentissimum efficacissimum auxilium esse prædicat . Cognosci etiam ex his potest , quam falso promittant Medici , se ambustarum quoconq; igne partium , ijs quæ empyreuma extrahunt , dolorem lenituros , id est , bene agendo , quam male tamen sentiant . Quid intelligunt extrahere ? Ignem igni attrahi quis dicat , aut persuaderi patiatur sibi ? Alij extrahere interpretantur , dissipare attenuareq;. Sed cur vel parte aliqua inflammatos , vel toto corpore febricitantes , non etiam propè luculentum ignem , aut in hypocausto vel Laconico bene calente collocamus potius , ut ambientis astu dissipetur extenueturq; eorum calor , quam in thalamo vndiq; perspirabili , ut frigidorem subinde inspicient auram ? Et remedia , quæ ambustis succurrunt , astu non calent : tanto minus calidiora empyreumate ab igne relicto dici debent . Actu inquam nec primo nec secundo calent . Admota rero , atq; eo modo succensa , tam dissipabunt empyreuma , quam febricitantis feruorem , propinatum vinum : inflammatae partis astum , admotum calidum oleum : paleaflammam , supposita stipula . Adeò isti , quod ab Aristotle

Vera pto.

primitus qdho
mi ro.

Agua & co.

Aqua est tenuis
lentu[m] visco.

Nota p[ro]p[ter]a

h[ab]icim[en]tum qf

casu[m] i[m]mung[er]e

mediu[m] d[omi]ni

caru[m] belli

caru[m] macti

caru[m] incen-

diz.

ristotele ac Theophrasto bona ratione dictum est, de externa flamma, minorem inquam à maiore non subtractione tantum alimenti, sed etiam principij seu effluuij attenuatione restinguī, perperam accipiunt, & citrā vllam limitationem temere r̄surpare, vbiq; consueuerunt. Quidam sic: extrahere nihil hoc quidem loco esse aliud, quām acres fuligines, & vſtioneſ ſcintillas, ſub densata ex ambuſtione cute, delitescentes expedire, vt laxata cuticula forās exeant. Redetē: Cur igitur commodius hoc areoticis non p̄aſtemus, quām alio cum ſale aut aqua, in qua ſit extincta calx (quæ nescio quām obrem à nonnullis areoticis accenſeantur) porris, cepa ſucco, vrina bene calente, oleo frixo ex ſale, atramento ſcriptorio, & id genus alijs? Igitur r̄na reſtat ratio, conſumptio, diſſipatioꝝ Ichorofarum tenuitatum, quæ promptè ex dolore, à ſubita ignis actione, eaꝝ in minima vſq; partis (omnia enim aequè, eodem momento temporis afficit ignis appuſus, quod alijs, continuum ſecantibus, non accidit) inducta (non autem ex vacui fuga, vt aiunt) in partem influit, unde dolor ex tensione, ac puftularum ortus ex ſubeunte humore. Sic certè malim, quām densata cute halitus in Ichores verti, unde vefica & exulceratio. Id autem p̄dictorum, atq; aliorum huiusmodi vi fit, quæ cum calore vehementi, tenuitatē etiam partium, qua ſeſe intrō per condensatam vi ignis cutim, promptè inferre atq; iñſinuare aëtualem humiditatem, qua induratam igne cutim emollire, ſpiracula relaxare, ac rarefacere poſſunt, coniunctam habent. Quæ ſanè omnia dura denſaq; cute accommodatiſ diaphoreticis, non autem areoticis obtineas. De his etiam Theophrastus ſic: τὸ δὲ μὴ ἐπαίγειδαι τὰκαταπλάνυματα, καὶ ἔιτι τοιότου ἔτερον, ἡ πλειωρ θερμαστής κραῖς; α τῆς ἐλάτηνος, νοὴ ἀνάξηραντα τὴν γινομένην σύντηξιν, ἀφ ἦς ἀī φλυταῖναι, νοὴ καταμαραντα καὶ ſυμφεύγατα τὴν ἀρχὴν: quæ ex ore Praeceptoris acceperat ſect. I. probl. 55. ſed manca & mutila. Hic enim ſic: τὸ δὲ θερμόν ἐκπνευματοῖ

νολέ ξενός ποιεῖ τῷ πνεύματι ἀρουσῷ τῷ σάρκᾳ. Iam tua etiam
 percurremus Eraste. μάρκαντινον vocat Aristoteles lib. de Iuuent. &
 senect. interitum, qui à seipso fit: & Besip autem, qui à contrariis: &
 illud senium, hanc violentiam dici vult: ergo marcorem non censuit
 esse violentum: idem habes lib. de respir. quo loco violentum interi-
 tum opponit marcori, qui aucto calore fit: Perinde est autem seipso
 nō refrigeratum, vel satis aliās euentilatum, externi tamen consortio
 augeri calorem. Quibus tibi nunc occurrere voluimus, ut supersticio
 ac lubricitas philosophiae tuae tibi constaret. Dicemus quoq; nullib; i
 Aristotelem ad μάρκαντινον retulisse, ut tu scribis, exustionem. Mai-
 rem flamman similitudine quadam exurere & confidere minorem
 scripsit sub finem lib. de long. & breuit. vitæ: nec non de Iuuent. &
 senect. verū non propriè tum vocabulum exurit, & id quod ex-
 urit aptum est, usurpauit. Flamma enim flammam non adurit: cùm
 lib. 4. meteor. doceamus, r̄stile id esse, quod relā calore. solum rel
 ab hoc & frigore, ex aqua & terra concretum humidum in mea-
 tibus obtineat, concipiendo igni aptum, rel quod idem est in ignem
 mutabile (hoc enim est illud superari ab igne) atq; ipsum deniq;
 concepto, humidi causa, igne, aut cum flamma aut citra hanc, in ci-
 neres verti poscit. Quas conditiones si quis de igne affirmet, ne is sit
 stupidus? Ergo non de flamma sed de flammæ pabulo, cuius copia
 existit, inopia deficit ignis, ita locutus est: Et quo sensu? ut doceret
 eundem prorsus esse modum, quo nativus calor seipse paulatim, &
 quo alieni accessione confertim ac celeriter, qua conditione definitur
 exustio, extingui confuerit. Vterq; interitus modus ad μάρκαντινον re-
 uocandus: & vterq; perpetuò naturalis igni, cùm non alio, quam
 hoc ipso ignis naturaliter, id est, suę naturę relicitus extinguat se.
 Quo ad hoc igitur, igni ut igni nihil violenti accidit: quemadmodum
 etiam citra vim intenditur aut crescit. Verū ut huius aut illius a-
 nimalis igni, hęc quidem naturalis dicitur, violenta illa, interitus ra-
 tio: quod

tio: quod Aristoteles lib. de respir. cap. toties allegato, cum duplum constituit mortem, voluit. Ideo ignem quidem a seipso tam alterius externi, quam nullius eiusmodi accessione mutato relaudo, per marcorem corrumpi, docet: atque hoc dici senium: per orbem ipsum autem a contrario: atque hanc esse violentiam quandam: Animal tamen tum naturaliter interire tantum, cum causam interitus externam & non aduenticiam, sed internam duntaxat habuit. Hec quia Erastus non discrevit, ut alibi, ita & hic & secum pugnat, & cum Aristotele.

IBIDE M.

Sp. In 3. sect. probl. 7. distinguit hunc modum a marcore &c.

"
"

Qualis Antiphona dicunt nostri, tale Responsorium: Spudastes vbiq[ue] bardus dubitando: Erastus etiam respondendo vbiq[ue] ineptus. Ecce: Quærit ille causam, quamobrem Aristoteles allegato loco, Marcorem ab eo interitus modo distinguat, quo parvus ignis a maiore extinguitur: cuius tamen aliis necessariò sit illius loci sensus, vt vidimus antea. Respondet autem hic: Aristotelem ibi, ut alibi, non-nunquam minus accurate locutum: cum tamen suprà vbiq[ue], secundum eiusdem, Erasti dico, sententiam Aristoteles loqui, quam accuratissimè vbiq[ue] consueuerit. Locum illum consulant Lectores, in quo exponuntur causæ, cur ebrij, & qui liberalius merum hauserunt, tremant. Vbi in causarum illarum distinctione, ne mentio quidem vlla marcoris fit, imò contrà orbem appellatur corruptio caloris, tam ea, quæ progressu etatis, ut in senecta, quam quæ caloris excessu fit, quas alibi tamen, imò verò etiam eodem problemate paulò post ad uagavimus refert. Sed probl. 25. sect. eiusdem expresse uagavimus dicit, cum ab alieno æstu, ut ignis in Sole & lucerna apud ignem, restinguatur. Verum quæ tandem ratio est huiusmodi quoq[ue]

ss ij

interitus

Com.

153.

interitus? Subtraction humidi, ut supra vidimus. Etiam vero si modi isti omnes corruptionis caloris, qui à contrario fieri non dicuntur, in idem recidant, nihil tamen minus ideo distinguuntur ab Aristotele, ut subtractionem ἀπεκάμιατος non modo à calore, sed etiam à frigore, aut indurante humorem, ut est in problemate 22. aut eiusdem generationem prohibente, ut est in lib. de respir. nec non tam à naturali, quam præternaturali calore, ut proble. 5. & 25. sect. 3. esse posse, monstraret. Paucis falso est, Aristotalem allegato loco distinguere combustionem à marcore, qui & simpliciter omnem corruptionem caloris σβεσιν eo loco nominat, & id, quod antea σβεσι p dixerat, paulo post μάρκαντη appellat.

IBIDEM.

Spud. Sicne corrumpitur calor ingenitus
ab alieno per putrefactionem, ut ignis
paruus ab igne maiore? Erast. non ar-
bitror.

Com. Dij perdant Philosophiam istam: ne Spudastum illum miserum
154. ipsa perdat. Ignis ne qui adurit alienam materiam, per eius tan-
tum superficiem, aut certas duntaxat partes excurrat, non autem
æquè per omnes quas adurit? Physicum omne agens contactu agit:
quomodo rret omnes ignis partes, nisi omnes occupet? Sed mittamus
hoc, quod nimis & crassum & monstrosum est. Spudastes querit,
vtrū eodem modo corrumpatur calor nativus ab alieno per putredi-
nē, quo extinguitur paruus ignis à magno: Tu ad hoc nihil. Nam siue
calor nativus per aliquot duntaxat & nō æquè per omnes proprij sub-
iecti partes sit fusus: externus autē atq; adurens, superficie tantū
inhæreat, nihilominus Spudasti dubitatio integra & indecisa restat.
Deinde Spudastes collationē instituit, inter calorem magnum adu-
rentem,

rentem, & calorem putrefacientem, quatenus uterque corrumperet, & ille quidem exiguum, hic vero proprium cuiusque calorem dicitur. Tu eam accipis de calore proprio, quatenus omnibus mixti partibus aquae insidet: & adurente, quatenus certis duntaxat inheret partibus. Sed neque etiam dicere te ad rem potuisse aliquid, iam planum faciam. Calor adurens non omnes statim occupat subiecti partes: haec tua est: Calore putrefaciens quoque non omnes simul ac semel (utrōq; verbis quæ pag. 37. & alias multoties superius à te sunt repetita.) subiecti partes contaminantur: Igitur idem modus corruptionis utrobius fuerit. At tu huc tamen arbitraris non esse: id est, dum pugnantia loqueris, & inepte philosopharis, impingis in paralogismos, quos vel pueri ipsi, nisi tamen Furnij aut Spudasti aliqui sint, qui Analytica semel legerint, facile deprehendere, atque reprehendere possint.

P A G. 60.

His adde, quod calore ignis extincto, non
est necesse ut materia vel subiectum &c.

"
"

Emoriar, nisi me tui gratia pudeat ludicra ista persequi: sed Com. cogor tamen, ne Tyronum ingenii, tua haec aliquando lecturis noceas. Calore adurente extincto materia subiectæ tantum supererit, quantum caloris vi non est adustum: quod idem tu affirmasti supra de calore putrefaciēte pag. 33. 34. 37. 48. in quibus contendis, putrefactas vini particulas in integrum restitui non posse: his vero separatis, reliquo, ne eadem labe contaminentur, calore sue integrati restituto, præcaverti posse: non enim in omnes simul partes vini, sed in aliquam solam ab initio inuadere alienum calorem, à qua deinde, nisi obstat, in alias serpat. Et sane tam adurente quam putrefaciēte calore nativus perditur: Cur igitur eo restincto, subiecti plus restet, quam hoc perditio? imò vero cur non minus? cùm adurens

cator in suam naturam mutet, quicquid semel corripuit: putrefaciens autem in alienam? Et quorū ad has ineptias venditandas Aristoteleo abuti testimonio? Scripsit is lib. de respir. cap. 16. Mortem & corruptionem animatis perfectis atq; imperfectis eodem propè modo accidere, nimirum caloris defectu: sed perfectis ut animalibus ac stirpibus defectu caloris eius partis, cuius interuentu superiora cum inferioribus copulantur (id autem in animalibus quidem perfectioribus cor esse, aut id quod officio cordi respondeat: in plantis autem partem illam, quæ inter radicem & truncum intercedit) imperfectis verò, cuiusnam caloris defectu mors accidat, eo loco non exponit, sed ut recte admonuit Leonicus in libris de gener. animal. ubi quomodo oua infœcunda reddantur, docuit. Hæc inquam ibi docet Aristoteles, nihil prorsus de implantato aliarum partium calore, qui extincto cordis calore etiamnum supersit, vel per somnum quidem cogitans: quod tamen hic Eraclius somniat. Sed heus tu, quid hæc tua etiam somnia ad discernendam exustiōnem à putrefactiōne? An interit animal per putrefactiōnem? quis inquam vel puer hoc afferuit? estne inquam putrefactio animalis πάθος? de hoc autem querit Spudastes & Aristoteles allegato à te loco, de corruptione animalis loquitur: tu verò omnia susq; deq; turbans, quadrata rotundis misces. Sed esto: sit, (quod tamen nō est) corruptio caloris animalis putrefactio: hoc pereunte, manere aliquid contendis, nempe calorem implantatum partium: at paulò antea dixeras, nativo calore perditio, subiectum necessariò corrumpi. Corrumperit (dices) quia non est amplius animal, neq; caro, caro: neq; os, os, nisi equiuocè: recte: Sed eodem modo Spudastes dicet, calore adurente extincto, subiectum quod per tuam Cabalam manet, non esse idem quod fuerat prius. Atq; tot næniolas hic de tuo effudisti.

Ignis parui extinctionem à maiore factā, " "
nulli quod sciam putredinem putarūt. "

*Caloris natinui qui in humoribus est, per febres accensio, est Com.
exustio quædam: id Galenus productis etiam pro firmis testibus ne- 156.
scio quibus cineribus, ubiqꝫ inculcat. At illa ipsa si non secundum
totum, sed secundum partem subiectum afficiat ac mutet, putrefac-
tio est secundum partem Aristotelī: & Galeno esse debuit, ut
suo loco dicemus. Deinde per exustionem, si nescis: minor ignis, qui
enī τῷ καυσῷ mest, non debilitatur, sed augetur potius. Tu verò vt
soles, citra iudicium, quod ab Aristotele & Theophrasto dictum
est, de exigua flamma respectu maioris, siue illa sit ignis, siue solis,
ad exustionem, quæ passio misti est, quatenus ijs principiis constat,
quæ diximus, temere transfers. Tertio, si naturalis ac simplex pu-
trefactio, ad ullum ex recensisit antea interitus ignis modis, reuoca-
ri debeat, ad eum sanè aptissimè reuocabitur, quo aëtu maiore, mi-
nor elanguescit, & eneruatur, aut ad nullum aliū. Neqꝫ Aristoteles
propterea falsus, qui negavit ignem putrescere: nam omnia e-
lementa corruptione, quæ est secundum partem putrescunt: cùm à
sua natura, & temperamento, permixtione alienæ cùm substantiæ,
tum qualitatis discedere possint, vt de terra, aqua, aëre constat:
Solum ignem nulli putrefactioni obnoxium, quod etiam scriptum est lib.
de long. ac breuit. vita, neqꝫ simplici dico, quæ generationi simplici
oppunitur, & mixtorū vt mixtorū propria passio est: neqꝫ nō sim-
plici, secundum quam peculiari significatione, putrescere dicitur id,
quod secundum partem corruptitur. De simplici nulla est contro-
uersia: de particulari sic probat Aristoteles, quia nec alienæ qua-
litatis, nec substantiæ capax sit ignis, omnia sua efficacitate absu-
mens lo-*

mens loco pabuli, ac mutans loco materiae, cum vicissim nullius sit ipse capax, quo tanquam materia quedam, inquinari aut de sua dimoueri natura queat. Ergo Aristoteles corrupti ignem affirmat quidem, sed putrescere negat. Nam cum per febres ardent humores, non est minoris ignis à maiore extincto, ut tu reris, sed auctio & humoris ipsius corruptio quedam secundum partem est, quæ ad putrefactionem secundum partem refertur. Causa vero eius putrefactionis est ipse ignis, auctus præter naturam. Non putrescit igitur ibi ignis, ut suprà diximus, sed humor (quod est mixtum quedam & certa humidi cum sicco terminatione definitum) propter ignem auctum, à natura sua secundum partem discedit. Hoc ne tanti etiam fuit, ut propterea miserum illum Spudastem tuum, tot fabellulis, quæ neq; caudam (ut dici solet) neq; caput habent, occupatum detinere debuisses?

IBIDEM.

- ” Si qua reperitur in mistis præter combustionem corruptio caloris nuper dictæ,
- ” ignis corruptioni similis &c.

Com. Quocunq; venio, nihil nisi nemiole occurrunt, tam importunè
 157. propositæ, & tam misere atq; ieinè expositæ, ut mirari subeat, fuisse te in præfatione ausum tot ac tanta polliceri, qui tam pauca deinde ac tam exilia præstare volueris. Paucis: Aristoteles suffocationem definit lib. de respir. cap. 9. ut sit μάσαυσις ex φθεράσιοις. At μάσαυσις fieri, cum absumpto humore, sine quo non existit, ipse seipsum conficit atq; arefacit ignis, antea his docuerat: ideoq; lib. de Iuuent. & senect. cap. 5. hoc scripserat: οτε δὲ μασάνεσθαι συμβάνει πλέονος ἡ θροίκη μέντος θερμασθεῖται, μήδε αναπνεῖ, μήδε καταψύχεσθαι &c. De Theophrasti sententia & verbis

verbis dictum supra satis. Unus igitur modus, qui hic, & qui supra
 commemoratus est: utrobique enim calor auctus: sed ibi externi ac-
 cessione, hic vero refrigerationis, atque liberi effluuij defectu, pro-
 pria, ut ita dicam, intensione. Ut ergo eo quidem respectu ad exustio-
 nem referendus: nisi quod hic proprius animatorum est, quae sola
 respirant, ille mistorum omnium communis: & alter, etiam si primò
 augeat calorem, non tamen quatenus auget, extinguit, sed quatenus
 opprimit. De ijs qui laqueo vitam claudunt, ut est in probl. 1. sect.
 30. aut halitibus crassioribus, qui obstruunt, vel fatidioribus, a qua-
 bus anima repente refugit, suffocantur; plana & expedita ratio
 colligi ex ijs potest, que supra diximus. Et aliorum qui submergun-
 tur aquis, non alia causa est. Ob cordis perpetuum motum, quem se-
 quitur pulmo, cogitur animal inspirare. Cum autem presto non sit
 aer, subit eius loco, ac se se insinuat in pulmonis meatus aqua, que,
 quia vicissim expiratione reddi libere nequit, ut aer, appletis infar-
 ctuq[ue] effluuij canalibus, natuum calorem obruit atque strangulat.
 Vinum quoq[ue] liberalius haustum, suffocando reuera calorem natu-
 rum interimere credimus: id quod Alex. sect. 1. probl. 17. & Ar-
 istoteles sect. 3. probl. 6. significarunt nobis. Nam quod ex alio pro-
 blemate dicitur calorem externum vini alimentum interno adimere,
 minus est credibile. Ideoq[ue] ebr[aei] tremunt artibus: onerata enim ho-
 rum vasa sunt, appeltaq[ue] humore alieno, graui, frigido: unde etiam
 caloris oppressio, & ab utroq[ue] tremor: cum videlicet hic minus at-
 tollere aut regere, partes vero, ad quas vasa pertinent, attolli ac regi
 minus possint. Quin imo, ne vinum quidem ipsum (multum dico)
 vinci ex toto, atque incallescere a nativo calore posse, docemur pro-
 blemate 6. allegatae sect. ut eo etiam modo, quasi multum frigidum
 parciorum calorem(natuum intelligo) frangat atque attenuet. Quod
 si augeri calor in violento videatur (qui inquam paulo minus hause-
 rit, quam ut eo comprimi ex toto nativus calor possit) id quod er-

æstus capitis potissimum sensu perceptus, & sitis indicant: nihilominus propter allegatam causam, quia nimis onusta nimis membra sint, intercepta via, aut etiam pressi tensione vasorum canales, per quos ad organa motionis subit animalis spiritus, tremunt. Id quod etiam Febricitantibus, quibus certè non deest calor, accidit: Nam & his muscularum neruorumq; nimio ardore exsiccatorum tonus, minus constat: ac propter continuam illam substantie dissipationem inopia spirituum est. Sed & Galeni quoq; similitudinem, quæ lib. de r̄su resp̄ir. cap. 3. proposita est, perperam detorques. Sit cor fumicolo lucerne simile, sanguis oleu, vitalis calor flammæ: hac dissipata, ellychnium ex toto non corrumpitur: tantum tamen & eius substantie, & sanguinis corruptum fuerit, quantum flamma tum occupauit, cùm viuida fuit: reliquum, quia intactum, aut non ex toto mutatum, supererit integrū. Quantulocunq; eum tempore flamma ex ellychnio suam originem habuerit existereq; perrexerit, necesse est aliquid eius esse corruptum: vel generatio ignis, que continua est, ex nihilo, & nulla præcedente corruptione fuerit: cùm tamen scriptum ab Aristotele sit lib. 2. meteor. cap. 1. Ignem nihil aliud esse, quam continuam permutationem humidi in secum. At per Erastum, ignis ibi erit, ibi fuerit, ibi futurus, rbi nulla sit, aut fuerit, aut futura sit permutatio. Atq; prima etiam tyrocinia hæc attingere, anilis philosophia tua nos cogit.

IBIDEM.

- ” Quæ species interitus dicetur extinctio,
- ” cùm messores per intollerabilem æstū,
- ” subito dissipatis vitæ spiritibus moriuntur?

Com. Futilis interrogatio, & illi similis, qua à sacrificulo petebatur
158.

qui, ut diceret: quotnam essent septem sacramenta. Nam eadem ratio huius interitus, quæ febrilis: per febrim enim ardentem, quis ignorat, calorem illum vehementem ac violentum, ob præproperam, exiçt continuam proprij pabuli assumptionem, tandem omni commatu deſtitutum (conſumptioni enim impar multo tūm est ſuffe-
Etio ſeipſum perimere? Quanquam aliās, vt ſub finem lib. de respir.

scriptum eſt, aliam etiam ob cauſam febrium æſtus agro mortem Calor natus Mors.
afferre conſueuerit: nimirum, quia ſubſtantia pulmonis aridior ſorūm extingui-
de reddita, promptè minus explicari et contrahi ad inspirandum hīz obſtruum.
atq; expirandum poſit: unde crebrior priuūm respiratio: ut fre- in calore
quentia, tarditatē defectum compenſet: tandem vero malo ſenſim ſolis augeſtum:
auēta, mors. Sed non tam ſubito ſequitur interitus hīc, vt in arden- calor. in ſolis
tiore febre, & cum in medio æſtu, cum ſolis aut ignis continuis ar- intendit calor.
doribus, tūm vehementibus, & nunquam intermiſſis laboribus, naturam, abſ
conſumptis ac diſipatis ad extreum rſq; ſpirituſis, (qui calor iſq; in corrum- natuo animalis non pro ſede & veſicula ſolū, ſed etiam pro for- pſit: q; ſpiritu
mento ac pabulo ſunt) momento deficiunt, iam vero ſi haec vna eſt morib. ſenſi-
iſtius interitus, vt reuera nulla eſt alia cauſa: idq; nouit Spudastes, natus, quin-
cur adeò eſt (rtrum ambitioſus dicam vel ruſtice imprudens ac mutatoſis deſtitu-
morosus neſcio) vt fruſtra interrogando Lectores nugamentū iſtis pro puritate.
detineat? Porro ſemel dictum: cūm calor animalis (ita enim ſemper præpropere.
intelligo haec) à ſeipſo, id eſt non à contrario interit, uāpavſiū eſſe Vit: Arist. in
Ariſtotele: à ſeipſo inquam, cūm defectu pabuli, vel quia ipſo per act: 3 prælum:
ſe id ſenſim abſumperit, vel quia auētus, præpropere depaſtus fu- Zab: cap: 5.
rit, euaneſcit. Iam quo modis augeri calor potest, totidem etiam lib: 13. mār: 1. dīc: 1.
à ſeipſo interire poterit. Augetur impedita trauiſpiratione, labori- et intaric: 1.
bus immodicis, iſolatiōne, ignitione, meraciori viuū potu, ieiunio, ut dīc: 1.
teſtatur Ariſtoteles lib. de respir. ira, vel interiore alia eaq; vel ni- mīum
mētante commotione atq; agitatione, vt riſu &c. Quorū ſum mār: 1. dīc: 1.
igitur oportuit minutias iſtas hīc perfequi, atq; interrogando contra dīc: 1.
Dialogi leges ſimul respondere?

IBIDE M.

„ Sp. Cùm eadem aut similis dissipatio caloris fit à repantino gaudio.

Com. Eraſtus refert interitum hunc ad σ. Béſip: at Aristoteles σ. Béſip
 159. ubiqꝫ dicit fieri à contrario, vt est expressum allegatis antea multo-
 ties ex 2. ſect. probl. locis, & lib. de Iuuent. & ſeneſt. nec non de re-
 ſpir. Vbi frigus, aut contraria calori qualitas in Gaudio? Et Aristote-
 les lib. de respiſ. cap. 8. quid de Gaudio? quid inquam ibi Aristote-
 les de diſtracțione calorū ex gaudio? An putasti, omnes, quotquot
 effent hanc tuam putredinis Apocalypſin lecturi, fore ſpudatos?
 dic inquam, quid de Gaudio ibi Aristoteles? vel potius indica nobis
 verbum, aut notulam vnam, ex qua hanc tuam iſuſam, ac plane
 ſtupidiſam de Gaudio doctriṇam, vel leuiſſima etiam coniectura
 conſirmare poſſis. Ex voluptate ſubita ac vehementi, quam ex rei
 optatae, desperatæ tamen conſecutione cāpimus, naſcitur vehementis
 ac ſubitum gaudium: per quod ſeſe impetu quodam, quaſi efferente
 animo, vna etiam efferuntur, ſeu extra feruntur, deſerto eo, ἐπ ὁ
 τῆς δυσίας ἡ ἀγρική, vt Aristoteles lib. de respiſ. & lib. 3. de part.
 animal. cap. 4. loquitur, ſpiritus. Non enim ſi manus v. g. aut pes,
 aut alia corporis pars, quod in lipothymia fit, deſtituatur ſpiri-
 tibus, moritur animal: ſed ſi principium, fons, & prima ipſa ſca-
 turigo priuetur: vt ijs per gaudium accidit (affectione namqꝫ omnis
 à corde oriri, eodemqꝫ deſinere videtur. 3. de part. animal. cap. 4.)
 quibus anguſta (vt ille dicebat) animula eſt. Atqꝫ haec ferè Alexander ſect. 1. probl. 20. Diſtractio igitur haec ſpirituū quædam eſt, non
 tamen σ. Béſie, quia à contrario non fit: aut σ. Béſip etiam dicas ex
 uiuia venere, vel repentina & copiosa euacuatione aliqua conſecutā
 morte. Quid ni? (dices) eſt enim utrobiqꝫ ſpiritus diſtractio, diſſipa-
 tio. At non eſt compreſſio, que σ. Béſip facit: quin ſubtractio potius
 quædam

quedam est spiritus, quod uacav; p constituit. Tam enim in Gaudio, quam in alijs duobus commemoratis corporis affectibus subducitur calor natiuo materia, qua souetur sustentatur qz. At non est à calore dices: at non etiam à frigore seu à contrario dicam. Quid iam, si oppositum affirmem, ex Gaudio interitum, non propter distractionem, sed propter caloris suffocationem sequi? In omni enim affectione, que ex percepta boni vel mali specie erit, primum afficitur Cor: eō igitur primum vndiq; spirituum omnium confluxus confessim fit: unde membrorum paralysis, de qua Alexāder probl. 13. sect. 1. & Aristoteles 27. sect. probl. 1. illo enim primū in loco natura occurrit, anice vel inimicæ speciei, que ex visu aut auditu inopinato accessit: quod in Gaudio quoq; fieri, Fracastorius, parum, meo quidem iudicio, sibi deinde in eo constans, affirmauit: hinc nisi repentina illo concursu suffocetur calor, quod innimio quoq; ac subito timore percussis fit, ad exteriora naturali propensione (quam Alexander sect. 1. probl. 20. & Galenus lib. de r̄su resp̄ir. cap. 5. & lib. de rig. & trem. cap. 6. significarunt) recurrit: Unde rubor, atq; etiam laxatus meatibus lachryma, calidusq; sudor: de quo idem Author probl. 31. sect. eiusdem. Ecquid vero etiam illud est, quod his tuis confusionibus, pro raro & intuso scilicet exemplo adnectis? Quid inquam tibi est hic illud dissipare? nam frigoris effectum esse, vi cogere & comprimere supra diximus. Porro nostrum iam esse videtur, doctrinæ huius fragmenta, à te tam misere dispersa disturbataq; colligere, ac certo, ne quid eorum tua culpa pereat, connectere ordine. Calor animalis, aut a seipso corruptitur, aut ab alio. A seipso, vel naturaliter vel violenter. Vtq; modo inducitur humili defectus: ideoq; propriè uacans id est exiccatio. Nam ut Aristoteles annotauit sect. 30. probl. 1. eadem prorsus ratione, marcescere naturalis calor, naturæ ordine, quo, per vim & contra naturam potest. Huc referuntur qui in Laconicis nimio

sudore, qui immoderata Venere, qui subita & copiose, aut sanguinis aut aliis excrementi euacuatione, qui praegaudio, (si placeat) qui prae nimia exercitatione animo delinquent, vel etiam vitam cum morte commutant. Per hosce namque modos omnes, quatenus aufertur ac subtrahitur calori sedes, receptaculumque, ~~υάραντε~~ inuehitur: etiamsi non omnium causa, in calorem ipsum transferri possit. Ab alio autem restinguitur calor, aut a frigore, ut aeris extra vel intus occursantis, aquae, alimentorum, pharmacorum, aut ab humore ipso perse (ὁ γένῳ μὲν τὸν τρέφεται τὸ θερμόν: Τέτοιο δέ οὐ τῷ τύχοντι, sed eō, quod qualitate & copia calori respondeat, lib. de long. ac breuit. vita cap. 5, & sect. 3. probl. 5.) aut a suffocatione alia, quo cunq; demum illa modo fiat, vel laqueo inquam, vel aere densiore, ut in animali, vel solidiore corpore circumposito, ut in externo etiam igne sit. Omnium enim horum corruptionis modus est unus, compressio ac strangulatio ignis: qui extinctio & σθέσις non autem ~~υάραντε~~ propriè a sapiente nominatur. Iam vero quemadmodum interitus, quem adfert immoderata euacuatio, Gaudium, Venus, quoad calori suum nutrimentum aferunt, ad ~~υάραντε~~ referri confuerunt: Sic is, qui ab ijsdem causis, & ab externo calore, aut aeris aut ignis, inducitur, dicitur etiam ac disperso interno, nec non laxato nimium effluxu (quod Erasistratus iis accidere verissime docuit, qui in Laconicis vitam finiunt, etiamsi id minus arriserit Galeno lib. de vsu respir. cap. 4. (ad σθέσιν reuocatur. Vnde potissimum confundendi voculas duas istas nata, oblataque sapientibus occasio est. His illud adiiciendum: Aristotelem, animalem ignem perse, cum externo perse, conferre: interire igitur utrumque vel per σθέσιν (ut diximus) vel per ~~υάραντε~~ tradere. Misti vero, quatenus misti corruptiones, que variae sunt, hoc pertinere nolle: ergo nego exustionem. Non enim exuri dicitur calor aut ignis, nisi similitudine quadam, ut apud Theophrastum legitur.

legitur. Sed exuritur mistum quatenus $\kappa\alpha\nu\sigma\tau\mu$. Ad quam corruptionis speciem, si socium adsciscere internum misti calorem libeat, ut libuit omnibus istis Elementaris, nihilò plus efficies, quam auctum calorem intimum, absympto ac deperdito humore socio, seipsum perdidisse quoq; imò non perdidisse, sed tantò magis auxisse, quanto maior in cineribus, quam in ligno vel lapide calor inest. Quæ tu non intelligens, miserrime confundis ac peruerteris omnia: atq; Aristotelem tamen de putredine sententiam, contra tot aliorum philosophorum placita reformare aut deformare. Tu inquam tuis istis anilibus philosophematis, ijsq; etiam titubanter, peruerse ac perperam expositis, ag gredi ausus es.

P A G. 61.

Vno tibi verbo respondeo, calorem ambientis ab Aristotele nominari, quicūq;
rei quæ putreficit, insitus & proprius
non est, sed alienus, inimicus, extrane-
us, siue is sit aëris, siue aquæ, siue terræ,
siue aliùs calor.

"
"
"
"
"
"
"
"
"

Sic explicarunt, Argeterius, Pauelius, Rhemigius, Paparel- Com.
la, Oddus, atq; alij, Aristotelis mentem: Sed te, cum illis deceptū, 160.
iam demonstrabo. Vna est, atq; vnius putredinis est, Aristotelea
definitio. Iam vel tuo assensu, paulò ante prolatum ab Aristotele
verbum hoc $\pi\epsilon\rho\epsilon\chi\mu$, nihilò plus significat, quam aërem aut aquam,
aut etiam, si velis, terram, in quorum corporum regione, mixta ge-
nerantur, & sunt: ergò neq; hic. Assumptionem abunde supra
probauimus, ut iam de ea, ne Furnius quidem, aut Spudastes tuus
dubitare possit amplius. Nunc porrò, non sine rsura tamen, repe-
temus eorum, quæ ibi diximus, aliquot. Aristoteles calorem illum-
hic in-

hic intelligit, cuius causa (nota Eraste) internus calor minuatur, non augeatur, euocetur extra (hoc enim est illud, εξιέναι, οὐ ποτε κρίνεσθαι ut etiam infra cap. 2. de elixat. ευχριστεῖαι γαρ ἔξ αὐτοῦ τὸ θερμόν, ὑπὸ τῆς ἣν τῷ ἔξω θερμῷ θερμασίας non retineatur intus: (propterea quod refrigerari, non calefieri mixtum dicatur) humor vero, cum iam non sit intus, qui alliciat eum, cum ipso interno calore effletur: (sequitur enim hunc ille, sectio: 10. probl. 53. atque in eandem sententiam scriptum est alibi, calorem indurare, quia unde cum insito calore abstrahatur humidum qui nullus vsquam sit, extra calorem 5. de ort. animal. cap. 3.) ut quae hoc modo corrumpuntur, aridiora subinde reddantur omnia, tandemque in terram vertantur: (quod item supra, utrobius videlicet idem de eodem, atque in eundem sensum affirmans, dixerat, humida nimis effici primum, quae putrescunt, deinde arida) at calor qui haec efficit, corporum tantum illorum est, quae diximus: non aliis: cum in nullo alio mixta simpliciter ac naturaliter intereant: atque eo modo, quo ex Aristotelis ipsius planissimis atque extricatis verbis exposuimus. Cum tu contrarium docueris, (quod nunquam à te, vel probabilibus,endum, ut iactas, insolubilibus argumentis fiet) tum quemcumque calorem, οὐ quocumque περιέχον voles, huc recipiemus. Hic est Rhombus, ad quod dicere ac respondere debes. Neque enim inficiabimur, aut quod sciam inficiari ullus unquam est ausus, calore tamen terrae, aquae, aeris, quam aliorum ambientium corporum, quaecumque illa demum sint, alio modo corrupti mixta, quam simpliciter ac naturaliter, id est, per putrefactionem ab Aristotele definitam: Praterquam quod accessione caloris externi, multas easque pro gradu caloris οὐ materiæ conditione varias, atque inexplicabiles fieri elixationes, uolūsæ, affationes, scatēsæ, maturationes, cruditates, quibus res à natura sua recedat, nemo est qui non concedat: que tamen corruptiones secundum partem, non sunt Aristoteli propriæ putrefac-

putrefactiones, allegato 4. libri meteor. loco. Neq; id obstat, aquæ & terra non esse à natura tributam caliditatem ullam: non enim hoc nunc agit Aristoteles, vtrum dico pura apud nos, aut impura sint elementa, sed illud vt monstraret, calore à cœlo, vel, si tu malis, ab igne naturaliter inferioribus his corporibus communicato, vt aquæ & terra (quæ alias frigiditate definiuntur 4. meteor. cap. xi. & 2. de ort. atq; inter. cap. 3.) naturaliter oriri mixta, & naturaliter per putrefactionem corrumpi. At quomodo, qui generat, corruptit, dices: certè generantis conditio alia, & alia corruptientis: mutatur autem hæc ex luminis vario aspeetu ad mixtorum natura differentium procreationem: vt qui huic beneficis, alteri cogatur esse noxius: id natura postulante, vt concludit Aristoteles lib. 2. de ort. atq; inter. ad continuationem generationis rerum, quæ citra interitum earundem perdurare non posset. Verba illius lib. de long. & breuit. vita hac sunt: Quapropter omnia perpetuò agitantur motu, & oriuntur vel occidunt: ipsumq; περιέχον ad id vel confert, vel obest &c.

P A G. 62.

Dicerem à caliditate ignis multa putrescere &c.

"
"
"

Quin vnum tantum ex multis illis nomines. Nam ab Aristotele Com. definitur ignis, vt sit caloris excessus 2. de ort. & inter. cap. 3. à quo Aristotelea putrefactio nequit esse: illa quidem Galenica ad exustionem refertur: Aristotelea (simplex dico, & opposita simplici Generationi) nequaquam. Cùm autem excipis, ea quæ citra interuentum aëris ab igne tanguntur, comburi verius, quam putrescere, & contrà, ab interiecto aëre in igne calefacto putredinem effici: (notetur philosophica phrasis, aër in igne calefit) videris in ea esse opinionem, quasi velis, carnes, quæ nimum assantur à coco (ne alia

exempla huc adducam) aut igne ipso, nullius aeris interuentu tangi,
aut putrescere, non autem comburi: id est, quasi volueris leuibus
tantum, popularibus, ambitiosulisq; ex morosulis speculatunculis
nos factiosos ac stupidos terrere, ut post hac Furnio tuu paratiiora ac
tranquilliora essent omnia.

IBIDEM.

- ” Etenim eadem ratione nos dicemus, pu-
tredinem in animalium, atq; aliarum
rerum, corporibus ortum &c.

Com. Antea respondi: neminem istud negaturum, sed qui sapiat, affir-
162. maturum hoc quoq; neminem, Authorem nostrum de alia, quam
de simplici ac naturali putredine, hoc priore capite loqui, que mix-
torum, ut mixta sunt, communis affectio est, & non caloris interni
auctiōne, sed diminutione, atq; euocatione (quod à tuis illis fuligini-
bus minimè fit) ab externo progreditur.

IBIDEM.

- ” Cūm attractus est refrigerationis causa &c.

Com. Apparet te negligentiter admodum esse in Aristotelea lectione
163. versatum. Dic nobis, vnde nám tu, aut ex quo Aristoteles philoso-
phiae angulo, de respiratione doctrinam hanc inspirasti? Verum hoc
postea. Nunc illud. Attractum inspiratione aërem & calefactum
recalefacere humores ac spiritus afferis: at Aristoteles non eum ca-
lorem describit, in descriptione sue putrefactionis, qui recalefaciat,
sed qui euocato ex humoribus interno calore, refrigeret eos. Ex Ar-
istotelis sect. 7. probl. 3. aliud dilucidè colligi modum posse, ait, quo,
attracto per respirationem aëre putrescant humores & spiritus:
Ego però n̄ego, atq; hic etiam tui te esse similem aio: Morbido spi-
ritu, si-

ritu, siue aëre inspirato infici corpora, docemur ibi: modus, quo id
 fiat, ne nutu quidem significatur: vt nec significatur etiam à Galeno
 lib. de v̄su resp̄ir. cap. 4. at hoc ipsum est, quod ex te spudastest tuus
 cognoscere cupit: cur igitur illum eō reuocas, vnde nihil plus, quām
 ex verbis tuis habere, quo sibi expleat animum, possit? Iam attinga-
 mus grauiora. Vbi nám inquam tu ex Aristotele didicisti, aërem in-
 spiratum rursus non expirari? aut vt tu perperam loqueris) non
 euacuari? Pr̄stat respiratio secundum Aristotelem refrigerationis
 duntaxat v̄sum. Tantum autem aëri forâs emitti expiratione, quan-
tum intrò hauritur inspiratione, affirmauit ille satis, cap. vlt. lib. de
 resp̄ir. cùm, postquam demonstrasset antea, nihil prorsus inspirati
 aëris, in animalis (vt isti cum Galeno somniant) spiritus nutritionem
 cedere, sidente pulmone ~~εξέρευν τὸν αέρα τὸν εἰσελθόντα πάλιν~~,
 affirmat: & Galenus quidem lib. de v̄su resp̄ir. cap. 5. confitetur,
expiratione tantum reddi, quantum inspiratione haurium est, sed
exeunti aëri, parem esse portionem fuliginis & vaporis admixtam
portioni aëris que in cor atq; arterias transumpta est. Sed ista quo-
 que Chimæra fuit à nobis alibi confutata, vbi contractionem cordis,
 non esse opus facultatis animalis, sed motum ei, quatenus mixto, na-
 turalem ex Aristotele, cuius hac de re planissima atq; explicatissi-
 ma est, (id placuit etiam Hipp. lib. de carnib.) demonstrauimus.
 Quid? quod ne ingredi quidem in cor, inspiratum aërem, censuit
 Philosophus idem, & iniictis, etiamsi fortasse spudasto tuo nimis
 acutis & subtilibus argumentis, demonstrauerunt alij: quod etiam
 monstrat Anatomes: cum oscula propaginum asperæ arterie, non
 committantur arterie venosæ osculis, vt falsò Galenus opinatur. Iam
 igitur quorsum retineatur inspiratus aëris? aut qua vi? cùm perpe-
 tuò obseruemus, pulmonem expiratione tantum in seipsum cedere,
 quantum præcedente inspiratione explicabatur. Sed neq; osculis ar-
 teriarum, qua per uniuersum corporis habitum diffusa sunt, ullam

fieri aëris int̄ro attractionem, v̄libi concessit Aristoteles : de quo à nobis contra Galenum , alibi disputatum est satis. Cur igitur hic tu, Aristotelis interpres ter maximus , contra Aristotelis mentem , adeoꝝ ipsam veritatem, tuas h̄asce adducis extrarias fabellulas , vt ab eo, quod in quæstione primum ac potissimum est , Spudasti tui cogitationem abducas? Hoc inquam tibi monstrandum fuit, Aristotelem per τὸ περὶ ἀνθρώπον alicubi aut aliquando intellexisse, vapores & fuligines intra animal genitas, & in summa aliud quam aërem vel aquam, vel etiam si placet, terram, in quibus degunt ac vigent mixta, dicere. Siquidem nos vicissim idem h̄ic, quod supra, contendimus, nullum(ne tuam ambitionem in tot locis allegantis imitari velle videamus) & nusquam propè extare, in tota illius Philosophi, aut etiam Theophrasti doctrina locum, in quo aliter, quam pro ambiente extra corporeo elemento vox hæc accipiatur.

P A G. 63.

” Argumentum (si quid ego h̄ic video) in-
victum est &c.

Com. Reuera nihil h̄icrides. Aristoteles perfectam, & καθόλως cau-
164. sam putredinis simplicis ac naturalis exposuit, alienam nempe quæ est ambientis elementi, in quo mixtum degit, caliditatem. Quid iam tu? Vbi tuꝝ fuligines, vbi fumi & vapores? vbi contactus aliorum corporum putrum? Sint istæ causæ putredinis tuꝝ: Aristoteleꝝ (definitæ inquam ab Aristotele h̄ic) non sunt, nego erunt in sempiternum. Vide quam minimo negocio, invictum scilicet Achillem illum tuum repulerimus.

P A G. 64.

” Huc pertinet locus Aristotelis ex cap. xi.
” lib. 4. meteor. vbi sic agit &c.

Nego

Neq; huc pertinet, neq; huc pertinere potest: atq; vt huc pertineat, nihil tamen habet, quod tuæ causæ patrocinetur. Secutus nunc Aristotelis principia, dicam, calorem illum non esse rei, quæ putreficit insitum, sed cœli: atq; à cœlo, in re etiam tuo modo putrescente conceptum. Vnus enim calor factus est ex nativo & alieno intra recepto: qui tamen non dicitur amplius nativus, quia ab illa mediocritate discessit, qua definiebatur antea. Ideoq; Aristoteles ē̄vesi (inquit) θερμότης, ἡ φύσις τηρεῖαν δικείαν θερμότητα. Vbi notandum: (secundū istos dico: nam secundum nostram Factionem res hæc longè aliter habet) Rerum animatarum procreationem habere duplē causam: communem vnam, in virtute cœli positam: alteram propriam, quæ & δικαιολογεῖ est, cum re quæ procreatur. Ad perfectorum animalium ortum utramq; cōcurrere, in imperfectioribus verò priorem duntaxat esse satis: cūm obseruatū sit, carnes etiam recentes, noctu luna expositas, ex se edere vermes. Sed in vtrisq; tamen, alienum calorem, vel cœli dicas, vel aëris, vel cuiusvis alijs ambientis (nunc enim haud magnopere refert, utrum hoc vel illud dicas) concurrere oportere. Nulla enim generatio, quam non præcesserit corruptio: hæc autem à proprio & nativo calore, nusquam & nunquam est: ab alieno autem semper: alienum intelligo rei, quatenus corrumpitur. Iam verò interitus, atq; vna originis istius modum ita explicat Author noster, vt velit per simplicem ac naturalem putrefactionem, calore externo vincente educi de putrescente corpore internum, atq; cum hoc humorem: quem ita secretum calor illi inhærens (cui in lib. de hist. animal. cœlestem alterum adiicit, vt authorem, vt sit nimirum idem, qui evocet ac sistat, educat & inducat) colligit denuò, subigit, mutat, cogit, vt apta recipiendæ formæ vermis materia fiat. In violenta verò, vermis generatio, non sic τηρεῖ πονηρομένην θερμότητα φυσικήν δύναμ, sed per eam quæ ē̄vesi φθείρεται τηρεῖαν seu φυσικήν θερμό-

τῆτα, humidum subigitur, & in animandam, id est formæ animalis
 capacem (Forma enim omnis, omnis inquam inducitur, non educitur)
 materiam colligatur. Utrobiq; generatio vermis concoctio &
 perfectio quædam est, non putrefactio : & à calore proprio, rei,
 quatenus concoquitur ac perficitur: accidens autem quoddam utriq;
 putrefactioni, neq; iδιοψ, neq; ἀχώριστοψ. Non enim in sola natura-
 li ac simplici, vel sola violenta (vt tu appellas) & particulari pu-
 trefactione (hanc Elixationis aut Assationis excessum diceret, &
 vere diceret, neq; alio etiam modo posset Aristoteles, quia
 nihil sit aliud, quam virtuosa elixatio, aut assatio, aut maturatio que-
 dam, accessione caliditatis alienæ) nec in omni, nec semper id fit,
 vt partes dico quasdam humoris, aut qui educitur, aut qui intus, e-
 tiandum cum suo serco confusus est, vel euocata cum eo caliditas
 naturalis, vel accedens extrinsecus aliena, vincat, apparet, ac ver-
 mis procreationi accommodet. Operationes hæ agentium qualitatum
 in patientes, quemadmodum natura discretæ sunt, ita tamen se ha-
 bent, vt altera alteram aliquando excipiatur, vel etiam int̄cipiat.
 Vbi nisi quid unius, & quid alterius sit, etiam cogitatione discer-
 nas, multis errorum labyrinthis intriceris necesse est. Hæc itaq; eo-
 rum quæ diximus summa esto : Putrefactionem simplicem ac na-
 turalem semper ab ambiente elemento fieri, in quo mixtum degit,
 nusquam à fuliginibus aut vaporibus insitis. In ea item accidere, vt
 qui euocatur calor, (ἀποκριόμενη θερμότης inquit) in humorum re-
 liquis, quæ secum effluunt, quia non is ipse sit, qui antea : (non au-
 tem, vt quidam dixit, quia non ad sit agens perfectum speciei eius-
 dem) nec humor preparari ad nobiliorem formam possit, id que-
 rentis, quod proximum est, in materiam imperfectioris animalis cō-
 format. Hæc inquam vera, recta, plana, & explicata philosophi
 sententia est. Atq; ista quoq; : Putrefactionem tuam violentam, cu-
 iuscunq; demum illa modi sit, nihil esse aliud, quam ἀπεγίαρι: ideoq;
 cum di-

cum dixisset καὶ ἀπετίου ἔναι, οὐκοισι τῇ μολύνσει statim subiicit, καὶ πῶρον διν ἐψήνται ἢν τῇ πέτη, ἀλλὰ ἢν τῇ ἀποκρίσει σηπομένη ἢν τῇ κάτω νοιλίᾳ: Et cur hoc? πέπτεται μὲν γαρ ἢν τῇ ἔνω νοιλίᾳ, σῆπται δὲ ἢν τῇ κάτω τὸ ἀποκρίδερ. quasi nimirum dicat, in inferiore ventre ideo nasci consueuisse vermes, quia ibi ἀπετίου οὐκοισι μολύνσει multæfiant, de quo post.

IBIDEM.

Si verbis Aristotelis contrarium probare posset, ipsa tamen res ab Aristotele potius, quam à veritate discedere nos cogeret.

"
"
"
"
"

Sed non hoc supra professus es: quin imò interpretem te A. Com. aristotelis, in Aristotelea putredine, secundum Aristotelis mentem, 166. & quidem fidum, atq; admirabilem praestitum, nobis es pollicitus. Nec nos querimus, ut millies diximus, quid tu, vel iste, vel ille, sed quid Aristoteles hic, hoc inquam priore cap. lib. 4. meteor. putredinem definiens voluerit. Nam si de rei veritate litigemus, dicam, & insolubilibus rationibus, non ex fumo aliquo Paracelsico, sed ex media ipsa physiologiae luce ductis, contendam, ut in commentariis nostris ad libros duos de humana natura Hippocratis (quoniam posterior exceptis quibusdam, nomine Hippocratis dignior sit, quam prior) contendimus quoq; magnam horum partem, quæ in libro 4. hoc meteor. & duobus de ortu atq; interituscripta sunt, meras esse Chimeras.

IBIDEM.

An non aëris μάσματα pestis tempore pumptrefaciunt.

"
"

Reliqua

Com.
167.

Reliqua omnia h̄ic recipimus, quæ tamen ut supra audiuiti,
 nihil aduersum nostram sententiam momenti habent. Illud probandum
 tibi superest, pestis contagium esse in putrefactione situm.
 Quia enim? non naturali: igitur violenta, (more tuo loquor semper,
 cūm ita loquor) Nam dic tu nobis obsecro modum eius Eraſte.
 Quamcunq; enim alieni caloris actionem, in subiectum humorem,
 qua res à natura sua recedat, explicaueris, an non iam sentis, mul-
 ta in promptu viris doctis, atq; ad manus futura, quibus tuam stu-
 piditatem misere possint exagitare? Primarum dico qualitatum
 opera, calefaciendi, refrigerandi, humectandi, siccandi, temuan-
 di, inspissandi, rarefaciendi, coarctandi, digerendi, aperiendi &c.
 vel seorsim singula, vel quocunq; demum velis coniugio, inter se co-
 pulata percurras, & si libet, etiam cœlum terræ misceas: quid tu
 inde tamen es habiturus, quo hanc potius, quam illam putrefactio-
 nem tantò pere maleficam esse, & ritæ nostræ subitam posse afferre
 ruinam probes? In quo etiam mirari subit, putrefactorum istorum
 peruicaciam. Primarū qualitatum opera esse natura determinata,
 ipsi quoq; concedunt: & eorum alia aliorum esse effecta. Porro
 cuiusq; etiam effecti modum explicare conantur: cūm autem ad
 putrefactionem ventum est, siue pestiferam, siue non pestiferam,
 h̄erent, ut in pice mures: multiplicemq; illam, & certa quadam
 ratione inexplicabilem, inenarrabilemq; dicunt. Quid enim obsecro
 hactenus ab Eraſto habuimus, quam putrefactionem violentam es-
 se corruptionem naturalis caloris cuiusq; propriy, id est λόγος
 μέσως, νοῆ ἐχάτης υλῆς? De modo verò ac typo corruptionis
 istius, tam apud illum, quam apud alios, quorum ille sectator est,
 altum silentiū. Quod si pertinere eō velis illa, quæ de duplice caloris
 corruptione differuit, quid amplius etiam inde sis habiturus, quam
 putrefactionem violentam esse μέσων. Hoc autem quid obsecro ad
 mixti ut mixti putrefactionem? De peste autem agendi dabitur
 infra locus aliis.

Non debent igitur Medici reprehendi,
cùm acres fumos obstructione cutis
interclusos, putredinem in succis cre-
are affirmant. " "

*Et quis reprehendit Medicos hoc nomine? Eius ipsius verba, qui Com.
primus inter neotericos, cùm ore primum, deinde scriptis nos docu- 168.
it, Medicos in appellatione putredinis, valde fuisse hactenus hallu-
cinatos, dilucid. 34. hæc sunt. Sed illud quidem verum est, putredin-
em, quæ dicitur corruptio secundum partem, & humoribus con-
uenit, cùm febrem suscitare putridam dicuntur à calidis vaporibus,
& fuliginibus effici: verum hæc putredo maximè distat ab Ari-
stotelea putredine &c. Et Vicomercati quoq; verba hæc sunt. Id au-
tem quod ambit, non aërem vel aquam solum esse, sed vapores quoq;
& fuliginosa excrementa, probabiliter quidem dicitur, non id ta-
men, quod Aristoteles tradit, integrum seruat calorem naturalem,
quia exeat, interire & solui &c. Et Carpentarius, cùm affirmasset
τὸ περιέχον id esse hoc loco intelligendum, in quo corpora animata
(in eo maximè deceptus) secundum naturam vinunt, quale est aëris
& aquæ subiicit hæc: At verò putredo alia est, quæ sequitur ob-
structionem, cùm scilicet humoris subiecti fuliginosa excrementa
per meatus cutis transpirare nequeunt. In quam intuens Galenus
scribit &c. Non allegabo iam Simonij, & quatuor circiter aliorum
in eandem sententiam alibi prolata verba: Tecum sic agemus: Va-
pores & fuligines in solis animatis reuera locum habere (neq; enim
ex metallis, aut alijs inanimis mixtis, ullum exit profluvium, ullus
sudor, ullum excrementum, quale ex animalibus & plantis. 2. de
plant. cap. i. hic proponi generalem causam putrefactionis mixto-
rum vt mixta sunt: τὸ περιέχον Aristoteli educendo humidum cum*

calore rem dissoluere: Vapores & fuligines, augendo calorem insitum, rei temperaturam mutare: ut recte definitur febris calor igneo: Aristotelem explicare seipsum cum inquit, Hyeme res putrere minus, quam aestate, quia στιγμὴ εἰς τὸ περιχόντι ἀέρι, νοσήσατο τὸ δέσμῳ. Quo tempore nihil prohibet, multò plures intra animalis, atq; etiam secundum tuam ineptam philosophiam, cuiusq; mixti corpus fuligines ac vapores concipi: cum hyeme potissimum, externi frigoris occursum, recipiat se in profundum calor, & externus densetur halitus, ut cohibitus eo modo, efficacior reddatur, voraciorq;: Vnde plus etiam excrementorum colligi necesse sit. Sic Hippocratem scripsisse, hyeme calorem innatum, intus inclusum esse plurimum, proptereaq; pluribus alimentis egere: & Galenum, cum alibi millies, tūm 2. aphor. 25. per hyemem humores atq; halitus morbificos, intra corpus, tanquam latibulis quibusdam delitescere, cum perspiratu digeri, ut per astatem nequeant. Omnem autem vulgaris putrefactionis occasiōē, ad unam perspirationem impediat referri posse, communī propē sententia Medicorum affirmari: deniq; fuligines & vapores illos ignitos, ex prohibita transpiratio-
ne intus concipi: Sed Aristotelem putredinem, per calorū interni & humili efflationem fieri. Vides igitur iam Eraste, non esse ab vili (quod sciam) reprehensos Medicos, cum acres fumos, obstructio-
ne cutis interclusos & calefactos, putredinem in succis creare affir-
mant, ut tu asseris, qui reprehendendi duntaxat alios, ansam capere
velle ubique ruderis. Sed à multis tamen eo nomine recte illos coar-
gui, quod ad Aristotelem putredinem simplicem ac naturalem,
qua sola definitur cap. 1. lib. 4. meteor. explicandam suas fuligines,
suosq; fumos importunè ac temere, cum suo Galeno adduxerint.

IBIDEM.

“ An est aliquis adeò temerarius, qui nega-
re velit

re velit fuligines putrescere?

Causas putrefactionis humorum, esse fuligines acres, dixerunt per Com.
ritiores Medici: fuligines autem ipsas, putrefactas esse, & putre-
factionis esse subiectum, magis quam fumum ab externo igne ex-
halantem, solos temerarios simpliciter affirmare ijdem, eiusdem in-
quam secto, cuius tu es, Medici tibi in os dicent (credo) quoties vo-
les. Nos vero iam denuo dicimus, & tertio, quartoq; repetimus, ne
repetere deinceps cogamur, nonnisi plus quam temerarium aliquem
affirmaturum, fuligines villas in Aristotelea mixtorum putredine
simplici locum habere.

“

169.

I B I D E M.

Inter corruptionis rerum causas, etiam ex-
crementa enumerat Aristoteles lib. de
Iuuent. & Senect. cap. 3.

“

“

“

Totum huius pagellæ residuum, dignum reuera est, ut dici solet, Com.
patella operculum. Falsis tuis oraculis, vera dogmata, singulis dico
sua, percurrendo oponemus, ne in re plana, tempus frustra in tuam
gratiam conteramus. Non lib. de Iuuent. & Senect. sed de long. &
breui. vita. Aristoteles inter corruptionis ignis causas, excrementa
enumerat: nec de mixtorum quatenus mixta, sed quatenus animata
sunt, interitu, eo loco ab eodem instituta disputatio est. Titulus enim
est de vita breui & longa, vita inquam animalium, ut in exordio
continetur. Et quidquid appellatis illis parvorum naturalium libel-
lis differitur, id totum ad animal refertur, quatenus animal. Hoc
tam certum est, ut rix dignum sit, quod hoc loco commemoretur. In
4. autem lib. meteor. passiones, quibus mixta, ut mixta, causa agen-
tium qualitatum, sunt vel naturaliter, vel non naturaliter obnoxia,
exponuntur. An nondum haec tenes Eraste? Fuligines plus iusta-

xx ij incalescen-

incalescentes atq; nūm exardescentes, vt morbum generent, & mortem afferant, putredinem tamen Aristotelem non inducunt, calore humorum insito austro, atq; externi accessione exardescente, malle cum Galeno putredinem appellare, cuius modum exprimere nequeas, quām cum veteribus, ipsoq; demum Aristotele ad elixationis seu malis assationis excessum referre, cuius ratio certa explanari possit, per uicacis atq; insani capitū est. Dilemma hoc, exardescentes fuligines, aut combustionem, aut hec̄ticam febrem, aut putridam inferre, verē Spudasticum, aut etiam si velis, Furnianum ingenium sapit. Hec̄tica febris eadem specie corruptionis, qua putrida, continetur, subiecto ipso differens ab ea: sed sit alia per hanc atq; per illam corruptionis species: quis tamen vñquam aut vñquam præter te extitit, qui hec̄ticam febrem ad combustionem, id est excessum assationis non retulerit? Galenī autem pro Galeno, aduersus quem agitur, allegare autoritatem, nihil est aliud, quām eundem reum & iudicem constituere. Hoc licere tibi nullus codex Iuris, nullum plebiscitum, nullum Senatus consultum, nullum prudentis responsum, vñquam pronunciauit. De Theopraso multa nobis polliceri, nihil autem omnino præstare, eius est, qui mala fide agat: nam indicare nunquam poteris, vel vnicum locum, in quo illi τὸ περιέχον fuligo tua sit.

P A G. 66.

„ Taceo quod ambire corporum est, non
„ accidentium.

Com. Multum hīc Spudastes, sub tua philosophia, quantum video, ex
171. tam diuturna collatione profecit. Nam Aristotelem quoq; reprehendere poterit, qui calorem intimum ab extimo exire, secerniq; à frigore verò pelli dixit: cūm tamen hæc non accidentium, sed corporum sint, vt Valla inquit. Morbis etiam corripi, comprehendendi,
teneri,

teneri, quoties Latini ex greca phraſi dicunt? Sed ſua hec, atque aliquot alia, acutè excogitata, atq; Dialogo huic ad ornamentum inſerta, Spudasto non inuidēamus. Agamus quod inſtat.

IBIDEM.

Quia de putredine h̄ic omni generatim
disputat.

Hoc inquam fuit probandum. Aristotelem in 4. meteor. de affectibus alijs, quam illis, quarum mixtum, ut mixtum, cauſa qualitatum primarum efficientium capax eſt, agere. Tu vero multa proferens, nihil vero probans, quo loco ſis habendus, ipſe riederis. Aristoteles per τὸ περὶ ἔχον, aërem ſe et aquam, intellexiſſe declarat, quia in hiſ, & horum interuentu potiſſimum corruptio mixtorum ſimplex ac naturalis, que illi vere putrefactio eſt, & fiat, & fieri maximè nobis appareat.

“
“

“

Com.

172.

IBIDEM.

Si de ſola animatorum putredine, ſermo ei fuifſet habendus, fortaffe obſtructio- nem poſuifſet cauſam.

“
“

“

“

“

Bone Deus, quanta in hac doctrina peruersitas & inconstan- tia. Dic paucis Eraste, omnesne cauſas corruptionis caloris naturalis, quas Aristoteles allegatis ſupra locis ex probl. lib. de Iuuent. & ſenect. de long. & breuit. vite. de respir. recenſuit, ad obſtructionem reuocabis? Quid enim cum præ ſenio, conficitur animalis calor? quid cum amplioris caloris præſentia præpropere ſubducitur illi alimen- tum? quid cum præ gaudio diſſipatur? Atq; tu ipſe, ipſe inquam tu, nonne ſuprā pag. 57. & 58. impeditam tranſpirationem, ab aliis cauſis, quibus interit animalis calor, diſcreuisti? Tuné inquam tibi xx iij ipſi,

ipſi, in tam exigui temporis ac loci interuallo, tam parum conſtant, qui Aristotelis interpretem agas, dignus habeberis?

P A G. 67. 68.

Haud nego, sed nihil impedit, quo minus
frigidiora eadem recte dicantur &c.

Com. Perperam hæc accipis, ut superiora quoq. Frigiditas Autho-
ri nostro loco est, à sola priuatione caloris naturalis (qua tamē,
174. etiam si natura aliqua sit, non priuatio. 2. de part. animal. cap. 2.
propius tamen ad priuationis naturam, quam calor accedit, 2. de
ort. atq; inter. cap. 3.) Et illa cuius passio putredo est: Sunt hæc
Aristotelis verba: νοινόν πάθος ἡ σῆψις ψυχοτήτος τε θείας,
νοινόν δέ μούσης & λογοτροφίας. Iam nulli dubium est, ab Aristotele his
verbis putredinius causam, non subiectum designari: Sed aliena ca-
liditas, causa efficiens est, non subiectum putrefactionis, Et quidē
per se secundo modo: ergo & propria frigiditas. Sed quomodo illa?
quatenus euocat: quomodo hæc? quatenus non continet, nec definit
amplius misti materiam euocata caliditate. Hæc in Authore nostro
leguntur. Illud vero mistum dum putrescit, aliena caliditate calidius
fieri, dic tu ubi in eo legeris: dic etiam, quomodo aucto mixto, pe-
regrina caliditate nativa exire, & cū ea humidū diffluere possit: Et
tertio dic, inter putredinem tuam hanc, qua aucto calore præter natu-
ram fit, & πεντα p̄fisi secundū partem, aut exustione, si secundum
totū corrumpatur mistū, quodnā sit futurum discrimen? Sed que-
rat porro hic aliquis: Si frigus sit carentia caloris, quomodo illi ad-
scribatur putrefactionis effectus? Primum frigus non est priuatio
penitus, ut sonare primò aspectu ridentur Philosophi verba, 2. de
ort. animal. cap. 4. Et 1. de ort. atq; inter. cap. 3. τὸ μὲν δέμων
natīgoria τις, καὶ εἴδος, ἢ δὲ ψυχοτήτης σέρπις. Sed est aliqua na-
tura

tura 2. de part. animal. cap. 2. *Et positiva qualitas calori aduersaria et inconciliabilis*: ut semper ibi sit praesens, unde calor abest: quo etiam respectu ab eodem Philosopho haec alibi prolata sunt, *et evd'ea της φυχρότης οὐ δεγμότης εστι*. Ergo frigus carentiam quidem dicit, non totius, sed perfectionis: ut proinde ad naturam priuationis, ut antea quoq; diximus, accedere videatur proprius, lib. i. de ort. Et inter. cap. 3. Secundò, ut indigentia caloris frigus est, ita indigentia frigoris calor. Author igitur frigus, quatenus defici- entem calorem significat, Putrefactionis efficiens dicit: idq; non nulla ratione: voluit enim vna expresse (id quod tamen Spudastus capere nequit) indicare nobis, qualis esset corruptio illa, quam ambientis calor, interno cuiusq; mixti adfert in putrefactione: nempe ut ita dicam, exinanitionem attenuationemq;, cuius opera, non co- hibite amplius materie misti partes, à se mutuo secedant.

IBIDE M.

Siue eo expulso in locum ipse succedat &c. "

Etiamne his mendaciis fascinare tuum istum Spudasticum Com. voluisti? Nullus bonus Peripateticus vñquam docuit, calorem alienum, expulso (ut tu h̄c intelligis) nativo, in locum illius succedere: quò enim, cur, Et quomodo pellat? Subducere sese internum rei calorem propter sui contrarij vim, Et interitus vitationem, atq; in illa celeri ac repentina fuga compressum opprimi, audiuimus. Calorem item eundem externi accessione, ex proprio non proprium, ex naturali præter naturalem fieri, didicimus olim etiam, cum primatycrinia philosophia profiteremur ex Aristotele, cuius haec sunt verba: ἔως γαρ εν (de calore nativo loquitur) ἐν αὐτῷ δ λέγος φύσις τάχτεσθαι: Ut quantum illi τοι λέγεται aufertur, etiam si alias intendantur, tantum etiam appellationis huius φύσις γεγονέται διέμεσ decedat.

decedat. Calorem tamen expelli à calore nunquam et nequam cre-
do dictum, scriptum, lectum, auditum. Quod si idem tibi sit, ex-
pelli atq; euocari, seu exire, concedemus id quidem, sed negabimus
tamen, peregrinum in simplici ac naturali putrefactione, quatenus
dico res putrescere dicitur, succedere in eius locum. Bonus quidam
Medicus (ut hodie Medicos dicunt) sed certe malus Physiologus,
progressum Aristoteleæ putrefactionis, nuper in hunc modum ex-
pressit. Ab extraneo (inquit) calore, vietus internus calor, cum
humido suo euaporat: pro hoc deinde extraneus multus humor in-
troducitur: quo in primis fugatus perit calor: quia victoria humidi
in calidum putreda sit: ex in dominium exercent, calor extraneus
atq; humor: Vterq; dico supra modum exuperans. Sed neq; Ari-
stoteles de humido extraneo quippiam meminit, qui internum calo-
rem à solo externo ambientis vincente educi, non autem ab extra-
neo humore fugatum perire docuit: neq; facile dicent isti nobis, quo-
modo extraneus calor, ita vincat internum, ut is propterea cum suo
humido euaporet, pro quo deinde extraneus multus introducatur
humor, quo in primis (sic ipsi loquuntur) fugetur calor internus, ut
extraneus dominari possit. Fabulas inquam Milesias has narrari à
multis, diu est quod audiuiimus, sed quam verisimiliter? quam cum
Aristotelis verbis, ipsaq; adeo rerum natura conuenienter? Secun-
dum Aristotelem que putrescunt, sicciora subinde furent, educito hu-
more interno, vsg; dum incineres abeant: secundum nostros, humi-
diora, introducito externo. Ille educito calore interno, quia non ad-
sit amplius, qui humorem intra mistionis terminos retineat, misti
materiam dissolui putat: hi extraneum calorem cum humore plu-
rimo interni occupare locum, somniant: caloris accessione calorem
augeri communis dictat sensus: at secundum phantasiam istorum,
calor unus deserta statione, ut loco cedat alteri, euaporat.

Ex quacunq; re calor nativus statione sua
deserta vna cum humido exiit &c. " "

*At per te non exit humor, sed austus præter naturam calor Com.
 Choc enim apud te erat, putrescentia frigere, id est, plus habere pe- 176.
 regrini caloris, minus proprij) perdit, dissipat, absunit eum. Cur i-
 gitur & hic quoq; Andabatam agis? Deinde quis unquam austio-
 nem caloris nativi, accessione peregrini descripsit his phrasibus?
 Stationem suam deserere, egredi, exire, cum humido suo efflari, di-
 scedere, in auras dissolui, quod Aristoteles tamen facit, & tu cum
 illo iam contra te imprudens facis? Et connexus verborum Aristote-
 telis, hoc loco tam planus est, ut demirari satis stupiditatem Spu-
 daspi tui nequeam, cui in media etiam luce tenebræ officiunt. Au-
 thor suam definitionem è signo confirmat, quò simul eius modus ac
 Typus cognosci possit: quia nimirum putredo in ariditatem definat,
 etiamsi ea que etiamnum putrent, appareant humida. Id verò ac-
 cidere testatur, quia internus calor, non nisi cum suo humore, ab ex-
 terno potentiori educi consueuerit: eo igitur in totum effuso, super-
 esse partes mixti siccas ac terreas, & præterea nihil. Sic mutuo si-
 bi, & quidem aptè respondent verba contextus, οὐαὶ τοῖς οὐεὶς ροῆι
 ἔκρηπται γίνεται τὰ σκηπτίμενα πάντα &c. Quasi effectum hoc,
 quod est putrescens, reddi subinde aridius, antea à se propositum,
 ibi nempe, οὐαὶ οὐγρὰ πρώτοις ἐπταξικρὰ τέλος γίγνεται τὰ σκηπόμε-
 να iam explicare institueret: Nam cuiusmodi illud τόπος statim id
 subiicit ἔξιοντος γαρ τοι δικέιται θερμός συνεξατμίζει τὸ κατὰ φύσιν
 οὐγρόν &c.*

I B I D E M.

An enim quicquid exsiccatur, propter e- " "
 gressum nativi caloris exsiccatur? " "

Dubitatio mehercle Spudasto, aut Furnio digna. Non quicquid exsiccatur, propter caloris nativi egressum exsiccatur secundum Authorem nostrum: nam & combustio, & assatio, immo vero & elixatio exsiccat. Sed quicquid per putrefactionem simplicem ac naturalem exsiccatur, propter egressum caloris nativi exsiccatur secundum eundem.

IBIDE M.

„ Sed nec putrida omnia sicciora fiunt.

Com. At secundum Aristotelem fiunt: Εκόπα γινεται (inquit) τα
 178. σηπτικά πάγα. Tua igitur putrefactio non est Aristotelea. At
ex pomis (inquis) putrescentibus (non putridis, ut tu vbiq; inepit
 loqueris) plus succi exprimitur, quam ex integris. Quero de te, unde
 illa humoris accessio? à calore peregrino? at hic absunit & deuo-
 rat, non reficit: inerat igitur & quidem tota, sed in caloris ambientis,
vna cum calore innato, à partibus etiam minimis mixti siccis di-
stracta, & euocata, copiosior sensu appetet: quod Aristotelem mi-
 nimè latuit, cum diceret οινος πεστον. Είτα Ερετέρε γίγνε-
 ται τα σηπτόμενα. Quæ verba, cum tuo etiam consensu, de simplici
 ac naturali putrefactione proferantur, qua deinde conscientia po-
 tes hæc alia, quæ idem cum illis sonant ad violentam & Galenicam
 accommodare? Sed ad pomum: Quod post expressionem putrescen-
 tis pomi, crassamentum supererit, quanto siccus futurum crassa-
 mento integri? id tibi vel Pharmacopœarum ministri dicent: si ipse
 adhibita trutina etiam minus exquisita, experiri digneris. Vera i-
 gitur Aristotelis sententia est de omnibus simpliciter ac naturali-
 ter putrescentibus, tam si putredo nuper cœperit, quam si longius
 progressa sit. Nam si putredo sit humoris naturalis, simul cum na-
 tivo calore continua, sensimq; facta eductio sequitur necessario (vt
 ut id non semper sensui sit manifestum, quia non in omnibus etiam,
 eadem

eadem humoris & caloris insit copia) humore non amplius cum siccis partibus mixto , sed temere hinc inde difflente , mixtum primò apparere humidius , deinde reddi siccus.

IBIDEM.

Sicut putrida dicimus frigida esse proprio

“

calore &c.

“

Subijciam denuò eruditiorum oculis, noui huius interpretis Ari- Com.
stotelei sententiam, cuius summa hæc est: Proprium mixti humidum 178.
exhalauisse, proptereaque mixtum siccus redditum, Aristoteli nihil
significat aliud, quæm humidum proportionem amisisse suam. Quam
proportionem Eraste? (velim enim iam tecum insanire, ne per te in-
saniant alij) cōpiæ aut qualitatis? Si huius, cuius nam? Si illius, aut
diminutæ aut auctæ: Si hoc, quomodo tandem in terram reuertatur
mixtum? aut unde accessit humiditas illa? & cur Author, ut pere-
grinæ caliditatis meminit, ita peregrinæ humiditatis oblitus est? Si
illud, igitur reuera quæ putrescunt, sicciora subinde fiunt, quia sub-
inde subtrahitur illis ab externo calore euocante insitus humor. Ut
igitur diffluentem hunc, non naturalem appelles, rei inquam quæ
putrescit, facile feram: etiamsi Aristoteles ἀπορεύομένην θερμότητα
etiam φυσικὴν εὔσαρι dicat: sed ut siccitatem eodem nomine ap-
pelles, ne Tyro quidem Philosophiae patietur, qui audiat ab Autho-
re assuerari, mixtum primò humescere, deinde sensim arescere, vsg
dum in terram reuertatur. Infra ubi περὶ πῶν ἐπολέμων disputat
Author, eadem propè verba usurpat, quæ si quis secundum tuam
phantasiam interpretetur, quot inuoluetur tricus? ἐπισήμων γαρ
(ait ille) εἰς δυτῶν τὸ ὑγρόν, ὑπὸ τῆς ἔρη τῷ εἴδῳ ὑγρῷ θερμασίας:
διὸ ἔχοτες τὰ ἔφθα πών ὅπισσων. Quæ enim elixantur δικανασπῆ
τεις διτὰ τὸ ὑγρόν: κρατεῖ γάρ ἐξωθεν θερμότης τῆς ἐντοσ. Quæ verba
si Aristoteli mentem acutius intuecamur, non de summa rei elixa-
tione ac-
yy ij

tione accipi debent, ut Carpentarius censuit, cum summa etiam infusatio, summam habeat ariditatem adiunctam: sed de quacunq; respectu humoris tam proprij quam aduenticij: semper enim ceteris paribus, humore minus abundant elixa, quam assa: quia illa calore aquo ambiente, haec verò siccо fuerint incōcta. Igitur, quia humor ambiens, calore suo praeualeat, internum το εφορεύσ ad se trahit Aristotelis opinione: hoc vicissim nihil in se rapiente illius, οὐ δέ ξηρατε ἡ ἐντός ξηληερ ἀρ έις θυτήρ. Sed τὰ ωπτά, quae concordatione tantum, & equabili perfectione humidi nativi, à siccо calore procurata, definitur, non autem, ut quidam falsò putarunt, absumptione humoris (hoc enim ιπεξβολή quedam est in assatione, η ποσκεναῦδαι, non autem assari dicitur) eiusmodi ambiens minime obtinent, cuiusmodi in se rapere multum humoris interni possit. Quin immo partibus exterioribus, quod igni viciniores sint, exsiccatis, rite, quæ extra patebant, iam coēunt, ut interiori humorī exitus minus pateat: quod item sect. 38. probl. 7. alijs verbis, & quidem generalius pronunciatur. Cur (inquit) Solis calor adurere habitum externum potest: ignis ad quem accedimus ut incalescamus, nequaquam: An quia Solis radius tenuior, μᾶκλον σύντατου σιασθέτου εἰς τὰς σάρκας: τὸ δέ πῦρ, ἐκπονητὴ πικαντικόν μόνον ποιεῖ τὸ χρῶμα: εἴσω δὲ δικινεῖται: intellige, nisi tangat, aliás enim intro quodvis eius irrumpet: τὸ δέ πῦρ οὐ τοιχοποίεται οὐδὲ εἴσω σιέχεται prob. 8. Contrarium per omnia patiuntur elixa: ut hinc etiam liqueat, quomodo probl. 5. part. 20. sit accipendum. Atq; de his tantum in spudasti tui gratiam delibasse nunc quidem satis.

PAG. 70.

„ Ex tradita definitione soluit ea, quæ de putridis rebus quæri possunt.

Oraculum

Oraculum iam nostri Apollinis audiendum. Ego (inquit supra) non puto, Aristotelem verbis illis, οὐδὲ τῷ τοῦ γερὴν καὶ ἔργοντα γίνεται &c. statuisse probare definitionem putredinis à se propositam, sed, (scribit iam) ex tradita definitione soluere ea, quæ de putridis rebus queri possunt, ut scitè assignatam, probeq; positam definitionem putredinis perspiceremus. Deum immortale, quanta in hoc interprete nouo subtilitas : quasi qui unum dicit, alterum quoq; non dicat: & quasi hoc ipsum non sit, definitionem putredinis confirmare, cum eā non essentiæ modò, sed etiam affectionū, quæ in essentiā cadunt, causas continere, ex Aristotelis præcepto 2. lib. Analyt. post. 2. itē de anima. & 4. lib. de phys. auct. monstramus : & quasi hoc argumentum ad approbandam, vel reprobandam definitionem, Topicis locis adiungi non possit. In re, quæ planissimam intelligentiam, & communem assensum habet, non agam pluribus : citabo duntaxat unius interpretis, & quidem Compendiarij verba, ut eò minus deinceps Eraustus habeat, quo de admirabili hac, atq; hactenus non audita scilicet interpretatione glorietur. Sic Carpentarius: Definitionem putredinis sex signis confirmat, vt ex illis intelligatur, omnia esse consentanea ijs, quæ putredinē consequuntur. Optima enim definitio vt Aristoteles docet, cum essentiæ, tūm affectionum causas continere debet. Quid quod illud Aristotelis οὐτω γέ την αὐλαίσα σεννύοι = το εκάστον, ad partes definitionis referri, Aristotelis interpretes minime mali contendunt?

P A G. 71.

Vtrumq; verum est, & exigi calorem naturalem, & naturali hostilem fieri.

“

“

Nolui hoc loco spudasti tui, ineptas, stupidas, importunasq; dubi- Com.
tatiun- 182.

tatiunculas repetere: nam ex tuorum responsorum examine, quales etiam & quantæ illæ sint, intelligetur. In re putrescente augeri calorem, quatenus est patibilis qualitas, exire autem, quatenus analogiam perdit, secundum quam naturalis appellabatur: exire item, cum per substantiam misti non est, sicut antea diffusus, & non exire, sed manere, imò verò augeri, cùm aliis factus aliter subiectum gubernat, tua sunt somnia, non Authoris nostri. Nusquam enim augeri in putredine calorem dixit hic: nec perpetua est Vermium in re putrescente generatio, ut diximus antea: non modo, quia non semper διμόφυλα (ut Hippocratis verbo, à Galeno tamen male accepto, tecum vtar) vel συγγενή inueniat, vel etiam, quia ipse δύν
ἐχει λόγον: tūm igitur secundum tuam Pseudophilosophiam, calor non manserit, neq; fuerit auctus. Quid verò id quod subiçis? Si διμόφυλα, inquis, minime inueniat, totum subiectum dissipat, inq; elementa dissoluit. Phycum ista inconstantia. An non supra contendebas, putrefactionem secundum partem, in qua una explicanda, tu iam cum tuo Furnio totus es, non dissipare totum mistum, nec dissoluere id in elementa? ecce verba hæc tua sunt pag. 49. Vulgaris certè putredo, res in elementa non STATIM resoluit, neq; est ultima rerum corruptio, sicut naturalis &c. & antea dixeras: Nam in naturali putrefactione resoluuntur mista terrea, in puluerem & cinerem, quod in particulari nunquam vel certè Rarò statim contingit: & pag. 27. Putrefactionem naturalem esse mistionis simplicis in elementa solutionem: Particularem vero huius vel istius misti corruptionem. Iam contrarium affirmas. At Doctorem illum tuum STATIM nobis hic obijcies: At nos te cum illo scutica dicemus dignum. Tardius enim aut celerius solui mistum in elementa, non variat corruptionis naturam, sed agentis externi atq; interni caloris, qui patitur, varietatem indicat. cùm præsertim pagina 48. expresse affirmes, putrefactionem naturalem paulatim progre-

progreedi, particularem autem celeriter. Quid? quod ipse tu dixeras quoq; pag. 27. & 49. Particularē putrefactionē res illas, quibus accedit, naturaliter putrescere, nō sinere, imo verò efficere, ne putrefactio naturalis locum in mixto habeat, ipsam scilicet præoccupantē mixtum. Iam mirè etiam confundis tua isthac somnia: quo enim modo calor in hac tua putredine mistum dissoluet in elementa? absumpto humido? At Aristoteles negat absumi: at Erastus antea dixit, hoc esse putrefactionis naturalis proprium: quo igitur differet quo admodū hæc ab illa? Violenta hæc dices, & a calore abiente: Vtrāq; ab abiente & externo, dicam secundum Authorem nostrum, & te egregiè mentiri, qui audeas id, quod ille disertè atq; expressè docet, in dubium reuocare. An non tu ipse supra pag. 60. quod ambit, omnē id non esse proprium rei calidum asseruisti? iam Aristoteles: ubi de putrefactione naturali, etiam secundum tuum assensum disputat, eius causam refert in τὸ περὶ χοῦ. Et illa duo tua, & T. A. T. I. M., R. A. R. O., in qua Schola cusa? à quo baccalaureo excoxitata? Particularis tamen (dices, vel dixisti potius pag. 48.) ante legitimum ritæ terminum incidit, nec non cum morbo, & celeriter euenit: Contrà naturalis. At quis non videt, has differentias à te frustra, atq; ad ostentandam subtilitatem scilicet ingenij tui, non ad eruendam veritatem, multiplicatas? Dic primum, vbinam Author noster, hanc potius quam illam putredinem violentam dixerit: Deinde si violenta est particularis putrefactio, igitur est ab externo principio & alieno: igitur est omnino præter naturam, atq; habilitatem misti, & morbosa: igitur ante legitimum iuste durationis horam: has enim conditiones omnes, Violenti definitio expresse ac tacite comprehendit, vt ex 2. mag. mor. cap. 13. ac 3. Nicomach. cap. 1. cognoscere potuisti. At modus hosce naturam rei non mutare, cognoscere potes ex infinitis Aristotelis locis, quibus de motu grauium ac leuium, de generatione violenta & naturali,

atq; in summa de motu ac mutatione rerum multiplici differit. Toties id ab interpretibus annotatum est, vt citare loca pudeat ἀλλα μὴν οὐδὲ τῷ αἰδίοις εἶναι, μᾶλλον ἀγαθὸν εἶναι: εἴπερ μηδὲ λευκότερον τὸ πολυχρόνιον τὸ ἐφιμερῆ. Et rectè: differentia enim temporis est, celeriter & tardè 6. phys. cont. 69. tempus autem mensura motus & quietis. 4. phys. n^o 7. non rei: & posterior re: igitur rei naturam non constituens. Sed his missis explicare tandem modum debuisti, quo calor externus, in putrefactione tua particuliari, corrumpit mixtum, vt persuaderes nobis, eam ab Aristotele naturali differre plurimum. At id nunquam & nusquam egisti: accidentia pro differentijs attulisti: & ipsa subiectis & predicatione protulisti, quorumq; complexione nulla definitio, nullaq; demonstratio conficitur, sed Spudastica solum aut Furnia, id est, plebeia ratiocinatio. Repetam denuò: Si calore externo, in putrefactione particulari, internus auctus, humidum suum ac seipsum tandem absunit, unde corruptio mixti: quo differt hæc interitus ratio, secundum tuam interpretationem à naturali? Cur Aristoteles in neutrius putrefactionis explanatione phrases has usurpauit: Augeri internum, externo calore: absumi humidum eo aucto: Sed illas, exire calorem, & efflari cum calore humidum? Et cur non semper una æquè atq; altera putrefactio in cineres ac terram tardius, vel celerius mixtum conuertat? vel quamobrem generatio vermiculum, vni accidat, nunquam alteri? aucto calore diffluat, ac temere vagetur (vt tua verba usurpem) humor, non autem absumatur? absumento hoc, quām rectè dici possit mixtum in elementa dissolui? Aut si in putrefactione particulari calor non hoc modo corrumpit mixtum, quo igitur? Cur nusquam & nunquam proposuisti illum? non potuisti: credo: quia ex una & vnica definitione, quomodo conditiones colligas, quibus putredo, quæ sola definitur, ab ea differat, quæ nusquam definita est. At qui Aristotelis verba sic accipiunt, vt accipi debent, facile possunt.

IBIDEM.

Exemplo tibi medico rem declarabo &c. " "

*Spage cum tuis istis fallacibus exemplis : Ex vrina conturbata Com.
 nativus calor prorsus exhalauit: in mixto per te, etiam aucto pre-
 ter naturam calore nativo, humor vagatur & errat, superficiem pe-
 tens. In vrina, que vere (non falsò vt Scaliger inquit, cuius tu hic
 Simia esse voluisti) conturbata ideo dicitur quia crassiores sedimen-
 ti partes cum tenuioribus vrinæ, confusè commixtas habeat, calor
 accedens, easdem ab illis separat: hoc enim proprium caloris esse
 dicunt: id iop ὡρὴ ἀχώριον, heterogenea separare, homogenea ve-
 rò commiscere. Sic audis exemplum tuum, non modò fallax, sed im-
 eptum etiam esse. De vrinis porrò, que sedimentum alias nullum
 secernere videntur, & progressu tamen temporis, externi frigoris
 occursu crassescant, & quasi concrecant, vt lutulentæ appareant,
 alia ratio, alibi à nobis exposita: neq; te adeò stupidum iudico, qui
 de illis accipi verba tua relis.*

P A G. 72.

Quòd si res putrefactæ sic possent ad pri- " "
 stinam temperationem sicut vrina & " "
 vina quædam reuocari &c. " "

*Nunquāmne finem facies ineptiendi? Dic, si vrina conturbata Com.
 calor, qui externus & ambiens est, accessu clarescit, & priorem
 suam mixtionem ac temperaturam recuperat: si item vinum, cur
 non possint etiam recuperare res putrefactæ? At in vrina excipis,
 calor insitus non omnino perijt. quid? post horas duas, tres, quatuor
 quibus turbatur vrina, pristini etiamnū caloris aliquid in ea insi-
 det? quo sensu percipies, aut quibus effectis cognosces id? In coctio-
 ne alimenti promouenda per balnea & fatus, similem naturali ca-*

lorem adhibere possumus, ut Aristoteles testatur 4. meteor. cap. 2.
In putrefactione cohibenda non idem poterimus? Et in putrefacto
 cum calor nativus, qualitate praeter naturam sit secundum tuam
 sapientiam auctus, conturbabitur eodem, quo vrina, modo, febrilis
 humor? Dic, dic inquam de tribus his capillis Eraste: Spudastes
 hic tuus (vel potius iam non tuus, quia tuo responso dignum non in-
 dicasti) tibi obijcit, Reuocare vrinam conturbatam esse, reparare
 frigefactum, non calefactum mixtum: In putrefactione per quam
 accidit secessio illa humoris & siccitatis, omnia esse per te calefa-
 cta magis: Quid hic inquam tu? Nihil esse opus hic ista de re dispu-
 tare, cum exempli duntaxat causa vrinam adduxeris. At adduxi-
 sti, ut declarares id, quod dixeras de humido, temere vagante in re
 putredinta, aucto etiam, quatenus patibilis qualitas est, calore: ecce
 verba hæc tua sunt: Exemplo medico hanc rem tibi declarabo &c.
 pag. præcedente: Iam sequente mox ista, subiçis hæc: Exempli tan-
 tum causa ista adduximus, non autem ut ijs probaremus aliquid ad
 putredinem pertinens: &c. Si nihil probas, & nullam fidem inde
 concilias ijs, quæ ad putredinis rationem pertineant, cur exempla
 vocas? cur adducis? At (inquis) hoc solum propositum est, ostendere,
 quomodo putrescentia oculis possint humidiora videri: At (inquam)
 hoc tamen non ostendisti quia in putrescente re, per te non exit vere
 nativus calor, sed augetur tantum praeter naturam: & humidum
 consumitur: non igitur errare ac vagari temere per superficiem si-
 nitur. Imò intensior & qualitate auctus calor, humidum nativum
 assabit, & si excedat, etiam exuret, ut ex Aristotele suprà te do-
 cuimus. Quin potius Scaligeri vanitate tuam quoq; non obuelaſti?
Si super solidiorem tabulam (inquit is) olei aliquantulum ponas, id q;
ubi paululum fusum fuerit, prunam in medio imponas, mira celeri-
tate videbis illud fuga diffundi, ac dilatari, et quasi subducere se,
ne ab hoste consumatur. Idem tu de calore præternaturali intra
corpus

corpus concepto dicere potuisses, quem fugiens humor, relictis suis sedibus diffluat vndeque. Sed falso, ut ille. Non fuga & subductio olei illa est, sed liquatio & fusio a calore igneo: maius igitur occupare spatium cogitur: & quia vndeque funditur, (pruna enim in medio est imposita) vndeque etiam nouum acquirit spatium. Argumento est, quod apposita hinc vel inde, non autem in medio imposta pruna, oleum fusum tam prunam versus, quam alio in oppositam partem secedere ridebitur: quanquam qua pruna est, id minus appareat, quia momento absimitur, quod eam versum funditur. Atq; in hac pagina annotandū illud quoq; venit, Erastum tandem veritate coactum, id est, quod pro certo habeo, dubitationum fluctibus hinc inde agitatum, e quibus emergere, ut certo consisteret loco, non potuit, concedere, per putrefactionem particularem ac violentam, calorem nativum cum humido exhalarē, atq; ad extimas mixti partes exire: quod est contra ipsius dogma, pro quo haec tenus contendit: & contra veritatem: quia verba illa ab Aristotele, nusquam de putredine particulari pronunciata fuisse constet: cum tamen, etiam id nobis obijcente Erasto, tot alijs in locis, de particulari ac violenta putrefactione, locutus fuerit.

P A G. 73.

Multum ab initio non effluere, facile con-
cedo &c.

Dixeras pagina praecedente, siccitatem in re putrescente de Com.
principio non posse oculis iudicari, nisi cum in aliquibus rebus, par-
tes interiores, etiam oculis apparent, has enim etiam tum sensu ap-
parere sicciores. Aristoteles vero, neq; ad partes internas, neq; ad
externas adstringit sententiam suam: ergo aque per omnes partes
in putrefactione, quam ille animo conceperat, ac tum explanabat,
mixtum humidius primo apparere, reuera autem siccus subinde
fueri,

fieri, tandemq; in cineres redigi opinatus est. Scripseras item, calorem natuum, ideo dici exire, quia temperaturam amiserit, non quia subiectum reliquerit, qualitate tamen auctum, nunc in putrescente mixto nihil intus esse, quod humidum etiam extnum (hoc enim obiicit Spudastes) attrahat: male scilicet interpretans Aristotelis verba, perperam res accipiens, turpiter confundens Aristoteleam, turpius tua turpissem omnia. Si calor natius ut patibilis qualitas ab alieno augetur: calor natius unde & usquequaq; per misti substantiam diffusus est: igitur & auctus quoq;: at hoc tu supra expressè negabas pag. 71 erit igitur etiam intus quod attrahat. Attrahere humidum (eo inquam modo, quo passim vocem hanc usurpant) non opus est caloris, quatenus natui, sed quatenus caloris: Accidentis simplicis subiectum simplex, compositi compositum. Igitur proprium humidum attrahere, caloris natui fuerit: humidum vero quodcumq; calor. Hæc Dialectice prima sunt Tyrocinia.

IBIDE M.

„ Cur non cum alijs respondes, externa fieri
„ humidiora, interna vero effici aridiora?

Com. Imò hoc ipsum respondes, id est, quod negas, ait, & quod ait, negas: Nam supra dixisti, in re putrescente, de principio interiores partes etiam oculis videri sicciores, & non ratione sola intelligi: & paulò post ideo hoc fieri, quia exente ad extima calore nativo, non posset etiam non exire una humidum: iam id quidem in aliquibus monstrari, in alijs nunquam posse affirmas: Quid si id, quia cuiusq; mixti intima non pateant, monstrare digito nequeamus, an propterea reuera ita se habere definet? aut si reuera ita non habeat, afferas tu causam, cur in quibusdam id fiat, in alijs minime? Quia non omnia, una communi putrefactionis (tuæ intelligo) ratione ac

tione ac notione definiuntur? At Aristoteles vnam communem proposuit, vnam communem exposuit: Tu vnam cogitas, multas adducis, nullam exprimis. Aristotelis putredo fit, euocante sensim calore ambientis internum mixti, atq; cum eo humidum, vt ea ratione, in dies & momenta singula, aridus reuera hoc reddatur: ac tandem educto vndiq; in totum humore & calore, puluis ipse restet: et atq; hoc æquè in omnibus, quæ sic putrescunt, ac perpetuò, etiam si in his celerius, in alijs tardius, pro caloris interni vigore, mixtionis verò æquabilitate, ac perfectione, maiore aut minore fit.

IBIDEM.

Naturaliter nihil putrescit, nisi prius exsiccatur &c.

At Aristoteles, cùm, tuo etiam assensu, de naturali putrefactione verba facit, in hunc loquitur modum: οὐδὲν γέγονός περιττόν 186. γίγνεται τὰ συπόμενα: quomodo fiunt humida, si naturalis putrefactio est absumptio humidi? quomodo primum exiccatur, quæ putrescunt naturaliter, si primum humectentur? non humectantur verè dices, sed verè exsiccantur: Concedo, sed in pagina, quæ proxime præcessit, contendebas, idem de putrefactione tua non naturali ac violenta: quomodo igitur nūc affirmabis: tantum abesse, vt violētam putredinem, præcedat siccitas, vt quò quæq; res est siccior, minus sit apta putrescere? Quis te posthac interpretem Aristotelis audiat, qui tibi ipsi tam parū cōstas, à rei veritate tam aliena sentis, ab Aristotelis verò ipsius mente, tā disrepātia atq; abhorreūtia doces. Si hoc nō sit peruersè ex cōtortè interpretari, quid fuerit aliud?

IBIDEM.

Rem nullam hyeme putrescere, nequaquam aut dixit aut putauit Aristoteles.

Com.
187.

Prioris & propria^{te}t^e, quod de putrescentibus rebus est, causam iam ab Aristotele allatam, audiimus ex definitione proposita. Cur, quæ putrescant, omnia subinde sicciora sunt, ac tandem in terram reuertuntur? quia putrefactio fit, propter euocationem caloris interni, & cum eo humidi, ab externo qui ambientis est. Iam audiamus eundem, ex eadem alterum enodantem. Cur hyeme minus quam aestate res putrent? quia, cum per putrefactionem exeat natius calor cum humore suo, exeat autem prolectus ab ambiente, quod definitio allata docuit, hyeme ambientis caloris, vis minor est, quam ut extra tam profuse allicere ac dissipare internum mixti possit. Idque perpetuum est, & necessariò consequitur, in omnibus quæ naturaliter putrescant, si putrefactionis natura ea sit, quam exposuimus, Iam cum Erasto agamus. Putat is Aristotelem hoc loco loqui, de putrefactione particulari ac violenta: idcircoque de febribus meminit, quæ pauciores hyeme quam aestate sunt. Sed vanitas philosophie istius, partim ex superioribus, partim ex ijs, quæ dicemus in Commentariis de febribus, & ad 2. librum Hippocratis de natura humana constare satis poterit. Deinde Spudastes objicit, frequentissime per hyemem fieri ex putredine morbos, atque adfert causam obstructionis occasionem, quæ certè frequentiorum, & major, victus ocy atque ambientis gratia est. Erasmus ad hoc nihil, tantum febres pestilentes adducit, quæ sèpè numero magis hyeme quam aestate scuunt: quod præter rem est, cum putrefactio & pestis idem non sint: & contra rei veritatem, cum oppositum esse verum ab omnibus propè Medicis, hactenus fuerit obseruatum. Esse enim pestem, quæ etiam hyeme scuiat, nos ipsi experti, testari possumus: Sed hyeme grauius quam aestate sèpè numero pestilitate scuire, id inquam rnum est, quod cum ipsa omnium propè, quotquot extitere adhuc Medici, obseruatione pugnat. Id quod etiam probari certis & veris rationibus potest, quas nos in Commentariis

prædi-

predictis, paulo post (Deo volente) Furnio ac Spudasto legendas
 ac ruminandas offeremus. Et qui huc adduxere problema 33. sect.
 2. an nondum intellexere de nobis, nos non quid alibi, sed quid cap.
 1. lib. 4. meteor. de putredinis ratione scribatur, querere : problem-
 atum sectiones illas esse, ut dici solet, vel potius ut Gandau. quo-
 dam loco testatus est, Lacernam, ex multis, ijsq; varijs ac dissimi-
 libus fragmentis, à multis sartoribus consarcinatam & consutam ?
 aut ex problematis in hoc caput, aut ex hoc capite in sectiones il-
 las ab inepto aliquo Spudasto, aliquot fuisse intrusa ? Et quot in
 illis, lectionum, repetitionum dogmatum monstra ? Quid, quod hoc
 etiam caput eandem subiisse fortunam ac sortem, id est commenta-
 trunculis, glossulis, emblematis aliquot, in ora fortasse, marginis pri-
 mum, ab aliquo minus intelligente, adscriptis, deinde vero contextu
 insertis atq; adiectis, contaminatum fuisse, qui non videt, nihil
 certe videt. Verum hoc ego in presentia non ago. Sit igitur proble-
 ma illud Aristoteleum. Dicam agi eo in loco de putredine particu-
 lari : secundum quam humores aestate, cum videlicet proprij calo-
 ris inopia laborant, externi accessu feruent, & secundum partem
 corruptuntur. Quid tu vero inde contra nos ? An non supra effe-
 ctum satis. Authoris nostri sententia putrefactionem ijsiō, quae est
 corruptio secundum partem, uno excepto igne, competere caducis
 hisce rebus omnibus ? quid enim alias illa particula si velit, nisi
 hoc ? Quia putredo peculiariter quadam significatione definitur cor-
 ruptione secundum partem, si vobis ἡ πτητική πάντα τὰ ἄλλα &c.
 quod est idcirco omnia, excepto igne, hoc modo putrefactare possunt.

IBIDE M.

Quia non de sola corporum animatorum
 putredine disputationem instituit &c. “
 “

Esto hoc

Com. Esto hoc : non tamen fuerit $\kappa\alpha\theta\delta\lambda\gamma$ vt debuit , allata causa ,
188. cur hyeme res minus putrescunt. Aeris enim & aquæ , calore mi-
 nore , nihilominus illo anni tempore obnoxia redduntur animatorum
 corpora , (ad quorum putrefactionem proprius respexit , vt quo-
 rum etiam potior habenda sit ratio , debuit Aristotiles) putrefac-
 tioni : cum ipsa tum seipsis sint (vt diximus) quam aestate cali-
 da magis . Si itaque supra per τὸ περιέχον , etiam fuligines & fumi
 intelligebantur , debuit hoc loco etiam τὸ περιέχον adducere , non
 autem aquam & aerem : cum praesertim etiam per tuam Pseudo-
 philosophiam , mixta quedam non animata , quia minus dura sint
 & sicca , propter prohibitam perspirationem putrescant . Quanquam
 neq; in eo tibi constas , nam statim subiycis : in mixtis inanimis , nul-
 los aut certe per paucissimos halitus , propter caloris paucitatem ,
 & subiecti siccitatem , suscitari & colligi , vt propterea transpira-
 tione non egeant . Contrà Domine Doctor . Tu supra mortis com-
 munem omnium , tam animatorum , quam inanimate mixtorum
 causam constituebas hanc , quia nempe insitus calor , qui continuò
 instar flammæ nutritur , paulatim proprium humidum absumento ,
 seipsum atterat : oblitus es ? lege , que effudisti pag . 22. & alibi . Iam
 putrefactioni resistunt magis inanima , quam animata : quomodo
 igitur in his minus calor & humidi ? Nam Aristotelis ratiocinatio
 haec est : Quod feruescit & vehementer calet , id item , cuius magna
 moles est , minus est putrefactioni obnoxium , quam quod minus ca-
 let , aut cuius maior est moles : propterea quod in utroque maior &
 amplior , quam in Ambiente calor . Iam si mixta inanima , per te e-
 xiguum obtineant calorem atque humorem , quid inde sit consecutu-
 rum , ipse videris : praesertim si ista cum illis contuleris , que pagina
 22. scripsisti .

P A G . 74.

” Ideò Galenus lib. de inæquali intemperie &c.

Hic locus nihilò meliorem reddit Philosophiam tuam. Mixta naturali putrefactione, longè tardius corrumpuntur, quām animata: naturalis putrefactio ab interno principio est; vtrungq; tu docuisti etiam si falso. Iam quæstio est, de violenta putrefactione, quæ ab externo aëris & aquæ calore fit: Hac sola dicis Hyeme corripi solum mixta: nam animalia etiam, propter obstrunctiones in morbos incurrire. Quo allegas Galeni locum, quo docemur, non ea solum quæ inculcata sunt, & perspiratu prohibita, putrescere, sed alia multa, quæ putredini sunt opportuna. Quæ verò hæc opportunitas in inanimis? Contactus rei putridæ inquis: At Aristoteles hic, non ex contactu rei putridæ, sed ex maiore aut minore aëris vel aquæ calore, opportunitatem maiorem aut minorem putrefactionis dicit. Bone Deus, quām vbiq; peruersus es.

IBIDEM.

Iam dixi te debere Aristotelis verba &c.

“

Com.
190. Cur debeamus accipere Aristotelis verba de illis, quæ non admodum perspiratione egent, si ea generatim de omnibus, quæ conglaciata sunt, proferantur: ouτε τὸ πεπηγός id est, πᾶς: quemadmodum antea dixerat, ἔχοτε γίνεται τὰ σκηπτόμενα πάντα: & rectè: alias enim καθέλξ causæ non fuisset adducta: ergo neq; ex huiusmodi απορίαις dissoluzione, scitè ac probè fuisse definitionem putredinis assignatam, perspicere possemus. Iam secundum veriorem interpretationem, posteriora hæc, prioribus illis aptè respondent. Putrefactio naturalis & simplex fit, victo calore interno: vincitur euocatus: euocatur ab externo, qui est ambientis θεταὶ χύει: Ergo quæ frigore excellunt, minus sic putrescunt: nam calor ambientis minor est, quam vt vincere possit: oportet autem ipsum mouens vincere. Frigus autem conglaciati, superat ambientis caliditatem: igitur ab ea non vincitur, quin imò ipsum potius, illius actionem refrangit, cohibetq;

aaa

hibetq;

hibetq; perseverante autem frigore non sit putredo, quia innata caliditas, sub ea latitans, coercetur, neq; ab ambiente finitur euocari. Meum non est iam de re ipsa dicere: Tantum illud ostendere propositum habeo, Aristotelem hic sibi per omnia secundum nostram interpretationem constare: secundum tuam nullibi. Ergo que de carnibus concretis, vel etiam instar aquae per totum congelatis, rhetoricas, quam obsecro plebeia sint? Cur enim non putrescent prius, quam gelu solutum sit? Cur inquam? hoc enim fuit declarandum. Nam in his calor coactus (vt tu perperam loqueris) arctius, quam in concretis vapores suscitabit, qui diffundi nequeentes, putredinem demum inuehent: vel potius extinctum calorem prorsus vi atq; oppugnatione glacialis frigoris dices? Corrupta igitur fuerit conglaciata caro, priusquam in parua frusta concisa sit.

IBIDE M.

,, Rectius mihi videtur Argenterius &c.

Com. Imò neq; Argenterius, neq; tu rectè. Sententia Philosophi est:
191. id quod feruet, id est multo calore præditum est, non putrescere, quia caliditatem obtineat aëris externi caliditate efficacitatem: & quæ rini ab ea nequeat: quomodo enim minor in maiorem caliditas agat? agens ei quod patitur, vt dominetur oportet. Atq; hoc etiam ad putredinem esse necessarium ex ipsa definitione intelligitur. Ergo vanissima illa vanitas est Argenterij, qua asserit, feruentia, id est benè calida (hoc enim vult Author) ideo non putrescere, quod per raritatem transpirent vndiq;. Non enim ad hanc, sed ad illam causam refertur effectum: ἐλάττων γαρ οὐ τῷ δέῃ θεμότης, θέσι τῷ πρέγματι, quid clarus? Et transpiratio illa putredinem promoueret potius, quam retardaret: Pateret enim liberior exitus expiranti calori, proliciente præsertim, si non vincendo, vtcunq; tamen externo.

PAG.

Verba Aristotelis hæc sunt ἀδενέσερα &c.

Quintum problema in contextu sic dissoluitur: Ea que mouentur ac fluunt, putredini minus, quam que stant et quiescent esse obnoxia: quia dum motu centur, non semper eadem ambientis aeris parte: ergo semper minus calido tangantur aere: quare calor internus ab externo, quem efficacia superat, mutari haud facile possit. Hoc volunt illa, ἀδενέσερα γαρ γίνεται οὐ πότε τῷ άριστος μότος κίνησις &c. At ex definitione liquet, calorem aeris, efficiētem esse putredinis causam, educendo internum: non educit autem cum non iuxta. Quid iam tu vel potius alij? incertum esse ex his verbis, utrum Aristoteles voluerit, rei motæ calorem propter motum fieri alacriorem ac validiorem &c. Imò nihil certius, quam eum nihil eiusmodi voluisse, aut etiam animo cogitasse. Non enim dicit calorem in re mota fieri validiorem, sed κίνησιν nempe efficiam caloris, qui est in re mota, esse maiorem, quam eius sit, qui est in aere: ideo non tam facile ab eo mutari.

I B I D E M.

Vtrum affirmes, probabilitatem habet: Et “
enim per motū calor motæ rei excitatur. “

Imò neutrum ut affirmes, necessitas postulat, si Aristotelis interpetrem, non tui vel alijs capitijs, agere velis: ut neq; illud quod Com. subiicis: res nimirum motas etiam liberius transpirare, & ab inclusis, permisisti fumis magis purgari ac liberari, ideoq; tardius putrescere. Male sit istis tuis fumis, halitibus & fuliginibus, ita nobis vel Authori nostro potius, adeoq; ipsi veritati importunè molesti sunt. Vbi hoc loco ille, vel syllabam vnam de fumis? Causam disertè exposuit, cur censeat, mixta quatenus mouentur, minus putrescere:

aaa ij

Cur vos

193.

Cur vos h̄ic, ut etiam suprà, & ferè vbiq; aliud dicitis, quād ipse
 senserit, vel eius verba clarissimè sonent? & explicatio cause Ari-
 stotelea, est nādōꝝ vera de omni mixto, quatenus mixtum: Vesta
 in animalibus tantum habet locum (ut is annotauit, è quo eam in
 tuum transsumpsisti dialogum) Cur igitur vestris phantasias eius
 philosophiam turbatis, infuscatisq? Lam vt Furnius tuus, à nobis hoc
 loco, quād à te discedat paulò doctior, expendenda quoq; paucis
 alia illa tua sententia est, qua affirmas, per Motum veluti excitari
 calorem motæ rei? Quid illud veluti h̄ic? Sed mittamus hesitatio-
 nem tuam, qui de omnibus balbutis, & nusquam cum lingue hesi-
 tatione, confusioneq; non trepidas. Paucis rem ipsam perstringamus.
 Calor sequitur raritatem: Sunt enim hæ affines quædam naturæ:
 idèo altera alteram excipit: & vbi vna, tum altera quoq; in mate-
 riam affertur: Motus per se rarefacit. rarefaciendo igitur, disgre-
 gandoq; non dicam educit ex materia caliditatem, sed vt in mate-
 riam inducatur caliditas, causa est: inductam verò iam, si modera-
 tus sit, languentem etiam fuscitat, ea nimirum, quam supra exposui-
 mus, ratione: quanquam & illa ad rarefactionem reuocari possit.
 Apertissimè significauit id Aristoteles, cùm lib. 8. de aust. phys.
 hæc scripsit: ἐτι δέ πάντωρ πῶν παθημάτωρ ἀξχή πύκνωσις, νοῆ
 μάνωσις, καὶ ταῦτα θεματα, καὶ τυχεὸν πυκνότητες δοκίσι, καὶ
 ἀστατήτες εἰναι τίνες: πύκνωσις δὲ νοὴ μάνωσις, σύγκρισις καὶ
 διακρισις &c. Quod etiam pro causa potest afferri, quamobrem
 exercitatio animalium (moderata inquam) natuum calorem fu-
 scitat, ac vegetiorem reddit. Motis enim nobis etiam ea que in
 nobis sunt, mouentur: fit igitur partium sanguinis, qui præcipue
 in cordis (hic enim focus: qui si frigeat, frustra tentes alibi fuscita-
 re calorem) sinus, pro alimenti generatione, continenter influit, dis-
 gregatio quædam & raritas: Vnde & caloris consequitur incremen-
 tum. Commotis etiam pñâ partibus alijs corporis, explicatur, que per
 quietem

quietem contractae erant, ut in eis auctus, influere calor expeditius possit. Hoc certe nos praeter ea, que supra diximus, verius afferimus, quam ab amicis nostris, Viris alioquin doctissimis conflicatione mutua partium, articulorum, ut ossium et cartilaginum, veluti elidi calorem, quos suscitari etiam febris aliquando possit, alibi pronuncietur. Paucam quaedam adhuc, hac de re alia, inter percurrendum sequentia emblemata tua infra sibi clemus.

I B I D. & P A G. 76.

Sed ne illud quidem verum non est, minus calefieri mota &c.

Cur autem minor fiat impressio re mota? Huc adducis problema 16. (34. dicere oblitus es) sect. 5. cui tamen non acquiescis: Com. eam prætexens causam, quod sensui atque experientie plus quam rationibus tribuendum ducas. At Aristoteles experientiam ibi adducit: dicit enim nos stantes in sole incalescere amplius, quam cum in sole mouemur: cui adnectit alteram de olla feruore, qui afflatu aut versatione remittit ac sidet: Cur igitur non acquiescas ei? cum presertim tu, neque experientiam, id est neque sensum, neque rationem ullam ad confirmandas gerras tuas adduxeris? Vrgebimus te acrius. In problemate 13. (quod iam, de lachrymarum ortu ac materia publicè cum auditoribus meis differens, interpretor) sect. eiusdem docet Aristoteles: Motum calorem efficere, idemque isthic, id est problemate 34. repetit: Quid tu hic? Aristotelem cum sensu pugnare, quia in aqua et aeris id sit aperte falsum, cum mota haec elementa frigidiora sint. Quid nos? Spudastum tuum miserum, te illò miseriorē. Aristoteles nusquam dixit: omnem motum calefacere, quod tu, non Aristotelis sed tibi, id est tuo capiti, obiectas: sed motū calefacere: imo vero cum quæsiuisset, cur in sole cum stamus, amplius incalescimus, quam cum mouemur, erga tanta tñs κινητως θερμαν-

a a a ij

Tinx

147m nit
Cardano

lib. 2. de elem.
mentis: sec.

Capit. 1. de corp.
et cœlesti.

Capit. 2. de corp.
et cœlesti.

Capit. 3. de corp.
et cœlesti.

Lib. 3. de elem.
mentis.

Ἰκανὸς δύναται : Respondet à διατάξει πίνακις ἀρχούσια. Et motus potestatem habet calefaciendi per se, refrigerandi per accidens. Rarefacit per se motus : & rarefaciendo per se calefacit, vt diximus : per accidens refrigerat : quatenus nimis efficacia incurvantur, & subeuntis aëri frigidioris, in rarefactas & quasi diductas à se mutuó partes, feruent ad ignem alle (quod vi quadam afflando, vel cochleario versando cocci etiam præstare norunt) remittit potius aquæ & estus, quam augetur. Sed intremus adhuc magis, quantum tamen semper hic locus patitur. Is, cuius tu in hac pagella simiam representare voluisti, exerc. 74. num. 2. docet : Nihil differre, rē ne calefaciens, aut calefacienda moueatur : Quin imò sibi riederis, si non moueatur, magis calefactum : & exerc. xvi. num. 1. Non cieri motu calorem, nisi propter aëris attenuationem qui propterea igniatur quoq; : Itaq; fieri non solum à corporibus solidis sed à fluidis quoq;, cuiusmodi nubes sunt, cum earum motu fiat elisio : in solidis tamen fieri celerius ac frequentius, propterea quod aëris, qui inter illa intercedit, parvo momento ignescat : distentum enim attenuari : id quod eueniat quoq; in sagittæ trajectione : idem namq; effici recta productione, vna longa, quod breui frequentique iterata confricatione. Hec inquam ille : Quorum primū cum Aristotelis sententia, de qua hoc loco litigamus, minime pugnat. Nam si moto aere, vel sole, quia fixio radiorum eius, minus sit stabilis, minor quoq; fiat impressio, multo quoq; minor illa, propter eandem causam futura est, si corpus ipsum quoq; per aërem moueatur. Quod tamen dubitatione minime caret. Nam cur immoto sole, aut immota re in sole, maior inde sit emersurus calor ? Affirmant tamen id in omnibus esse verum : exemplo caui speculi, quod si moueatur, nō concipit ignem. Et causam adferunt radiorum rei stabilis aut in rem stabilem fixionem. Sed cum idem numero radius, vel potius eiusdem numero radij pars, aut deniq; radius eiusdem potestatis & conditionis

tionis priori continuus sit, in quem incurrit mota res, vel qui occurrat motu rei, quid obsecro intersit, utrum moueatur Sol, & in sole res, vel non moueatur? Fixio enim minor non fuerit, moto altero, vel utroque quam in moto utroque vel altero. Quia mutatur locus non radius: & locus, ut ita dicā, mathematicus alius fit atque alius, non naturalis: atque unius radij actio, alterius eiusdem rationis actione, nullo interiecto momento temporis continuatur. Mota per medium flammarum manus, illius vim aequa sentiet, atque immota. Semper enim incurret in eiusdem ignis radios: (hoc enim suppono) ergo quem mora v. g. semihora continua incursatione unius concipere potuit, eundem continua plurium occurrasione mota, eodem spatio temporis omnino cōcipiet. Fixionem itaque radiorum huc adduxisse non fuit satis. In cauuo autem speculo hinc inde moto, aequa atque in immoto concipietur calor, atque ex hoc ignis in esca, si motus ita fiat, ut continuata illa reflexionis ignifera concursio minime intercipiatur. Ergo unica restat effecti huius causa: Recalefactio. Ignescit subsole corpus, continuo tepidiorum radiorum appulsu. Ignitum vicissim contiguam aeris partem inflamat: Si igitur haec, alia semper atque alia occurrat, quod, vel altero, vel utroque corpore moto, fiet, minus afficitur vicissim minus afficere poterit. De manu vero, vel alia animalis parte, quae per eundem ignem continuo mouetur, alia ratio. Hic enim est feruoris excessus quidam. Eius igitur, quaecunque occurrat pars, semper est calidior manu: igitur in quamcunque haec occurrat, constante sensu, semper vi ignis male afficietur. Sed & alterum ventilandum nunc quoque paucis: ut alia ad sua dico quaque loca, reservemus. Nego sagittas plumbeas per aerem celeriter traiectas, liquefieri: nego illa traiectione, rarefieri, aut collidi aerem: quin immodusari potius affirmo: nego collisis mutuo corporibus solidis, aerem qui in medio est, distentum ignescere. Primum illud, merum esse deliramentum, vel Valla ipse nobis dicet: atque experientia tandem ipsa-

ipsa testabitur, quæ illud etiam monstrat, globulum tormentarium, qui longè maiore impetu per medium aera voluitur, & figura sua maiorem elisionem facere aptus est, ne incalescere quidem, ne dum vel minimum liquefcere, quicquid Lucretius lib. 6. ea de re ex vulgaris opinione cecinerit. Cùm igitur Eraſtus de nobis petat, ec quis tandem ille sit, qui nesciat, aut non legerit, sagittas &c. Nos illi vicissim respondemus, legiſc quidem id multos in Aristotele lib. 1. meteor. cap. 4. & lib. 2. necnon 4. de cœlo, atq; alijs, neminem tamen, & ne Eraſtum quidem ipsum, ſcire. Alterum res ipſa docet: aër enim sagittæ transuolantis impetum minimè ſuſtinet, ſed ut renitur diuidenti, ac de loco deturbanti, quantum potest 4. lib. de cœlo 45. cont. promptè tamen cedit, in ſe autē cedit, quod ad densitatis rationē pertinet: Indicio eſt, quod trajectu globi per mediū aëra franguntur nonnunquam vitreae fenestræ, concutiunturq; corpora, quæ tamen inde, unde transcurrit globus, haud paruo diſtant interuallo. Intra nubem autem dum luſtatur halitus (non aër) exi- tum querens conflictio eius atq; eliſio, cum lateribus nubis ſequitur: quia eſt, quod vndiq; ambit ac refiſtit frigus: Vnde fragor ille va- rijs & inæqualis, propter nubium densitatem, inæqualitatem, & concauitates: atq; ex attritu, ignis: qui tum ſumma vi expreſſus, fissa perrupta nube deorsum, vel aliquando etiam furfum precepſ fertur. Nubium ipsarum inter ſe conflictu, elidi ignem, ſi malis, nihil id cum ſententia noſtra pugnabit. Et in collisione duriorum corporum, non interceptus aër (hic enim facile elabitur atq; cludit iectum, & interceptus densabitur compressione illa potius, quam rareſcet) ſed ipſius solidi portiones attenuatæ igniuntur. In quo ſubeft difficultas: ſi ea ſit elementorum, cùm in ſe mutuo transmutant, molis proportio, quam ex Aristotele nobis ferè rbiq; obiecent iſti, qui fieri poterit, ut ex tanta terra, tantulus emerget i- gnis? eadem de aere dubitatio, ſi hunc igniri dicas: quantulus enim obſecro

obsecro aër, inter clavum & lapidem (ut cum Plinio loquar) cum ille alliditur huic intercipitur? Multò plus autem terrei, cùm dura corpora simul concutuntur, succendi, quām Analogia illa requirat, id argumento c̄st, quod ex frequenti collisione, multum quoq; de vtroq; corpore duro decebat. Quidam hunc ignem nostratem, non esse eiusdem naturæ, cum superiore illo dicunt. Alij verius se dicere opinantur: eiusdem quidem esse naturæ, sed in aliena materia, ideoq; etiam effectionis alius. Vtrum velis horum, esto. Vnde tamen ignis ille, in alienam illam materiam? Hoc volo, non educitur (ut probauimus alibi) sed inducitur in attenuatam materiam ignis formam, cùm percussione illa generatur. Mibi enim per placet, etiam si Scaligero non placeat, id quod Auerrhois in paraphraſi Metaphys. atq; alibi docuit: ignem à motu non fieri immediate, sed à coelesti illo calore, in aëre diffuso. Hic enim formæ huius, non omnis, & per hunc, omnis, non solum huius, primus ille cuncta mouens, ipse immobilis, dator. Iam ad rem: quomodo in illam materiam inducatur, si densior & compactior sit, quām natura eius requirat? Aut duo erunt ignes. Verior igitur prima illa opinio: imò neutra vera: quia superus ille ignis nullus, nusquam, nunquam: tantum abest, ut sit elementum. Ergo ut falsum est, ignem illum purum, spissatum, in aëra transfire, quod Ovidius etiam cecinit: (cur enim potius, non in ignem hunc nostratem?) ita falsissimum, rarefactum aërem in ignem mutari.

IBIDEM & 77. 78. 79.

Restat alia dubitatio. Etenim Aristoteles

“

22. Sect. proble. 4.

“

Hanc dubitationem in medium quoq; protulit Vicomercatus. Com. Certum est autem verba problematis de locali motu esse accipien- 195. da, ut tu ex eiusdem sententia scribis: pugnant ergo diserte, cum
altera
bbb

altera sententia hac lib. 4. meteor. Nolo hic Aponensis, & aliorum
 in epijs refutandis frustra tempus consumere, ne inita tecum dispu-
 tatio nostra hęc, in immensum excrescat. Cum bella tua, imò verò,
 ne tua quidem fictione (sic enim appellat eam Spudastes) duntaxat
 agam. Dicis Aristotelem ibi de alterationis motu non esse locutum:
 Vnde id habes? Primum inquis, quia conclusa possunt semper alte-
 rari: at per pseudophilosophiam, quam nobis paulò pōst reuelatu-
 rus es, minus possunt. Secundo, quia repugnat id, quod de vacuo A-
 aristoteles subiungit: at qui qualitatem quiescere dixit probl 8. sect.
 13. is potuit etiam vacui nomen μεταφοριῶν usurpare. Tum con-
 tendis, de vase loqui, que non mouentur: id verò etiam vnde tibi
 constat? quia (inquis) si vas moueretur, mouerentur etiam fructus,
 quod cum Aristotelis hypothesi pugnat. Imò non pugnat: quia moto
 vase, non mouebitur nisi per accidens contenta res: qui motus nihil
 putrefactionis occasionem promouere aut retardare potest: cūm
 semper immobilis ipsa, eundem seruet locum, id est ab eodem aère
 in vniuersum ambiatur, quamvis partium eius locus aliis atq; aliis
 sit. Tu contrà dicas, (contraham enim in angustam summam, que
 prolixius, atq; vt soles vbiq; ad nauicam vscq; commoraras pag. 77.
 78. 79.) Aerem inclusum, quibus partibus attingit fructus, reddi
 tandem ipsis qualitate familiarem ac similem: quam diu igitur lo-
 cum illi minimè mutant, ab eo non affici: cūm actio fiat à dissimili-
 bus. Nunc vase moto, fructus quoq; mutare locum, quia alia iam
 sit pars aeris, qua ambiuntur, & primo illo occursu etiam dissimilis
 atq; contraria: à qua actio. Toties igitur patientur fructus, quoties
 loco mouebuntur: ex quo putrefactio. Porro differre inter se, qua-
 litatibus aeris, in eodem vase inclusi, partes, ex eo adstruis, quod vt
 corpus nostrum (de qua re locutus est Aristoteles, cūm alibi, tūm
 verò 34. probl. sect. 5.) ita & singuli fructus de se suum dico quig;
 & varijs sui partibus varium) vaporem & fumum quendam mit-
 tant cſſi-

tant assiduè tepidum, qui proximum mutat ac tepefacit aërem. Iam vase moto, quæ pars aëris, certam fructuū partem prius ambiebat, eamq; redditam inquam diurna vicinia & contigitate familiaris, minimè mutabat, commotis fructibus, ad aliam appellebat, quæ recenti hoc aëris appulsi alterabitur. Hactenus tua: nam reliqua quæ his assuis, pòst. Nunc tu audias nostra. Primum quid putas in quaestione significare illud ἀεροῖς φυστῶσι; Vt tribus flatu distentis dices cum Aponensi: minimè, sed tumentibus, quia nimirum repleti sint fructibus, carnisbusue afferuandis: aliâs quomodo subijceretur, τὰς πλήρης ἀκίνητα, αὐτύνατον γερπὸν ἀεροῦ καὶ νέφος θύει: ταῦτα δὲ πλήρη. Certe Aristoteles vtrem, in quo aliquot sint inclusa poma, reliquum verò flatu plenum, non dicet Vacuum, & quoad inclusa poma immobile: Est enim ibi aëris, in quo satis est resistentia, que in omni motu requiritur. 4. de phys. auscult. cap. 3. In vacuo enim non fit localis motus, quia in illo nihil est, quod resistat. Est motus nihil aliud, quam mutatio contactus, aut secundum totum, aut secundum partes: in vacuo autem nihil tangitur: nulla igitur ibi successio partium se inuicem tangentium, in qua motus consistit. Nam in tactu resistentia: semper enim corpus contiguum, iuxta quod fit motus, obsistit motui adiacentis mobilis, quatenus nempe disunctioni eius resistit. Ut enim continua potentiam habent, qua conseruent unitatem partium: ita & contigua potentiam obtinent quandam conseruandi tactus unitatem. Et diuidenti ac de loco deturbantise, corpus omne resistit, quantum potest: Ergo ob utramq; causam: in vacuo nulla resistentia: ideo nullum etiam tempus, in quo contingat motum fieri: quanto enim resistentia minor, tanto breuiore tempore motus absoluatur: ubi ergo nulla fuerit, nullum etiam futurum tempus. Sed in vtre in flatu continetur aëris, qui satis est ad resistendum mobilibus pomis, si forte moueantur. Præterea verò videmus, dolia etiam bene incrustata pice, & quam diligentissimè circum vndibb ij que ob-

que obturata, si tamen plena ad summum r̄sq̄ non sint, integrum
vinum minus asseruare: Et qui carnes fructusq̄ alios, vasis etiam
benè vndiq̄ munitis & obturatis, integros conseruare, & quò mi-
nus corrumpantur, prohibere cupiunt, id studere semper, vt aut ea-
dem, aut alia materia, cuius contactus minus nocere possit, aut eti-
am, si quid humoris colligatur, id intra se imbibat, ad summum
r̄sq̄, vas opulent. Id enim unum cauere quam maximè volunt, ne
vel externi aëris, vel intus conclusi contagione patientur aliquid.
Ad hunc modum Columel. libr. 12. cap. 44. docet, ex Magonis
cuiusdam Pœni obseruatione, in vrceo novo fictili, substerni scobem
populeam, vel ligneam, tum in ea disponi poma: Hinc rursum sub-
sterni scobem, ac similiter mala disponi, donec impleatur vrceus:
cui replete operculum imponi, & crasso luto diligenter obliniri de-
beat. Deinde fac poma illa tua esse atomos, per aëra inclusum, per-
petuò volitantia, vt minus amicum habebit subinde occurvantem
aërem, ita etiam minus potentem: inimicitiam enim effugere ex
toto, vt vt immobilia sint, nunquam poterunt vt mox audies: at
vrim & impressionem perpetuò illo motu, eludent quam facilime.
Ruit igitur tota illa Erafti bella fictio: nam in vtre hoc modo
pleno, moueri fructus inclusi nullo modo poterunt. Igitur qui aer
eos ambiet, immotus, tam huius quam illius vicini halibus æquè
imbutus, æquè huic atq; illi factus hostis, vtrumq; perdet: Sed fin-
ge animo, quod Eraftus facit, vt suam in circumfuso aëre quasi the-
cam habeat quodq; pomum, quo includatur: an propterea tam
densi ac solidi sunt parietes illarum, vt quem semel hinc inde ex-
pirantem halitum, in se receperint, totum sibi ita referuent, vt ni-
hil eius in vicinas thecas, in quibus alia poma recondita sunt, ef-
fundisnant? Ergo neq; sic vitare hostilem vim poterunt. Quid igitur
dices tu ad problema? Vno verbo id dicam, quod dixisse ma-
lim, quam ad ambitionem, & citra fructum, nulla id postulante
necessitate,

necessitate, philosophari: (eius quod non est, nullæ sunt causa: Cur igitur in harum explicatione ad gloriolam aucupandam versari?) Est autem hoc. Problema illud problema esse, & quidem Aſino, non Philoſopho dignum. Quis enim non videat, expreſſè cū Aristotele & veritate pugnare verba illa: σήπεια τὰ κινδύνευα πάντα? Si de animalibus tuo modo accipias, falsa ſunt: ſi de mixtis manimis, non magis vera: τὸ γαρ κινδύνευον οὐδὲ φέον ἐπίσημον, τὸ δὲ τὸ κινδύνευον οὐδὲ φέον: τὸ δὲ τὸ κινδύνευον, οὐδὲ φέον: & probl. 47. ſect. x. οὐδὲ γαρ τὰ αἷλα, μὴ κινδύνευα, οὐδὲ αἴτιον τοῦτο ταχὺ σήπεια: & ſect. i. probl. 54. τὸ μὲν γαρ μένον σήπεια, ὡς περὶ τὸ μὴ κινδύνευον. Unius igitur atque unici loci cauſa, qui cum tot alijs ē diametro pugnat, tot comminisci fabellas, tot inanum verborum ac repetitionum strepitus edere, tantum deniq; chartæ inquinare, cogemur? Et quis etiam non animaduertit, Sophysticam eſſe interrogacionem, non autem unam, cum queritur, cur plenis vtribus, & accurate vndiq; obturatis ac picatis vasis alijs, inclusa minus putrefiſcent? an non etiam ſemiplena diligenter vndiq; occcludi ac picari poſſunt?

P A G. 79.

Teipſum oppugnas ista dicens &c.

Et tu teipſum implicas ista respondens. Dic Erafte, dum in Com. aqua calida ſedes, ſi partes eius eodem modo calida ſunt omnes, 196. cur, ſi prior que iam depulsa eſt, non afficiebat, altera que recens appellit, afficere partem debeat? vtragi; enim familiaris, ſi vtragi; eadem prorsus caliditate prædita: vt igitur prior, ita & posterior, nullo percipietur calore. Non igitur nihil eſt, quod ſpudafteſ ob-
b b b ijij cit.

ijcit. Atq; vnica, euadendi angustias hæc, tibi via superest: Redditam, contactu corporis, frigidorem contiguam aquam dicas: quid mi? initio enim egit in corpus hæc: ideo vicissim passa ab eo aliquid: non vt ab aq; calido, nam aliâs calida, primo ingressu, atq; atta-
etū non sentiretur aqua: nunc sentitur calida: igitur vt à minus ca-
lido. Axioma physicum est hoc, quod Aucennas lib. 1. fen. 1. doct.
3. secutus est, atq; omnino verum, quicquid nostrates eius glossato-
res hic commenti sint: ea quæ temperamento tactus organo respon-
dent, sensum non mouere: & illud quoq;: omne agens agendo ri-
cūsim pati: ideoq; etiam maius à minore. Quod autem dicitur acti-
onem esse eius, quod dominatur: id quomodo sit accipiendum, est
alibi atq; ab alijs etiam declaratum. Adnectas hoc ipsum auctari-
olum ijs, quæ contra tuas thecas, paulò antea proferabamus, tum
cognoscet, quæ, qualis, quanta philosophia tua sit.

P A G. 80.

Certum non minus est ex illis &c.

Com.

197.

Omnia tua certa sunt, si te audiamus, quibus tamen nihil in-
certius. Nego ea, quæ in vasis semiplenis insunt, celerius putrescere
si moueantur, quam si non moueantur. Si enim vasa cereuisiae semi-
plena duo habeas, tardius illud putrescet, ex quo singulis diebus
exhaurietur aliquid, eò, ex quo nihil. Hoc exemplum opponimus
exemplu tuo, vt intelligas, mulierculas nostrates esse tuo Spudasto
sapientiores, quæ cereuisiam eo modo respirare dicunt: nam per
quotidianum illum exhaustum, in locum cereuisiae recente ac nouo
subeunte aere, is, qui in dolio inclusus, cereuisiam ambit, perpetuis
eius halitibus contaminatus, quasi ventilatur: vt eo modo cereuisiae
copia minore reddita, & maligna ri ambientis diluta, (fit enim
appellens aér vnum cum eo qui iam inerat: ergo & eiusdem con-
ditionis consors) minus inde sequatur noxæ. Ideoq; diligentissime
tum fo-

tum foramen dolij, vndiquaq; obſtruunt, ac luto muniunt, tenui dū-taxat relictō ſpiraculo: ne videlicet externus aēr maiore copia vel impetu, ſubinde ſe ingerens, liquorem alteret. Cūm autem dolia plena ſunt, tūm ne tegunt quidem foramen: ipſa ſibi crustam, vt ita dicam, ex reiectis eō facibus, continuo inducente: Vnde & continua quoq; ſubinde replendi vasis neceſſitas urget: ne intra vas externi aēris copia colligatur, qua cereuifia poſſit alterari. Horum altero neglecto, acescit mox cereuifia. In vini plenis cadis eadem ratio: in ſemiplenis, ſenſim tamen exhausti, alia: foramen non obſtruunt, ſed leui ac plano lapide tegunt, oleiꝝ cyathum ſuper affundunt: Sic ad ultimum vſq; Vinum ſeruatur integrum. Discriminis ratio, à varia liquoris natura petitur. Humido multo aqueo, conſtat cereuifæ ſubſtantia: igitur à continentे inquinari facile potest: & vſcidior eſt, ideo inuenītæ iam labis tenatior. Adde quod in præparatione & coctura illa artificioſa, quanta, quanta demum cura adhibetur, nunquam tamen ita ad vnguem per omnia ſuccedit res, vt Heterogeneas etiam aliquot, nulla defæcatione ſecernendas, partes in ſe non retineat. Quorum omnium cauſa & facilius & magis, ambientis vi cereuifia, quam vinum afficitur. Referre autem hoc loco rationes varias, ac nonnunquam etiam contrarias, præſeruandorum variorum vinorum, tam dum exhaustiuntur, quam dum aſſeruantur, minime opus eſt. Ea reſiſtum volumen deſideraret, eſſetq; non exigui laboris. Suum enim cuiq; regioni cœlum, ſuum ſolum, ſuę vix, ſua exprimendi, excipiendi, condendi vini ars, ſuum deniq; ēvſkum eſt. Cereuifiam, que Torgensem, tantoperē hīc expetitam ac laudatam ſaperet, ac ſuauitate referret, multi (vt certò affirmant) harum regicnum œconomi, alijs locis quam Torgæ coquere tentarint, Accerti iusto tempore Torga coctores, vasa inde aduicta, ligna, lupulus, hordeum, aqua demum ipſa: adhibitus eadem diligentia, & ad ultimum vſq; ſeruatus inter apparandum horde-

hordeum, coquendum, transfundendum, condendum liquorem, idē ad vnguem, qui Torgæ modus. Quid tandem? Hoc Lipsenses Rastrum (ut nominant) Wittebergenses Cucuc, non autem quale sperabant Torgense Nectar inde habuere. Et Columelle sententia est, lib. 12. cap. 43. Pomorum etiam custodiendorum atq; asseruandorum rationes, omnibus esse regionibus aptas: sed pro conditione locorum & natura fructuum alias alijs conuenire. Quam etiam tunc putas, non est vera causa, corruptionis vini: siquidem aīs, cum semiplenum vas dimouetur, aut vehementius percutitur, ex moto vase facilius abit, ac reddit, locumq; mutat aēr: sed illa: quod nimurum ea, quæ iam secreta erant ac deposita excrementa, cum vino confundantur: atq; è fæcibus, quæ resederant, crassior sese attollat halitus, qui Vini sese intorquens atq; inuoluens substantię, corruptionis præbeat occasionem. Id vel ipse in matula, qua tuum excipis lotium, experiri, quoties voles, poteris: facta enim hypostasis secretione, ac depurato Vrinx corpore, si matulam tantillum dimoureas, vel talitro tantum leuiter propè fundum percutias, manifestò cernes, ea quæ resederant tenuiora sursum denuò ascendere, & in Vrinx corpus sese induere. Leuis autem atq; exiguis ille aēris motus, tantum abest, vt vino noceat, vt multum etiam conferre, ac prodesse ad eius integratatem ac durationem possit: aut effecta illa vera non sunt, quæ exposuimus antea: imò verò, aut illa falsa sunt, quæ tu, nusquam tibi in eadem re constans scribis pag. 83. Vbi hæc habes: si perspirarent (loqueris autem de granis tritici, in vnum aceruum accumulatis) id est, si non alia alijs ita incumbant, vt difflatio omnis prohibeatur, neq; calor intus prohibeatur, non facile putrent &c. Et cui autem persuadebis vñquam tu, aēris portionem illam, quæ in semiplano vase continetur, per omnes & singulas sui partes, halitibus ex singulis vini partibus sursum elatis, æquè & indiscriminatim, non esse inquinatam? Vndiq; igitur secundum Spudasticam philosopham

phiam tuam septum erit vinum contrarijs & vna similibus, amicis, atq; vna hostibus, qui oppugnent aliena, & vna tucantur amica qualitate. Quid? quod pars aëris, v. g. A. parti Vini B. quam proximè attingit, plus noxæ adferet ac detrimenti, quam commodi: cùm non sola ea, quam à B. rino recepit, sed etiam, quam à C. & quam à D. & quam à singulis alijs, imbuta sit. Concludam nunc paucis. Ad conseruanda vina generalis cura duplex: Prima vt respiret, & quasi ventiletur subinde vinum, recentis aëris, benigno, leni, exiguo appulsu, nullo autem modo liberiori aëri exponatur, cuius iniurias vitare, vel motum vel immotum minime posset. Altera, vt nulla motione conturbetur, ne Heterogenearum reliquiarum iam sepositarum noua confusione, patiatur illarum consortio aliquid. Ad hæc inquam præcipua capita, minutiora alia, que, vt dixi, pro Regionum varietate mire variant, omnia referunt.

P A G. 80.

Vt vel vehementer inflentur vtres &c.

cc

Dixi tibi antea, non velle Aristotelem, vt vehementer inflentur, sed vt fructibus ita repleantur, ne vacuus vllus (intellige, per quem poma moueri possint, alias in bene inflato vtre satis est loci, quo illa moveantur) ibi restet locus.

Com.

198.

I B I D E M.

Prorsus certum est plus ex moto &c.

cc

Esto: exeat plus vaporum ex moto, quam ex quiescente: & tanto inde magis inquietur circumfusus aër: Vnde etiam maior qualitatum pugna oriatur. Viciſſim re mota, leuior fiet impressio: minus itaq; illa afficitur. Hoc commodi certò capiet. Nam incommodum illud, quo inquam appulsu alienæ qualitatis, quam inuehit circumfluus aër afficitur vitare ex toto nullo pacto inquam poterit: si qui-

ccc

rit: si quidem qualitas in unam portionem, quantumvis immoti aeris,
recepta semel, nullis tam certis contineri, vel cohiberi cancellis potest,
quin latius se diffundat, ac per contiguum & vicini quoque aerem
serpat. Sed neque verum est id, quod esse possumus. Nam in animali-
bus per motum quidem maior fit expiratio, quam per quietem: &
quo immoderatior motus, copiosior haec: aucto nempe calore, (quo
ut est in Aristotele magis consertim & oxyus, quam ipso perse co-
sistente minutiore calore, dissoluuntur in reliquias θεωρήσια πνοής)
reseratisque meatibus: Sic enim immoderata exercitatione, corpora
celerius exolui, extenuari, atque in senium incurrere, scripsit cum Ar-
istoteles lib. de long & breu. ritæ, tum Galenus lib. 5. de tuend. sa-
nitate. Verum in inanimis non sic: horum enim si quis intrō conce-
ptus est, imminuitur eandem ob causam, quam prob. 13. 17. 34. 35.
scđt. 5. atque alibi expositam ab Aristotele leges. Quid? quod que-
niam feruent, cum te pescere volumus, agitanda, vel per aerem
commouenda esse, pueri etiam ipsi norunt, quod supra de feruente
olla diximus. De flamma ipsa, & pruniis alia ratio. Calor autem, qui
citra has & citra illam est, occasione frigidioris aeris, per leuem
etiam motum facile refrigerescit. Discriminis causam ex natura calo-
ris superius vniuersim exposita, de promas ipse tibi: ut intelligas de-
mum, (id quod dicere quidem voluisti, explicare tamen, atque ad cer-
ta principia reuocare non potuisti) quemam frigescere, & que vi-
cissim incalescere motu res dici consueverint. Collisione autem mu-
tua duriorum solidiorumque corporum (qui duplex est, non unicus,
ut isti dicunt, motus) produci calorem in attenuatas portiones eo-
rum scimus: sed non hoc in praesentia agimus, ut cognoscamus dico,
quot modis oriri ignis possit, verum illud, ut intelligamus, quatenus
quisque motus calefacere, & quatenus frigefacere queat. Habet iam
quo te iactare possis, de explicata integrè repugnantia hac. Vico-
mercati eadem de re verba sunt haec:

Non

Non de omnibus, quæ motione carent, in problema-
te loquitur Aristoteles, sed de his, quæ in vtribus infla-
tis ac vasis operis continentur. Hæc itaq; mota putredi-
nem minus effugere affirmat, cùm alia ex motione pu-
tredinem elabantur, vt Plato quoq; in Theætheto do-
cuit. An dicendum est, vtribus contenta cùm agitantur,
non diffleari: neq; aliud & alium omnino locum mutare,
vt difflatur & ventilatur, locumq; mutat locorum edito-
rum aer, & fluuiorum aqua? Quin potius in eodem sem-
per sunt loco, & ab eodem aere in vniuersum ambiun-
tur: quo fit, vt idem illis eueniat, quod rebus non inclu-
sis, quæ immobiles manent, seu fuerit aer, seu aqua. Qua
tenus igitur locum aerei& ambientem non mutant, à
rebus immotis non differunt: qua autem mouentur fa-
cilius euaporant, atq; ab ambiente aere (vapores scili-
cet illos excipiente) corrupuntur.

*Que referre placuit, vt ex ijs etiam cognosceres, tuū istud cras-
sum problematis interpretamentum, eiusmodi esse, quod mouere
nauseam sapienti cuius possit.*

P A G. 81.

Absolutè interrogat Aristoteles, cur fru-
ctus inclusi imputres seruentur &c.

*Vbiq; mirus es. Nugas hic ego tamen non repetam ad fastidium
tuo scilicet more tuas. Dic sodes: Vase pleno, quomodo mouebuntur
fructus, etiam moto vase? vbi enim (inquit Aristoteles) vacuum per
quod mouentur? negat hic, hic inquam, cuius tu mentem, non tuam
interpretari pollicitus es, negat, poma esse mobilia, quia in vacuo nō
fiat motus: audin? At sic coacta (inquis) poma necessariò citius pu-
trescent: non potuit itaq; Aristoteles plenum vas intelligere. At pro-*

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

blematis illius Authori, ex obseruatione particulari vijsum aliter: unde & questionem generalem formauit. Tu de multis contra problema excipies nos de multis contra te: interea verò nos interpretes erimus problematis: tu neq; problematis, neq; veritatis. Deinde pagina 82. sub ijcis Aristotelis verba, cùm de vacuo loquitur, ita esse accipienda, quasi neget tantum ea, quæ vase concluduntur, sic moueri posse, quemadmodum ea mouentur, quæ extra vas sunt reposita, id est ab alio atq; alio aëre appellente. Sed Author problematis illius, nihil eiusmodi profert: simpliciter enim dicit &civit, quia nullum ibi mane: non quia bene obturatum vas, aut bene inflatus vter, non sinat circumfluentem aërem mutare locum: quod ex ore illius interpretis, cuius verba paulo ante produximus, accepisti. Collectis pomis nostrates, & non nihil detercis, dolium replet: (substerunt alij algam, aut bene siccum stramen, & superdant quoq; de qua ratione condendi fructus Aristoteles meminit sect. 20. probl. 31.) Tum id tegunt atq; occludunt quidem, non vsg; adeò tamen accurate: seruantq; aperto, non tamen humido aëre, ad hyemem vsg;. Hac enim aduentante in cellis vinarijs, aut calidiusculis alijs conclaibus ponunt.

IBIDEM. & PAG. 82.

” Oportet enim nec ipsos fructus, nec aërem
” qui eos circumfluit &c.

Com. Collatio partim non quadrat proposito, partim falsa est. Nam
201. vel olitores isti, tibi pro certo affirmabunt, poma longè magis impunita seruari, si sparsim collocata super afferem mundum, sub aperto aëre, in cella vinaria, quam si conclusa & coacta in vase, reponantur: deinde immota in tam angusto spacio, semipleni vtris, facilius propter immutabilem conclusi atq; corrupti circumflui aëris contantur, quam eadē immota, si aperto aëri sint exposita. & contrà, hæc ob

rim recens appellentis aëris citius affici, quam illa, posse. Ea propter Aristoteles in probl. 7. & 12. sect. 14. eos, qui palustria loca, & minus aperta incolunt, propter abientis immobilitatem, qua minus commode respiret, pallescere oxyusq; senescere clarissime pronunciat. Simile quid habetur quoq; sect. 13. probl. 7. & xi. Et quod à te de fructibus cōmodo repositis loco annotatum est, quorum ne puluerem quidem, si quis insederit, abstergere consueverint oeconomi diligentēs, ut immoti scilicet, diu seruentur imputres, quam recte, quam verè, quam sapienter dicitur? Primum hīc illud de puluere irridebit Theophrastus, qui lib. 4. de caus. plant. cap. vlt. Triticum puluerulentum citius putrescere affirmat: nam puluere illo vt pote sicciorē, facile concipi extraneū, atq; igneū calorem, qui sit putredinis Author. Preterquam quod poma illa tua obducta puluere, obfesso intus calore, non expirabunt: ideo feruebunt intus, ac tuo modo putrefacent. Detergent isti natuam lanuginem, si qua insit, cum poma custodienda legunt, cur inhærere sinant puluerem dum custodiuntur? Tales igitur ac tam negligentēs Oeconomos ipse tibi conducas, qui reposita poma non purgant, vbi respersa fuerint puluere. Si enim ab eo, quia non vsq; adeò siccus, vt in tritico sit, detrimentum non metuant, iam non pro negligentibus modō, verū etiam pro insipientibus eos habuero. Erit enim puluis ille humidior, vt reuera est: cui qualitatī si calorem addas, quid iam desit ad afferendam pomis tuam putrefactionem? Alterum: Noui oeconomos multos, qui Autumno lecta poma, ad sequentem vsq;, constante etiamnum vegeto eorum floridoq; colore & succo, integra vsq; adeò seruant, vt qui ea videat hyeme media, is tum primum, è suis decerpta esse arboribus iudicet. Igitur hi lecta cum pediculis suis (id plurimum ad perennitatem conferre scripsit Columel. lib. 12. cap. 44.) sereno cœlo, decrescenteq; Luna, matura quidem, sed non maturissima tamē, abstersaq; collocant loco frigidiore, sicciorēq;, quo neq; fumus

neq; teter vllus perueniat odor, in tabulis, vel crate, vel etiam substrata palea. Sic autem componunt seorsim singula, vt flosculi sursum, pediculi deorsum spendet, quemadmodum etiam in arbore nata esse videntur, neue inter se alterum ab altero contingatur. Præter cetera verò illud obseruant (quod etiam Columel. lib. 12. cap. 45. monuit) vt rnumquodq; pomorum genus, separatim proprijs, vel arculis, vel asseribus reponatur, ne rnâ clausa vel collocata, quæ diversi sunt generis inter se discordent, ac mutuo se celerius ritient. Si aliquando mutant loco, vel attollant, vt purgent, pediculo duntaxat summis digitis prehenso id agunt, nullo incommodo. Id autem studiosè cauent, ne pomum ipsum tangant manibus (Palad. idem adnotauerat in Febr.) priusquam rsui sint necessaria. Èa enim, quæ digitis semel tantum appressi fuerint, non muleo pòst sc̄e monstrare vitium, quod figura sua digitorum relicta quasi vestigia referat, indeq; serpat in continuas partes. Idq; se ex quotidiana obseruatione pro comperto habere dictitant. Si igitur (vt tu putas) ne particularem illum aërem suum mutant, iam composita poma seruare immota velint øconomi tui, cur Varrone etiam teste lib. 1. de re rust. cap. 59. oporothecas qui faciunt, vt ad Aquilonem fenestras habeant, exdemq; vt nonnihil perlentur, appositis foriculis (alioquin enim vi pertinacis flatus, amissò humore rieta fierent) studiose currant? Perinde namq; est, siue pomum moueas siue aërem. Non igitur ab hoc mutato, sed ab extraneo calore illis impresso, si apprehendantur digitis, detrimentum agnoscunt hi. Adijcam his illud. Qui Aurantia mala ex Hispanijs rsq; & Italia in has regiones aduehant, ea non furfuribus (vt olim) inuoluunt, (sic enim concepto calore præternaturali, propter impeditam, densitate materie, ventilationem, corrumpi ferè omnia ipsimet fatentur) sed in fundo rassis paleam substernunt: hinc bombicem superdant, cui fructus imponunt ita dispositos, vt inter rnum & alterum bombicis intercedat ali-

dat aliquid, ne se mutuo contingant. Ita dispositis nouum superdant gossypium, ut in eo strato alia Aurantia, eodem quo priora modo collocentur. Hoc ordine vas replent, in cuius summo ut imo, gossypium primò, deinde verò paleam sternunt. Sic si exudent Mala exsiccari & vñā per raritatem gossypij ventilari, vtroq; autem modo incorrupta conseruari, & ipsi dicunt, & res ipsa docet.

IBIDEM.

Restat ut causam indices, cur si mota minus putrescunt, post labores febris corripiamur putridis.

“
“
“

Quomodo nimio motu suscitari, per se inquam, & non solum interuentu aliis cause possit ephemera, indeq; humoralis febris, nemo est, qui non docuerit. Paucissimi autem causam in consequentem obstructionem referunt, ut in ijs sit, qui crudis pluribus, circa primas illas, Ventriculi dico, intestinorum, venarumq; Massaracarum, & sima iecoris vias, scatent humoribus. Motum certe ab alijs febrium causis, quibus adstrictio, suppressioq; calidie effluuij annumeratur, distinguit Galenus i. de differ. febr. cap. 3. & cap. 5. nec non lib. i. de art. curand. ad Glauc. cap. de ephem. Solus Erastus plus hic etiam sapere vult alijs. Sed missa nunc ista Tyrocinia, quæ præsenti disputationi minimè seruiunt, faciam: de illis tamen suo loco dicturus satis.

Com.
202.

IBID. & PAG. 83.

De sexto problemate, cur nimirum magna quam parua, & multa quam pauca difficilius putrescant &c.

“
“
“

Aristoteles hanc nobis, è suis scrinijs, causam promit: quia magna non parum virium ad resistendum obtineant, ut pote cum plurimum

203.

plurimum habeant sui proprij caloris τὸ ρωπὸν πλέον τὸ ἐλαττόνος
 Δεξιμοτεροπ. lib. 2. de part. animal. cap. 2. ex quo fit, ut corporis
 ambientis vires facilius vincere possit, quam paucum, in quo non tam
 tum caloris insit. Nititur Aristotelea propositio axiomati illi, quod
 ab alijs, & quidem firmis (ut putant) rationibus demonstratum
 est: omnem videlicet τὴν δυνάμεων & corporeæ qualitatis intensio-
 nem ac remissionem, ex materiæ & subiecti, cui illa inest, quantitate
 prouenire: non enim esse intensionem ac remissionem in indi-
 uisibilibus, quia in hæc maioris & minoris ratio minime cadat, in
 qua tamen additionis ac diminutionis notio includatur: ergo secun-
 dum formam, quæ neq; diuidua est, neq; quanta, intendi aut remis-
 ti nihil: materiam vero ex se esse quantam, ex qua omnis diuisio
 habeatur, & omnis intensio proueniat, remissioq;: Sic ab Aristotele lib. 1. meteor. cap. 3. Vires elementorum cum inter se conferun-
 tur, maiores, aut minores, aut æquales, pro materiæ quantitate statu-
 tui: ἀνάγκη τὴν ἴστοτητὰ τῆς δυνάμεως ὑπάρχειν τοῖς μεγάλοις
 ἀντών, cui non sit absimile prorsus, quod ab eodem 8. lib. de auct.
 phys. repetitur &c. Iam in parua mole, plures esse posse materiæ
 partes, quam in magna: igitur & vim maiorem: Vnde colligunt
 verbum τὸ πολὺ in contextu nostro, non molis amplitudinem, sed
 materiæ copiam designare. Eandem tu, sed, ut soles, trepidanti a-
 nimō, causam effecti istius affers, atq; allegatis ex Vicomercati com-
 mentariis, duobus Aristotelis locis, nempe 3. de cœlo cap. 6. & 5.
 de gener. animal. cap. 4. inde statim pedem refers: vnde tamen
 non tam citò oportuit. Sed huic interpretationi tamen obstat exem-
 plum Aquæ Maris, Aristoteleum, quæ in partes diuisa, citò cor-
 rumpitur, vniuersa vero non item. Constat enim, Mare, eandem
 materiæ copiam, quoad singulas suas partes, & quoad se totum,
 pro analogia, obtinere. Igitur cum collatio non diuersarum sed eius-
 dem substantiæ naturalis fiat, eiusdem dico integræ, & in partes
 diuisæ,

diuisæ, non tam materiæ copia, quam molis amplitudo significari videtur. De quo præter alia, quæ aliâs dictâ sunt ab alijs, nos in præsentia, ut libertatem ac liberalitatem istam tuam in allegandis locis, quæ fortasse legisti nunquam, non nihil cohibeamus, atq; vna cognoscas, habituros nos melius fortasse edoces, quam tu sis, suo tempore ac loco, tuis istis quisquiliis paulò grauiora, quibus Aristoteles hic vrgere possumus, naëti occasionem hanc, quasi in transcurso obijciemus tibi, quod Lucillo illi olim, non malo Philosopho, cum Ticini sub illius, & summi Auerrhoici, Brandi, Porri disciplina philosophiae, sub Cardano autem Medicinæ, operam darem, à me fuisse tum obiectum memini. Eadem materiæ portio modo calidior, modo frigidior fit, citra alijs materiæ additionem, aut detractionem 4.
 phys. cont. 84. quomodo igitur vera fuerit Authoris nostri sententia? Intrabo m...gis. Constat, mixta similaria certo caliditatis aut frigiditatis gradu definiri: Vbi igitur detrahetur illis de materia & quantitate aliquid, temperamentum mutabitur: Sed hoc cum Hypothesi pugnat. Nam similare mixtum, rationem temperaturæ, in se toto, & in qualibet sui parte, prorsus eandem obtinet. Igitur tantus in tantillo, Cinnamomi v. g. calor, quantus in maiore fragmento. Eadem (dicunt) Analogia in qualibet mixti parte est quidem: sed non vis eadem: in maiore enim maior. Fabule: Esto mixtum, cuius partes materiæ & quantitatis sint a. b. c. Si a. eodem prorsus temperamento constet, quo b. & b. quo c. esto d. aér, qui agat in a. (neq; enim ut supra contendebas tu, cuius vnius causa ad hæc in præsentia digredimur, putrefactio particularis & violenta, totum simul mixtum comprehendit, sed hanc primùm, deinde illam eius partem) quæro vtrum restituturum sit à sua tantum vi, vel ascita etiam sibi in sociam aliena, nempe ipsius b. & ipsius c. Si sua tantum, Aristoteleum axioma ruit, & tam resistet ambientis viribus, quod paruum, quam quod magnum est. Consociatae autem auxilio non potest:

d d d

quia

quia sic gradus, mensura, ex quantitate materie non esset accipienda: Et contendunt tamen alioquin isti mordicus, calorem secundum metaphoram tantum intendi, neq; alium alio maiorem calorem, partis eiusdem intensione, sed calidarum partium aliarum accessione fieri. Ad Aristotelis verò locum, quid idem? quid, nisi nugas, de quibus in Comment. ad lib. i. de hum. natura plura diximus. Nunc ad nostra. Ex eiusdem inter pretis, quem toties nominauit scriptis annotasti: Aristotelem de multo continuo loqui, non de contiguo: Hoc enim quò amplius, eò putrescere facilius. Ex eodem subiçis causam. Nam in tritici, verbi g. aceruo, grana eius non sic iungi possunt, ut non singulis multis, interiçiatur multus aér. Dij tibi bene faciant, qui hunc Dialogum tot respersisti tam charis, tamq; preciosis gemmis. Dic Eraſte, an non eò minus ambienti externo futura sint exposita grana illa sic coniuncta, ut se tangant, quam si disiuncta sint? an non propterea, minor etiam vis huius in illa? At non ventilabitur (excipit) interceptus aér ille, & inficietur halitibus, qui è singulis granis illis continent expirant: Vtramq; igitur ob causam putrefaciet. Iam te teneo. Suprà, cùm nobis venditares mysteria tua, contendebas, poma, è quibus certè multo humidior & copiosior continuò expirat halitus, conclusa dolio minus putrescere, quia aér ambiens immotus, & minime ventilatus, diurna vicinitate atq; affinia secundum qualitates, reddatur illis amicus. Hanc eandem prorsus causam, cur pro salute granorum tritici, que in unum accumulata sunt, quorumq; etiam ambiens, ventilari ac moueri magis, quam illorum potest, non recipis? Dic inquam de hoc primùm Eraſte: Deinde de illo. An non æquè homogeneum muscularius frustum duarum librarum atq; vnius? citius tamen corrumpetur quam hoc, illud. Sensu etiam exquisitè homogeneam quamvis cadaveris particulam, semper maiore mole citius corrupti expositam aéri, quam minoris, verum est. Negabis? allegabo te, non ad philosophie professores,

feſores, ſed cocos. Excipies fortaffe, id ex accidenti fieri: at ex accidenti etiam fit, ut magnum cadauer, quod Heterogeneum eſt, cuius corrumpatur, quam minus: & ſupra tantum contigua, & heterogenea exceperas, nunc etiam muſculos huc adducis. Vide quam tibi vbiq; conſtes: qui tamen ſupra nos primum infantes appellaſti, deinde iſtanos, nunc obſtinatos ac factiosos. Hęc inquam Gloria eſt, in quam definiſit Psalmuſ tuuſ: ex qua etiam facit, ut ſperemus, te equius laturum, ſi tibi in hac noſtra amica (ita me Deus amet) diſputatione, repoſitum aliquid, id eſt, relata mertiſ parem gratiam ſentias. Subiectam hic illud quoq; priuſ, quam ad alia pergam. Theophrastum lib. 4. de cauſ. plant. cap. 17 ſcribere: Triticum cumulatum aceruatum putrefaciere celerius: quia ſic concalcet facilius: qui tamen antea cap. 15. docuerat: Triticum ſi poſt mafſem expandatur, mala habere: quia ſuperueniens ſol ſimul cum alieno, ſi quod ab aere accepit, proprium eius educat humidum: unde fiat exilius, rugosus contrahat: at ſtatutum in cumulis melius habere, ac fieri corpulentius, quia concalcens ~~ſtuprum exaltat~~: (perperam de halitu e terra erumpente, verbum hoc accepit, atq; interpretatus eſt Gaza) vaporem igitur illum ſtipatum vndiq;, cum abire nequeat, ibi conſiderare, vbi primū conceptus eſt: coq; fermentari atq; intumefaciere ſemina. Scaliger posteriorem hanc ſententiam in area, priorem illam in horreto eſſe veram non male opinatur: ſiquidem vtrobiq; cumulatum, concalcet quidem frumentum, ſed illic euentialitur hic minus.

IBIDE M.

Nihil enim certius eſt, quam de violenta "
putrefactione &c. "

Nihil certius eſt, dicent alij, quam Spudastum tuum eſſe vbiq; Com.
Spudastum. Vnam ſimplicem ac naturalem mixtorū omnium, quam
Author putrefactionem appellat, definitam atq; explicatam aſſe-
ddd ij rimus,

*Vnde qd: lib. 2.
de mafſe p...
vbi. cap. 7*

rimus, cap. i. lib. 4. meteor. præterea verò aliam nullam. Hoc supra tam euidenter monstratum, & firmè probatum est, ut de eo qui dubitet, futurum posthac neminem sperem. Nam alteram illam putrefactionem, idem Author nominauit duntaxat, non exposuit, non definiuit, non explanauit, quia corruptio quædam sit, secundum partem non simpliciter generationi, de qua in hoc capite disputat: ideoq; ad & περιορ referenda. Istud probatum quoq; iam putrefactioni simplici sola mixta esse obnoxia, non autem simplicia corpora ab eodem fuisse indicatum audiuimus. Ergo maluere & optimo iure maluere ij, qui ante te controuersiam hanc ventilarunt, ut fidi ac boni Aristotelis interpretes, suspicari, verba illa διὸ νοῦς οὐδέλαοσα κατὰ μέρος διαφανέντα ταχὺ σημετου, καὶ τὰ αλλα γένετα ἔστωσε, accepta aliunde, ubi nimirum de alia putrefactione sermo habeatur, aut de suo capite, Spudastulū vel Furniolum aliquem contextui huic inseruisse, quam tot alia, tam bene ac significanter expressa, & secum nusquam dissidentia, aptissimè vero inter se ab initio ad finem usq; coherentia Philosophi verba, in alienū absurdumq; distorquere sensum. Neq; enim de rei veritate aut falsitate iam agitur, sed de Authoris nostri sententia: & hac non omni, sed de ea, in qua tūm fuit, cūm primum caput libri 4. meteor. exararet. Hic est Rhombus. Ergo vel alium nobis contextum Aristoteleorum verborum monstrant, vel si hunc recipient, quem habemus, istum quem proposuimus, eius fuisse germanum ac legitimum sensum rñā dicant necesse est. Quanquam quod de mare dicitur alij sic eludant: Mare mixtum esse quoddam: quod ex odore cognosci possit, (sic enim Aristotelem argumentatum lib. de sens. & sensil. cap. 5.) eapropter illi quoque definitionem simplicis putredinis conuenire. Sed audiamus, quid hīc nobis pro corollario, ē suo Spudastico penit det Erasmus.

IBIDEM.

Responsum iam nunc est &c.

Objicit Spudastes, si verbum κεριτῶν, hoc loco complecta- „
tur fuligines, minus valituram esse Philosophi argumentationem: Com.
plus enim eo modo δύναμεως σκηνὴ futurum, vbi plus natui ca-
loris: quale igitur Ο quantum hoc magnarum rerum, respectu
paruarum priuilegium sit? Erastus respondet, se iam ad hoc re-
spondisse. Vbi? quando? quomodo? Quin uno verbo dicas, Aristotelem
nunquam Ο nusquam, in toto hoc discursu, de fuliginibus me-
minisse, quia non putredo tua particularis Ο rustica, sed altera il-
la simplex philosophica animo illius obuersabatur. Et sane plus
quam stultus ac stupidus fuisset ille, si per τὸ ωρίζον, tam extrin-
secus ambiens corporeum elementum, in quo naturaliter mixta de-
gunt, quam fuligines Ο fumos, intra eorum corpora conceptos Ο
collectos, intellexisset, deinde verò ausus esset propositionem illam
subjcere, magna paruis putrescere tardius. In quo mirari etiam su-
bit, cum Erasti, tum quorundam aliorum supinitatem, qui Philoso-
phum, in recensendis problematis hisce, nunc de animatorum tan-
tum, nunc de inanimate mixtorum, nunc de vtrisq; loqui, do-
cent: quasi decuerit, Sapientem ad generalem putredinis rationem
confirmandam, causas non καθόλας, sed particulares, Ο acciden-
tarias adducere: Ο quasi ille non perpetuò sibi constans, causam
facilioris ac difficilioris putrefactionis, ad unius externi caloris ma-
iorem aut minorem vim referat, quæ in definitione putredinis inclu-
debatur, cum diceretur: Putrefactionem naturalem fieri, exente
paulatim nativo calore cum humido suo, vi externi euocantis, ob
eamq; causam aridiora reddi quæ putrescunt omnia, tandemq; in
terram reuerti.

PAG. 84. & seq. vsq; ad PAG. 87.

ddd iij

Calor

„ Calor rei putrefactæ non amplius est calor familiaris & proprius corruptæ rei.

Com. Que hoc loco de Vermium generatione subiicit, vulgaria sunt,
 206. & præterquam quod nullam habent controuersiam, planam intelligentiam, & facilem obtinent assensum: Sunt etiam à multis Aristotelis interpretibus, cùm neotericis (præsertim verò Scaligero exerc. 26. Buccoferr. quæstione singulari, Pauesio disput. 3. metaphys. cap. 40. usq; ad 45.) tūm superioris illius barbari seculi interpretibus repetita, atq; in suis multoties inculcata Commentarijs. Carptim igitur tantum, quasi in transcurso de illis quædam delibabimus.

P A G. 84.

„ Qui Aristotelis quibusdam verbis contéidunt, calorem rerum proprium, quando putrescunt, plane in vaporem solui, & materiam simpliciter deserere &c.

Com. Quid ni contendant? & cur aliter Philosophi verba inter-
 207. pretentur, quād eorum designet sonus? At si hoc esset (ait) qui posset generationis vermium esse author? Miser hic nondum inteligit, generationem vermium accidens esse quoddam, vt suprà diximus, putrefactioni: cùm neq; in omni putrefactione, vel simplici vel secundum partem, generentur vermes: & generatio vermium, vt millies diximus, non putrefactio, sed concoctio quædam sit, vt ex Aristotelis verbis docuimus. Ratio putrefactionis ab Aristotele explicata hoc requirit, vt euocante calore externo, eo modo quo docemur probl. 34. sect. 2. & probl. 29. sect. 1. internus sensim exeat, profluatq; cum suo humido, atq; euanescat in auras: alias enim, quomodo mixtum putrescendo semper aridius fieret, tandem

demq; in summam ariditatem defineret? Hoc inquam ad rationem putrefactionis pertinet: Reliquum verò, retineri inquam ibi calorem euocatum & secretum, nactumq; idoneam materiam, subigere ac versare eam ad animalis procreationem, accidens est, ad putrefactionis rationem minime pertinens.

P A G. 86.

Nihil pugnæ est. Scire oportet. &c.

“

Mirus Enantiomatum conciliator, Nolim in compilandis aliorum interpretum scriptis, esse longior, cum præsertim hac de re 208. integrum disputationem instituerim in tract. de vermbus. Illud nunc annotabo, Aristotelem negare, in Ventriculo nasci vermes, quia in eo coelio fiat alimenti: at quū idem, intestina esse coctionis instrumenta (& quidem verissimè, cum verum sit etiam, intestinis vim chylificandi efficaciorē inesse, quam Ventriculo) docet lib. 3. de part. animal. cap. 14. quod tacite quoq; significauit lib. 2. de hist. animal. cap. 17. de intestino Elephanti loquens. Igitur non de Ventriculo tantum, ut Erasmus cum aliorum interpretum turba censet, verba illa τῇ κατώ νοικίᾳ sunt accipienda. Est Aristotelī triplex venter, supremus, in quem crudus etiamnum recipitur cibus: infimus, in quem crassius ciborum excrementum demittitur: & medius, in quo cibus, non adhuc quidem ille recens, sed nonnihil tamen subactus & mutatus, perfectam coctionem assequitur. Hunc Ventrem Aristoteles toto illo ductu intestini, qui à Ventriculo ad cæcum, & Colon usq; est, designare, allegato paulo ante loco, ac describere videtur, & nunc cum τῇ κατώ νοικίᾳ solum τὴν ἄνω opposuerit, supremi appellatione, medium quoq; comprehendisse, credendum esset, nisi lib. 2. de part. animal. cap. 3. etiam Ventrem inferiorem, concoquendi officio fungi diserte pronunciaasset. Verum acrius alijs urgunt, Nam Aristoteles Philosophus, venas instru-

menta

menta coctionis esse, & sanguinis receptaculum, toties dixit, ut citare loca sit supervacuum: Sanguinem tamen in ijsdem putrescere, affirmasse idem videatur 3. de hist. animal. cap. 19. Axioma Aristotelis esse, suo vnumquodq; calore coqui, externo putrescere: sect. 2. probl. 33. In Ventriculo autem, concipi etiam externum posse calorem, quoties idem in probl. & lib. de animal. expreſſe & tacite significauit? an solam hanc partem ab eiusmodi iniuria immunem natura condidit? Censet is, ut ex allegatis supra toties locis, & præſertim ex cap. vlt. lib. 3. de gener. animal. cognosci potest, putrefactioni accidere concoctionem posse, hanc autem illi contraria 4. de gener. animal. cap. 8. (Nam in putredine diffoluitur humidum a ſicco, deceſſione interni caloris, externo calore id procurante, donec mixtum in puluerem definat: In concoctione verò copulantur vna humidi & ſicci partes homogeneæ ab interno calore, ad corporis mixti generationem: In putredine dominatur humidum interno calori: in concoctione calor humido: illa diſſoluendo: hæc in crassando & cogendo progrediuntur) Cur igitur ricifim concoctioni accidere putrefactio nequeat? Ad hæc tamen Erastus partim obmutuit, partim multis prius profusi verbis, de rebus que planissimæ ſunt, & nullis prorsus obſtructæ difficultatibus, ut rudem, ſi poſſit, Spudastum illum ſuum erudiat, hec ex Pompon. dubit. 42. ſubijcit pag. 88. & 89. Quod concoquitur, regitur amico calore: In Ventriculo ſuperat amicus calor: ibi igitur concoctio, & non putrefactio locum habet. Egregie & acutè hoc, ut reliqua. Nam Spudasti Ventriculus calore præternaturali incaluit nunquam. Quas verò gemmæ huic margaritas adneſtit? has: cibum conſetum ſlatim è ventriculo deturbari: humorem verò lentum niſi præterfluentis bilis vellicatio interueniret, etiam per annos in intestinis hæſurum. Quasi his nulla vis inſit excretrix: quaſi plus mucci parietibus Ventriculi continuo adhærefſcere, quam in teſtinorum, non oſten-

ostenderimus nos in dissectione cadaverum decies. Neq; id inficiari videtur Eraſtus, tantum protestatur, eiusmodi colluuiem vifcidam, putrefactam, nunquam à se fuisse viſam. Ad quæſitum hoc Pomponatius in hunc modum respondet. Copiosus ēt in ventriculo concoquens calor, non tām proprius illius, quām mutuo acceptus à circumstantibus vifceribus: continua etiam ibidem cibi potusq; ingredientis atq; egredientis motio. Quarum cauſa fit, vt neq; agens ibi adſit, neq; tempus concedatur, quibus generentur vermes. Quæ ſua deinde, vt ridimus, Eraſtus fecit. Num igitur vt ſalua Philosophi vnius existimatio fit, veritatē ipsam periclitari patiemur? Gale-
nus, Auerrhois, Oribasius, Albertus, Turisanus, Sauanarola contra Aristotelem ſtant: ſtat ipſe ſenſus, ſtat ratio. Quid igitur, etiamne hīc ſacræ Antiquitatis tuende ſtulto zelo tumultuabimur? Quæ pars demum illa corporis noſtri eſt, in qua non deprehenſi fuerint vermes? in auribus etiam non exulcerati. Celsus lib. 6. cap. 7. in ce-
rebro, Auicen. lib. 3. fen. 1. tract. 2. Conciliat. Holer. 1. de intern morb.
cap. 1. & cap. 54. Trincauela in disput. de Verm. Lufitanus cent. 7.
curat. 64. In oculis, Marcellus empyr. cap. 8. in ſupercilijs: in reni-
bus Holer. allegato loco. & Fernel. 6. de ſymp. cauſ. cap. x. & Mundela Dialog. 4. in pulmonibus Braſauol. 4. aphor. 49. Fernelius alle-
gato loco: Azerau. cap. de tuſsi. Zoar. lib. 1. tract. xi. cap. 3. Tho-
mas à Veiga 1. de loc affect. cap. 5. in intestinis. de quo nulla dubita-
tio: in radice dentium, quod certum eſt: in iecore Concil. allegato lo-
co: in vtero, quod oculi noſtri teſtari poſſunt: in naribus ipſis Fernel.
allegato loco: in vulneribus in pilis: in tota cute, & rbi non? cur igitur non in ventriculo, de quo etiam singularis obſeruatio in Beniuuen.
de admirand. curat. cap. 58. extat?

P A G. 87. 88.

Si enim Chylus, exempli gratia, in ventri-
culo

“

culo coctus, posset totus in sanguinem
verti.

Com. Locum etiam Aristotelis, cuius est planissimus sensus, in contro-
uersiam reuocas, vt nimis hoc tuo Dialogo reformasse multa vi-
dearis. Inquit Philosophus: ex materia quæ putrescit, calor secerit,
ac reseruat sibi utile aliquid, ad generationis animalis materiam:
quam ob causam putre illud residuum habetur pro excremento, re-
spectu eius quod reseruatur, quia hoc ad animalis generationem co-
quitur. Iam exercebo nimiam istam in philosophando securitatem
tuam. In generatione prior exuitur, noua induitur forma, cuius, vt
alij sunt fines, ita alijs quoq; necessario sit oportet apparatus mate-
riæ, in quam ex agentis potestate induci debet: nam à fine cuncta in
natura rerum materiæ necessitatem accipiunt. i. de part. animal.
cap. 1. & 2. de phys. auscult. cap. vlt. Ita suus cuiusq; materiæ a-
ctus, & cuiusq; vicissim actus sua materia rectè dicitur. Ergo ex
fine generationis nihilo plus colligi posse videtur, quam materiæ nouus
apparatus, à priore videlicet alijs. Sic scriptum est ab Auerrhoe
differre à Leonis membris membra Cerui, quia formæ differant:
quasi non materia formam variet, sed à forma varietur illa. At
quid prohibeat totum Chylum alio modo secundum omnes, & qui-
dem minimas sui particulas versatum, subactum ac mutatum fieri
materiam aduenientis formæ capacem? Cur hoc non explicasti? atq;
ibi potissimum, rbi verè putridorum & Spudasticorum prosyllo-
gismorum farraginem, è tuo Gazophylatio depromere voluisti no-
bis? Si (inquis) Chylus in ventriculo coctus, posset totus in sanguine
verti, à sanguine non differret, nisi accidentibus: Substantia
mutatio nulla foret: mortua viuerent: viuentia essent mortua. Nego
hoc, nego istud, nego illud, nego omnia: Tu vero cur tot monstrosis
consecutionibus probationem subiecisti nullam? Si non potuisti hoc:

cur

cur voluisti aut debuisti illud? Bonam causam tām male agenti,
quis posthac malæ causæ procurationem committat? Ergo necessi-
tatis huius illa ratio est: Duo sunt agentia in omni rerum generatio-
ne. Vnum mouens immotum, alterum mobile 2. de ort. & interit.
cont. 60. In illius potestate sunt omnium perfectiones & formæ:
ab illo igitur omnes: hoc autem instrumentum est, nempe spiritus,
seu cœlestis calor, ut expresse colligitur ex 5. de ort. animal. cap. 9.
& 2. eiusd. tract. cap. 4. & 3. de ort. animal. cap. x. ergo per
hunc omnes. Differunt autem formæ nobilitate atq; ignobilitate, 1.
lib. de cœlo. cont. 100. ergo & spiritus seu calores illi. 2. de gener.
animal. cap. 3. ac 3. eiusdem tract. cap. vlt. Ut quemadmodum in
primi mouentis potestate, sunt omnium forma: ita in cœli motu ac
lumine, omnes differentiae, vegetabilis huius caloris ac spiritus conti-
neantur. Ut hinc etiam discas id esse verum, tot esse coctionum atq;
excrementorum differentias in animali, quot sunt partium eius na-
ture. Igitur ex analogia caloris, quo ad materiam apparandam na-
tura vtitur, excrementorum necessitas rectè colligitur. Nam cum
ijs materiae portionibus omnibus, cum quibus λόγῳ obtinuit calor
vnius, eundem obtinere nequit aliis, quia sit aliis formæ organum.
Ideoq; verba illa, que lib. 3. de ort. animal. cap. vlt. exemplo artifi-
ciost ortus adducto, subiicit Aristoteles: οὐδὲν γαρ ἔχει ποιῆμα,
ad propositum argumentum restringenda sunt, cum alijs non solum
detractione, sed etiam alteratione, & compositione, & accessione
& informatione multa fieri doceamus 1. de phys. auf. cap. 7. Nunc,
ut in natura, non nisi certis præparationibus vi caloris instructæ
materie, aduenit actus: (sux dico vñusquisq;) ita in arte, non nisi
certis instrumentis, prius resectis his, illis adiectis, alijs mutatis, ma-
teriae partibus, nouam & conuenientem formam introducit Arti-
fex. Propter certam igitur proportionem caloris, que materiam
mutat ac præparat, ad formæ extrinsecus aduenturæ susceptionem,

excrementorum generatio necessaria est. Et quod tu scite à Scaligerio dictum affirmas, putredinem esse instrumentum naturæ, ad ablationem eius formæ, quæ impedit futuræ invectionem, id ego insulè pronunciatum affirmo. Cui enim obscurum, non nisi per corruptionem, gradum sibi facere naturam ad generationem? Semper enim vnius generatio corruptio alterius est: at inquies, non per omnem tamen corruptionem, ad vermium generationem naturæ se promouet: sed per putrefactionem duntaxat. Esto: sed quiddam amplius est, inuchi formam, quam vermem procreari: illud enim huius, ut corruptio, putrefactionis Genus est. Et quid Aristotelei respondebitis lib. 5. de hist. animal. cap. 19. & lib. 2. de plant. cap. 1? Quin etiam (inquit ille) in ijs que putredinem nullam posse recipere existimantur, nasci animalia nouimus: ut vermes in niue retustiore, & in Cypri insula fornacibus ærarijs bestiole in medio igne nascuntur pennatae, paulò muscis grandibus maiores, que per ignem salunt &c. Audiamus Scaligeri ipsius hac de re sententiam exerc. 19.4. num. 4. Ceterum cum ignis ut Aristotelei volunt non putrescat, vides ab igni tanquam à forma, in materia propria, nō autem, sicut ait tu, loquitur ipse cum Cardano, ego vero cum Spudasto) è putredine generari. Omnino enim in fornaces illas, igni extraneum aduenire, vel humidū, vel calorem, quo putrescat, intelligere nequeo. Audis? Idem ego, imò potius tu, si Naturæ vniuersam Oeconomiam animo diligenter lustres, tibi & illi de multis alijs poteris obijcere: in quibus nū facile nobis tux putredinis typum, multò minus Aristoteleꝝ progressum monstrare poteris. Quid vero tux putredinis typum dicam, cum eius certū aliquem nunquam proponant Galenici tui, ut in omnem scilicet formam, Prothei cuiusdam instar ad arbitrium, si quando hærent disputando revertere queant eam? Quæ enim obsecro naturæ actio illa est, quam explicare ag gressi sunt hactenus, & putrido hoc putredinis vocabulo, putridissime

Vick Sk.
phqñ,
I heapotum
fol. 328 1
324.

non inquintari. Porro vtrum id rerum sit, nouam per generationem non inuehi formam in materiam, nisi prius per putrefactionem ablata sit vetus? Questio haec simplicium corporum, transmutationem vicissitudinariam non attingit: quæ simpliciter non putrescunt. De mixtis verò negat Pomponatus, quia multa fiant coctione, quæ se instar elixationis aut affationis habeant quæ certè putrefactiones non sunt, (inquit) cum putrefactio illa sola dicatur, per quam dissoluuntur humidum à sicco, vi ambientis, mistumq; in sua principia resoluitur. Sed hoc non satis videtur esse: nam & ea, quæ præcedente putrefactione, simplici appellata oriuntur, non nisi elixatione, aut affatione, rebalia aliqua innominata coctionis specie, oriri dicuntur. Id autem quod queritur est: Vtrum illa quæ generatione anteit, sit semper putrefactio? Corruptio semper est: Putrefactio non est: accedens enim calor, non semper educit internum, atq; cum eo humidum à sicco diuellit, sed materiam elixando aut affando (Sunt enim, vt inquit Aristoteles, similes his à natura effectus quidam) ad nouæ formæ susceptionem, veterem apparatum contrarijs effectibus demolitur atq; ex toto perdit. Hoc rnum voluisse Ponponiatum credo. Verum neq; sic eximitur scrupulus. Nam coctio quedam, atq; ista ipsa, de qua nunc loquimur, mutatio est in nouam substantiam, vt seminis in terra, sanguinis in partibus nutriendis. Opposita igitur illi effectio, corruptio fuerit: eaq; simplex, & non secundum partem. Mutatur enim totum in totum: Vtrum & haec Putrefactio dicatur? non secundum partem nostra, quia non retinetur substantia eadem: Tua contra naturam est, violenta est, morbosus est, pestilens est, infinitosq; habet cùm gradus tūm modos (his enim tu coloribus pingis eam pag. 27. & alibi) Sed Theophrastus lib. 1. de caus. plant. cap. 1. istam de qua iam litigamus, & per quam formæ cuiusq; rei propriæ, infertur priuatio naturalem appellat. Quæ igitur? In 4. de gener. animal. cap. vlt. Vnuer-
ce e ij . sim pro-

Si pronuntiatum est, calores & refrigerationes in natura, cum moderatione quadam ortus afferre, citra eam verò interitus. Speciatim autem lib. 2. eiusdem tract. cap. 6. tam ubi calor deficit, quam ubi excedit, aut deterius reddi, aut ἀνάτυπον τὸ γιγάντεα, & quæ atq; in ijs accidit, quæ foris elixantur ad cibum aut ad alium usum. Et supra diximus, aucto interno calore, secuturam exustionem, quæ ex Aristotelis sententia excessus quidam est in assatione, corruptens ex toto mistum: (quo respectu Aristoteles extremita animalium r̄sta, non putrefacta, & exustione non putrefactione calida dixit. 2. de part. animal. cap. 2.) deficientæ verò, secundum partem quidem μόλυνσις, sed secundum totum corruptens si Authorem nostrum audiamus, Putrefactio simplex. Ideoq; Aristotle 8. lib. Metaphys. cap. 4. dupliciter τὸ δέ, ἐν τῷ δέ fieri docuit: aut enim proficiendo ex deteriore forma, quæ priuationis naturam sapit, ad potiorem, aut ἀναλυθέντος εἰς τὴν ἀρχὴν: quasi ibi quoq; dissolutionem hanc materiae misti in partes suas designet, quam obcausam Alexander τὴν ἀρχὴν, τὰς ἀρχὰς vertit, atq; interpretatur. Sed in eo latet homonymia: quod cum perficiendo fit actu aliiquid, quod potestate prius erat, ut cum ex Chylo sanguis, vel ex hoc semen, vel ex semine caro, os, neruus, etiam si prior aboleatur forma, non propterea tamen corrupti per se aliiquid dicatur: sed quatenus non hoc fit, nisi vñā fiat, & dum hoc fit, vt Alexander in q. natur. docuit, consequenter fiat illud. Igitur istiusmodi corruptio nullius putredinis naturam sapit. Cum verò non perficiendo, sed in deteriorem statum mutando, progreditur naturæ actio, tum (vtidem interpres docuit) interire res simpliciter dicitur, aut secundum totum, quæ erit vel putrefactio simplex, resoluto misto in principia sua, vel corruptio ad excessum in Elixatione aut Assatione referenda: aut secundum partem, quam actionem tamen, altera quæ generatio dicitur, excipere minimè consuit. In summa: vt excessus

excessus quidam est in Assatione, quem Aristoteles exustionem dicit: ita & in Elixatione constituendus aliquis, etiam si is nomine carreat. Vt rōq; secundum totum res corrumpitur: propterea q; neutru putrefactio secūdum partē dicetur: sed & neutrum quoq; simplex fuerit putrefactio. Quia per vtrūq; alio, quam per hanc modo substantia mixta corrumpatur. Elixationis excessum, ad quē nos violentam Galeni putredinē reuocamus, generatio animalis consequi haud raro cōsuevit: assationis vero excessū rarius. Tām vero hic quam ille & violentus dici & naturalis, alio videlicet atq; alio respectu potest.

P A G. 91. 92.

Respondeo mutationem quamlibet à fine & termino &c.

“

“

Com.

210.

Fine imposito disputationi de Aristotelea putredine, digredieris ad alia: vt quantum scilicet per te licet, nos tuis philosophematis reddas locupletiores. De concoctione igitur agis: Multa proponis: omnia propè priuilegiis illis exornas, Dicimus, Dico, Respondeo, cū tamen nihil vsquam de tuo dicas, nisi si quid spudasticum sit. Percurram ego aliquot. Et quomodo quidem generationes quedam, per quas nempe ignobilior priore introducitur forma, corruptiones dicantur, supra ex Aristotelis verbis indicauimus.

I B I D E M.

Putredo simplex, de Violenta loquor &c.

“

Appellabo te demò inconstantie tue testem. Suprà pag. 49.
hæc scripsisti. In naturali putredine resoluuntur mixta in cinerem & puluerē, (id interpretaris dissolui in elemēta) quod in particulari & violenta nunquā vel certe raro contingit &c. & nō multò pōst Vulgaris putredo res in elemēta non statim resoluit, neq; est ultima rerū corruptio. Hic vero ista: Putredo violenta est mutatio, qua calor à bientis,

211.

bientis, calorem rei ambitę perdit, nec definuit perde're, priusquam in elementa dissoluat. Et paulo pōst: Per putrefactionem violentam, sic absolute corrumpitur res, vt ad ultimam tendat dissolucionem. Dices, addidi non statim. Primum quid hoc ad naturam rei, vt toties diximus? Deinde, etiam in naturali putredine addidisti: non statim. Pag. 44. hęc tua sunt verba. At naturalis putredo, tūc solum euenit, cūm longo ætatis aut temporis tractu, res paulatim contabescunt &c. quid est hoc aliud, quām non statim, imò plus quām non statim? quas verò bellas speculationes nobis adfert inconstantia hęc? Dari simplicem coctionem: dari & simplicem putredinem: nec non compositam ex utraq; hac mutatione alterationem. Ego verò dico, nullam usquam dari simplicem coctionem, aut simplicem corruptinem: cūm hęc illam perpetuò adiunctam habeat, & una alteram perpetuò excipiat: aut unius corruptio posthac citra alterius generationem: & generatio unius, citra alterius corruptionem futura. Quia non in omni coctione, vermem nasci videt Erasmus, ideo putat aliquam esse, quam non præcedat corruptio, adeò scilicet naturę iniquus estimator, vt eius admirabilem & singularis temporum momentis fœcundam omnipotentiam, intra unius Vermiculi aluum coérceat. Quid (dices) de putredine naturali? Dicam axioma esse Aristoteleum hoc, solui mixtum denuò in principia sua: alterum illud, esse naturę, quę ante Aristotelem vixit & floruit. Vtrum tibi verius? Nos hīc transfigūe, ad naturam defecimus ab Aristotele, atq; à te etiam, qui pag. 92. repetis, per putredinem tuam, sic absolute corrumpi res, vt ad ultimam tendant resolutionem: quia per te quoq; corruptio effet citra generationem. Ad alia: Coctionem definis, vt sit mutatio, in qua naturalis ac ambientis calor, rei ambitę calorem, naturaliter & usitatē (notate verba & obseruate mysteria) certi finis gratia, perdit. Hęc definitio Aristotelea non est: tua est: falsa est. Aristoteles sic. Concoctio est

etionis statuis corruptionem, quia sit effectus vieti caloris. Author
 perfectionem constituit; quæ est generatio quædam, quæ est à calo-
 re vincente, & rem quæ coquuntur, in meliorem naturam conuertit.
 Author actione caloris in siccum & humidum, quæ est cuiusq; mi-
 xti materia: vel si placet commutatione naturæ patientium qual-
 itatum in meliorem, definit perfectionem illam: Tu corruptione ac
 ruina caloris ambita rei. Aristoteles docuit, definitione & utrōq; op
 quid sit, significari & cognosci, quod non causa temporis, vel loci,
 vel alius conditionis, sed perpetuò & *ναδόλας* necessariò ita se ha-
 beat: Tu definitionem tuam particulis illis: Naturaliter, visitatè, sæ-
 pè, plerumq; vere, putrefacis. Si inquam natura concoctiōis ea sit,
 ut proprio & naturali calore vincente, versanteq; & subigente ma-
 teriam mixti, id in meliorem perfectiōremq; naturam conuertat:
 Putredinis verò contrà, ut vietū caloris sit effectus, atq; in deterio-
 rem nature habitum mutatio ad interitum, cur non semper, & non
 perpetuò necessariò sic se habebunt? cur illis verbis Naturaliter,
 visitatè, sæpè, plerumq; naturas rerum contaminas atq; peruerbis?
 Naturaliter concoctiō eo modo progreditur, quo diximus, & sem-
 per, & nunquam aliter: aut si aliter, non concoctiō, sed aliud
 futurum est. Idem de putredine affirmo. Dic iam tu si possis, ubi,
 quando, quomodo concoctum dicatur aliud, quod vincente pro-
 priō & naturali calore, materiam, id est humidum ac siccum, rei
 quæ coqui dicitur, ea in meliorem habitum non sit mutata: aut pu-
 trefactum aliud quod deteriorem substantiam ac naturæ condi-
 tionem non sit adeptum? aut si nequeas, cur te pro vero ac legitimo
 Aristotelis ac naturæ interprete venditas, qui præsertim res etiam
 planissimas, non nisi titubando ac vacillando emunciare possis? Dic
 inquam Eraste: cum Authori simplex coctio sit, perfectio caloris
 & humoris naturalis, rei quæ coquuntur, cur tu corruptione definis?
 ubi hæc in Authore nostro, imò vero in toto Aristotele? Nam is lib.

2. de plant. cap. 1. hæc habet: πέντε γοὺς τοῖς, ἐπτὸς ὑγρότητε νοὴ
θερμότητε ἴδιως πέρατι ἀκολυθή. Si eodem modo naturalis, quo
artificiosa coëctio procedit 2. de ort. animal. cap. 4. cur protestari
te de naturali coëctione agere? Si nulla generatio est, quæ adiunctam
non habeat mutationem contrariam, ideoq; Theophrastus lib. 1 de
caus. plant. cap. 1. στήσιν principium statuit generationis, quia nimi-
rum auferat naturam illam, quæ impedit nouæ per πέντην, νοὴν τοῖς
& θεοίσιν φυσικὴν introductionem, cur simplicem coëctionem in-
ueniri doces? Si coëctio simplex, principium sit per se Generationis,
cur tu confundis eam cum principio, quod tanquam priuatio est? di-
cis enim esse corruptionem calorū rei, quæ coquitur, & calor per te
hic est λόγος δυστάθμη. At intercipi aliquando naturæ opera di-
ces: neq; assequi eam ubiq; suum posse finem. πάντα τα φύσει
& τοῖς οὐτώ γίνεσθαι ἡ ὁνε ἐπι τῷ πολι το. aliquando enim, cum ma-
terie, tūm verò etiam virtus efficientis cause, offendit, prohibi-
bens, quo minus cæptum naturæ opus absolui, atq; ad finem desti-
natum perduci possit: id quod etiam in rebus artificiosis r̄su venit:
ἀκατήτια δὲ γίγνεται, νοὴν τοῖς κατα τεχνην, καὶ δυστάθμη
ἐπι τοῖς φυσικοῖς το. Si inquam hæc velis, an non intelligis, posse
te, non de coëctione modo & putrefactione, sed de quacunq; alia
naturæ actione idem pronunciare? aliudq; esse explicare, quid sit
habitus, quod tu hic voluisti: aliud verò dicere, quid contingat in
secundo actu?

P A G. 92.

” Altera euenit raro admodum, & neq; sem-
per nec plerumq; sequitur effectus &c.

Com. Miseret me tui, ita mc Deus amet, qui iſtis quisquiliis aggres-
sus sis primum Paracelsistas, deinde verò etiam tot alios Aristote-
leos oppugnare. Cum illis porro (nisi fortasse aliquando incurras
in eum,

in eum, qui non quidem Paracelsica tueri, sed tua Antiparacelsica velit ad veri normam exigere) meliore fortuna ut frui possis : cum his certe pessimè, si sic pergis, cum tua existimatione agetur. Tām sāpē, tam vfitate, tam plerumq; tam raro, tām aliquando, tām semper (hēc enim sunt Aduerbialis tux Philosophiae ornamenta) coctio- nem sequetur effectus quām putrefactionem. At ex putrefacta vituli carne (inquis) raro nascuntur apes: quasi verò per coctionem caro vituli, id solum consequi posset, vt apis aut vermis materia fit: Coqui dicitur alimentum, fructus, metalla, vrina, fex, pus, hac inquam omnia & infinita alia cocta & cruda dicuntur: vbi hīc vermis? Deinde composita mutatio per te est contra naturam. Cur? est (inquis) ad ignobilius: at ignobiliora quoq; subiiciuntur naturæ pro- uidentiæ, cui vt illa æquè ac nobiliora existant, suumq; in hac vni- versitate locum obtineant ac tueantur, cura est. Ad hēc, si non semper compositam mutationem sequitur generatio alicuius rei, nec simplicem coctionem semper, certus finis: cùm igitur nullus ad hanc consequetur finis, & nullus ad illam effectus, quid tandem super- erit, quo hēc ab illa differat? Postremò, coctio simplex corrupit mixti calorem, non vt coctio, sed vt putrefactio, & vicissim putre- factio composita, generat aliquid, non vt putrefactio, sed vt coctio: Cur itaq; illa simplex dicatur, composita hēc? vel deniq; , qua ra- tione statui inter hanc & illam discrimen ullum potest?

IBIDEM.

Melior & nobilior est vituli, quām apum
forma.

Etiāmne cadaueris vitulini, aut casei formam, perfecti animalis forma nobiliorem esse, persuadere spudasto tuo roles? Non affir- mavi (inquis) hoc perpetuum esse, sed frequenter. Malè sit istis tuis Aduerbib; quibus rerum Naturam, tām misere atq; aduerbialiter

“

“

Com.

212.

fff ij

tractas

tractas. Dico tibi Eraſte. Concoctio ſemper in melinis, putredo ſemper in deterius mutat: & quicquid concoctum eſt, vel per concoctionem productum, vel vermis ſit, vel ſi velis, etiam Aſinus, id ſemper & ubiqꝫ nobilioris, ac perfectioris conditionis eſt, quam quod putrefactum, vel per putrefactionem corruptum dicitur. At vſu ſaltem (inquis) nobilior caſeū verme. Quaſi verò rerum omnium parens Natura de caſeis, pro tuo Stomacho, à Tytiro tuo coactis, præparatisqꝫ potius, quam de ſpeciebus rerum conſeruandis, & vi- ciſſitudmaria transmutatione reparandis, vt Oeconomia ſue penus, nullibi & nunquam conſumpta pereat, ſolicita ſit. Et quod etiam ſecum ad fert noſumenta caſeis, atqꝫ ille ipſe potiſſimum, quem tui miſerta natura, in vermes tibi certe minus futuros noxios conuertere conſueuit? Quid? quod Saxones propè omnes bene vetuſtum & verminofum Formaceum, ne tribus quidem alijs nouellis, aut mi- nus vetuſtis, tecum permutaturi ſint. Illi igitur quoqꝫ te miſerum dicerent, qui tam gratas ſibi ē naturæ penu depromptas delicias, ignobilioris formæ, ac deterioris conditionis, quam Melibæi tui caſeis eſſe velis. Olympiodori etiam authoritatem, fruſtra huc adduciſ. Neqꝫ enim plus ille ibi voluit, quam hoc pro differentiæ prioris ſigno (non pro differentia, vt tu falſo reris) adducere: Coctionem ſemper progressionem, ad finem, ac perfectionem quandam eſſe, que tamen aliquando etiam περὶ τὸν ἀμῶνα ξῆσις non περὶ τὸ πεπίσθι- μετον referatur: vt cum fructus quosdam coqui, & matureſcere dici tūm etiam conſueuerunt, cum ad putrefactionem quandam po- tius vergunt: quia nimirū ſic alendo fiant, qui non eſſent prius. Dices- ne tu iam interpreti huic, omnia que coqui dicuntur, tām in Anima- li quam in Natura, vel ad ſe relata, putrefare potius, quam coqui, vel ad noſtrum vſum referri? Intelligis quid velim: nam alioquin diu eſt, quod legitimus illa Philosophi verba, cum 2. de phys. aſc. tūm 1. polit. diuinitus pronunciata, ὡς ἀμῶρ ἐνεκα πάντωμ ὑπαξχόντωρ, ἔστι.

ἴσμεν γαρ πῶς καὶ οὐκέτι τίλος. Ergo prima hæc differentia in paucis habet locum, quam tu tamen in omnibus valere opinaris: Ὡς contra tertia ab eodem interprete adiecta, in omnibus locum habet, quam tu in paucis habere pronuncias. Quæ enim illa? ea sane quam tu minime affectus es, non enim reticuisses eam. Locum in quo se multi torserunt, nos tibi planum reddemus. Dixerat Olympiodorus ante στήτη fieri ἀλλοτρίῳ θερμῷ, πέντε autem non ἀλλοτρίῳ sed ἀλλοτρίῳ, nempe tu πεπομένῳ dici. Nam quemadmodum per illā perditur, quicquid proprium est in re putrescente: ita per hanc coquitur, quicquid in re cruda est alienum. Suprà diximus generatim, quæ coqui dicuntur, relatione quadam ad aliud intelligi consueisse: ut priusquam cocta sint, respectu eius ad quod referuntur, nihil prorsus non dissimile, atq; alienum in se continere dicantur. Speciatim autem in animalium coctionibus, nihil aliud naturalē præstare, quād quod dissimilitudinem atq; ἀλλοτρίῳ omnem tollit, quæ initio inter alendam partem ὥς alimentum intercedit, ut hoc tandem omnino simile redditum, in propriam alendi corporis qualitatē conuertatur. Huic autem rei vel id arguento esse, docet Olympiodorus, quod, ut diximus, nostri tantum respectu, illa etiam quæ aliás putrescere, atq; in deteriorem verti naturam videntur, coqui dicantur tamen. Iam secundum tertiam hanc differentiam, (de altera enim constat apud omnes satis) docet: Putrefactiōnem fieri à calore alieno, vincente, sed alieno, non qui sit corporis putrescentis, sed ambientis, ἢν δὲ στήτῃ. Coctionem vero ex ipsam à calore vincente, sed proprio ac naturali, qui sit non corporis, quod coquitur, sed eius ἢν δὲ πέντε γίνεται. Enī habes ipsius verba δι: ἢν μερ τῇ στήτῃ, τὸ ἀλλοτρίῳ θερμῷ ἐπικεῖται. Et cuiusnam, aut à quo ἀλλοτρίῳ θερμῷ τῷ σώματος, (neq; enim verba hæc à verbo ἐπικεῖται, quod absolute possum est, reguntur) ἢν δὲ γίνεται στήτῃ, nempe, Ambientis, quod Aristoteles dixerat. Sequitur alter

teria pars, ἣν δὲ τὴν πέντε τὸ οἰκεῖον ἔμφυτον θερμόν ἀντιτίθεται, ἐπὶ τοῦ
σατῆ: cuius porrò ἀντιτίθεται λέγω τὸ πεπλομένον, ἀλλὰ τὸ σῶμα-
τος ἣν φύσις πέντε γίνεται. Quod perpetua veritatis est, ut supra o-
stendimus. Igitur prior differentia est hæc: Putredo est ab alieno
calore: Coctio est alieni caloris: Posterior quæ ad illam consequi-
tur: Putredo est à calore alieno, corporis quod ambit, & in quo fit:
Coctio est à calore naturali & proprio corporis, quod ambit, & in
quo fit. Alij volvère particulam εἰπεῖν utrobiq; significare subiectum
mutationis: Sed hi, vel addere aliquid contextui, vel demere, aut
etiam verba eiusdem, loco mutare omnino coguntur. Liquidò autem
cognosci ex his potest, neq; Camotium Olympiodori sensum aptè
reddidisse: neq; Erastum, cuiusmodi prior, cuiusmodi item poste-
rior differentia eidem sit, vel ubi, & in quibus utraq; locum habe-
at, assecutum fuisse. Ergo licet quidem tibi & Olympiodoro per me
sorba corna, mespila, pruna & pyra quædam sylvestria, imò vero
fructus omnes, si velis, tūm cùm naturæ vi, aut arte vesca fiunt,
contra sententiam Aristotelis, sect. 23. probl. 13. putrescentia dicere:
in perpetuum tamen neutri licebit afferere, coctionē ab actione com-
posita, tertia illa à te exposita conditione recte discerni. Nam actio
illa composita ex putrefactione & concoctione constat, ut diximus:
qui possit igitur rationem simplicis coctionis (quæ tamen & ipsa
simplex non est) ab ea dicere alienam? Quod insimili coctione
solum fit, fit etiam in actione composita, sed non solum: neq; Olym-
piodorus discernit ab actione composita simplicem, sed coctionem
primò, deinde & πενταπάτη putrefactione: tanto minus ineptiolas il-
las pagellæ tuæ 93. suis commentariis inserere voluit. Quin dicas dif-
ferre à coctione putredinem, (tuam semper, id est, plebeiam &
particularem intelligo, non simplicem illam) quia hæc corruptio
est à calore inimico ambientis, admixti imperfectionem atq; inter-
ritum: illa vero generatio quædam à calore amico eiusdem ad mix-
ti perfe-

ei perfectionem : à cruditate verò, simplicem quidem multum, particularem verò Aristotelem dico, nihil prorsus : quia hæc ut supra indicauimus, ab Aristotele multis in locis cum $\chi\pi\epsilon\gamma\alpha$ confundatur, & pro $\chi\pi\epsilon\gamma\alpha$ usurpetur. Et quoniam supra conquestus es, Aristotelem non omnes dubitationes enodauisse, quæ de putredine moueri possunt (cum tamen nullam protuleris hæc tenus, quam ille 4. illo libro, & suo loco aptius, & suis argumentis rectius longè quam tu, decisam non reliquerit) nos quoq; cogimur hic te imitari, id est à proposita disputatione vagari temere : sed sapienter tamen de te conqueri, qui tuis non necessariis nodis, explicata implicas, & obscuris clarissima quæq; infuscas. Dic mi princeps, an non demonstrauit Aristoteles 6. de phys. ause. cōt. 55. 56. 57. mutationē omnem (omnē inquam) in tempore fieri? accommodabimus eius rationem ad chylum tuum. Esto A. à quo (ut chylo) B. verò ad. quem (ut sanguinem) mutetur aliquid. Cum iam mutatum est, (inquit Aristoteles) non est amplius in A. sed in B. est enim sanguis. Lam si id momento, & nullo temporis ullius interventu factum dicas, aut eodem momento, est in A, & una mutatum est in B. aut alio. Primum esse nequit, quia simul hoc modo fuisset in A & in B. nempe fuisset sanguis & chylus, id est non sanguis : id quod nemo auctor affirmare. Alterum vero si detur, iam necessario tempus interiectum est, cum momenta temporis non sint contigua. Ergo in tempore mutantum est : at omne tempus diuiduum : igitur ut quod iam mutatum est, mutabatur prius, ita quod iam mutatur, mutatum iam aliqua ex parte est, nec datur primū : diuiditur enim mutatio ad divisionem temporis in semper diuidua : ut quolibet momento inter medio, sit aliquid iam mutatum, qui sit finis mutationis precedentis : & cum in quacunq; diuisione temporis mutata res sit, necessario mutetur antea, quam sit mutata, & mutata sit antea, quam mutetur. Axioma verò, cui tota hæc demonstratio nititur, illud est, quod momenta

momenta & omnino, que partibus careant, minime cohærent, seu
 contigua sint: (id conclusum fuit, eodem lib. cap. priore) alioquin
 enim si ea inter se cohærerent, ex uno in aliud transitus esset, quod
 prius non mutaretur. Sed cum hac demonstratione tua verba pu-
 gnant. Nihil (ait) intercedit temporis, inter corruptionem formæ
 Chyli & sanguinis formæ susceptionem. Igitur, per te forma Chyli
 (nam de formæ introductione loquor, non de alteratione hanc præ-
 cedente) eodem & non alio atq; alio momento inducta & non in-
 ducta fuerit: atq; erit Chylus, & non erit, siquidem dum sit ali-
 quid, non est, & dum est, non fit. Ad hunc Achyllem nihil hæc-
 nus ab rullo responsum legi, quod alicuius momenti sit: cùm contra
 loca alia, in quibus Aristoteles primò aspectu videtur velle, gene-
 rationem momento fieri, ita fuerint à doctis viris explanata, ut nul-
 lus propterea in animo Peripatetico hærere scrupulus deinceps pos-
 sit. Nec minus absurdè loqueris, cùm putrefactionem esse viam ad
 coctionem dicis. Nam ut excipiatur hæc illam, & naturam sibi ad ge-
 nerationem alterius per putrefactionem quasi gradum facere dixe-
 rit aliquis, non propterea tamen illa ad hanc via dicitur, cùm non
 sit ratiusq; progressus idem, effectum vero etiam diuersum, neq; v-
 na finis dicatur alterius. Corruptionem naturalem omnem dicit Ar-
 istoteles esse viam ad putrefactionem: quia quicquid alio modo
 interit naturaliter, id ut in putrefactionem quoq; desinat, si natu-
 raliter quatenus mixtum corrumpi debet, necesse est. Definitur itaq;
 ḥs ab Aristotele notionē το τέλος, quam nemo non spudastus
 in ratione concoctionis, respectu putrefactionis tacite vel expresse
 includi assuerabit. Finem concoctionis rectius, distinctius, proprius
 statuit Aristoteles generationem, vel aliam quampliam perfectio-
 nem. Putrefactionis autem simplicis quidem materiæ mixti partium
 diuortium mutuum νοή τέλος γῆ νοή κόπως, quod idem est, ac
 dicas mixti dissolutionem: Particularis autem discessionem à natu-
 ra, quæ sit deterior quidam habitus.

IBID.

IBID. & PAG. 94.

Scire primūm conuenit generationem sine
coctione &c.

Ut cætera confusè ac perperam, ita & hæc doces. Primum pro-

fiteris loqui te de generatione, quæ alteratio est, non quæ substantia:

deinde affirmas generationem, id est, alterationem, citra coctionem

nullam fieri: quod enigma quis interpretetur? Nam illa ipsa alte-

ratio, cuius terminus est substantia, coctio dicitur, & non alia: Tum

subiçis coctionem esse duplēm: alteram, qua aliiquid, quod prius

non erat, fit, quæ Generatio dicitur: ut cum à calore in ovo insito

materia ovi mutatur in pullum: alteram, qua rei iam productæ, cer-

ta quædam accquiritur forma, quæ coctio appellatur, ut cum ab inter-

terno calore v. g. ventriculi vel venarum, cibus & Chylus alteran-

tur. At nos qui spudasti non sumus, aptius & clarius affirmamus,

in utræque alteratione fieri aliiquid, quod non prius erat, quia per utræque

mutatio Chyli in sanguinem, vel sanguinis in ossa & carnes humanas,

à mutatione materiae ovi in carnes & ossa pulli: ibi (ais tu) calor in-

situs mutat, nego hoc: mutans enim est incubantis gallinæ, vel fumis

vel fimi calor: tot enim modis apud nationes quasdam, etiamnum ex

ouis pullos excludi solere, annotauit præter alios Belonius in obser-

uat. Quid tu hic? si per se agens esset gallinæ calor & non inter-

nus ovi, ex diuersis specie ovi, non diuersos, sed eosdem specie pul-

los gallina semper excluderet: tum citas Aristotelis locum lib. 4.

meteori. cap. 2. quo affirmatur, concoctionis principium esse à calore

insito, etiamsi is aliquo externo adiumento promoueat. Sed neu-

trum sapienter & neutrum bene dicis. Aristoteles per òineap dege-

213.

"

"

μότητα, non intelligit, ut tu Aduerbialis philosophus, caliditatem insitam cibo, sed insitam animalis ventriculo, quæ certè cibo externa est (nam de coctione alimenti ibi loquitur, ut per manifestiora hæc opera in animali occultiora speciei eiusdem in Natura declararet) & quæ si langueat, fotu, balneis, frictionibus excitetur. Idem Aristoteles quodam loco, (ut alia omittam in præsentia, ne in immensum ex crescatur Aduerbialium Theorematum tuorum refutatio nostra hæc) disputans de animalium formarum introductione in materiam, discrimen earum consistere ēp τῷ περιλήψα τῇς φυχίνς αρχῆς docuit: sed hoc unde variet? τέλε δὲ καὶ ἵ τὸ ποι ζῶν τὸ περιλαμβανόμενον. Non igitur illi differentia tota à calore: sed à modo & analogia, qua in varia materia, varie concipitur ille. Cœli calor idem hic n. g. & ibi: hic tamen vermes, non longè ab eodem loco culices, ranas, anguillas: alibi nullam eiusmodi speciem, sed inanimatam aliquam aliam producit. Atq; hæc nondum etiam tenes? sed fac in ovo esse ingenitum calorem aliquem: erit etiam in cibo suus, quem tuo modo dicam, à ventriculi tepore de potentia deduci ad actum oportere, si mutare naturam debeat: at per te tamen nullus in cibo est: in quo est: iuxta etiam in illo est, quia verba Aristotelis, de cibo loquentis, ad calorem cibi, non autem ventriculi refers: amò non etiam est, quia hoc differre mutationem oui, à mutatione cibi doces. Bone Deus, quam volucre ingenium, & quam incostans, & nihil minus quam tumidum antiquitatis defensione. Postremò (ne deinceps hic hæsitare debeas) Theophrasti verba ista sunt, ηγάλωσαται απόχαιροι μαρφούσε ποιη πάρος τοῖς μορφαῖς, ὡς ἀπόξενοι εἶπεις νῦν. 4. de caus. plant. cap. 16. Audis materia formam variari. Sed dictum supra (excipiet Scaliger) Leonis membra à membris Cerui differre, quia formæ differant: quod ab Auerrhoi lib. i. de an. com. 53. scriptum est. Restè, atq; hæc illis non aduersantur. Non ex quovis ligno Mercurius: nec

us: nec ex ligno aut lana serra, sed arca & vestis 8. metaphys. cap.
 6. Ut enim quod aptū est fieri, non fit à mouente, qui actū careat: ita
 qui actū obtinet mouens, nō in quolibet quiduis efficit 2. de ort. ani-
 mal. cap. 6. Quemadmodū igitur forma nō inuenitur, nisi in materi-
 am sibi destinatam: ita materiae habilitas certo apparatu instructa,
 ad huius & non illius formae receptionem angustatur, atq; ut hac &
 non illa exornetur forma in causa est. In summa, utrumq; verum est:
differre membra Leonis à membris cerui, quia alia & alia forma:
& differre formam Leonis à forma cerui, quia alia & alia mate-
ria. Est enim materia, ut dicunt, signata, id est certis quibusdam
 qualitatibus apparata, individuatis formae causa: atq; ut illa sub-
 sterni alij formae, ita hac in materiam aliam induci nequit. Ergo ut
 forma hæc sit, causa est materia: atq; ut materia hæc sit, causa est
 forma: forma dico ut finis, qui Agenti necessitatem, præparandi
 certo modo materiam ad recipiendum, imponit. Habet materia à
 forma, ut sit reuera hoc aliquid: & riciſim hæc ab illa, ut existat:
quia materiae formæ non tam existunt quam inexistunt: quilibet
autem non in qualibet, sed in, aut ex determinata materia. Hoc igi-
 tur est, quod agit materia, & quamobrem unum ex principijs est.
 Sanè cum in generatione intelligimus, materiam re ipsa præexiste-
 re, eam formæ imponere necessitatem rectè afferimus: sed cum
 formam Agentis potestatem ad agendum mouisse consideramus,
 tum denominationem mutamus: cum præsentim forma sit ut actus,
 Materia ut potentia: Potentia vero propter actum, non contraria.
 Hinc ipse per te cognoscere poteris, quām rectè & sapienter illa
 pronunciaris. Eadem autem diuersis specie ouis incubans, diuersos spe-
 cie pullos excludit: quod fieri nullo modo (hoc tuum nullo modo in-
 digebat probatione) posset, si externus iste per se materiam ouorum
 mutaret &c. Eorum vero que in Aristotele habes, hæc summa
 est. Alius quidem materiae alium esse actum, cap. 3. libr. 8. meta-

phys. sed in materiam tamen aliam atq; aliam, eandem inducere formam, non esse semper in artificis potestate situm, ibidem cap. 6. ab eodem autem agente varia effici, pro subiecti varietate, decies alibi.

IBIDEM.

“ Vinum in vasis &c.

Com. Vinum in vasis recte & propriè coqui dicitur, àquè atq; alia, à nobis supra recensita, respectu finis illius superioris, ad quem via est prima illa & absoluta cœlio, quæ ipsius alimenti esse dicitur. Nam & perfici hoc modo dicitur vinum, & perfectum, cum nutriendo est. A quo autem coquitur dices? à calore: quonam? externo, quatenus tamen proprio & naturali: aliás enim non perficeret. Concipitur cœli atq; in summa ambientis tempore (qui cuncta permeat, & quocunq; etiam ad intima quæq; terræ pertingit, ad omnem coctionis & generationis occasionem attentus) in vino calor aliquis, ut in dissoluta calce, in contrito ex percussione silice, & quibusdam alijs, quæ per aquam vel liquorem alium in halitum soluntur, ignis: (neq; enim in illis inerat prius, vt falso putant) qui vino & fructibus, dum extra coquuntur, tam fit intimus, quam cibo ventriculi calor, dum in eo coqui dicitur.

P A G. 95.

“ Sed hoc modo sola illa coquuntur &c.

Com. Ita in tua Aduerbiale Philosophia, nihil vsquam perpetuum, nihil certum, nihil ratum est: omnia plena restrictionibus, exceptiōnibusq; Sed cur poma quedam, & fructus alij, si calore de matre accepto coquuntur, non nisi decerpta maturescunt? in vasis maternis qui rigeat minus ille calor? Dicam ego: in causa sunt humidū nimis & contumax, intra se receptum, ηγεται τρέφεται το θειον;

Totē

787^o δε δυ τῷ τύχοντι κακα λέιω σε^{ct}. 3. probl. 5. Ο calor im-
 becillior, vt aliorum instar aéri exposita maturescere prius neque-
 ant, quam vel defectu humidi pediculis exarescentibus decidunt,
 vel hyemis aduentu recrudescent. Reposita verò concluso loco, Ο
 paleis leuiter tecta, calore ambientis, si is proprius sit Ο natura-
 lis, intra se concepto, teneritudinem Ο succum concipiunt esculen-
 tum. Ideò fructus istiusmodi propè omnes, serotini sunt, quod signi-
 ficauit Theophrastus cap. x. lib. 2. de caus. plant. Omnimò matu-
 ratio per se à calore mediocri est: à frigore non nisi per accidens,
 quia calorem introrsum cogit, ne dissipatus langueat. Sic sub hye-
 mem multa maturescere scribit Theophrastus allegato loco: Vt Ο
 multa recrudescent. Nam rbi calidiore loco prouenerunt fructus
 per meatus laxiores intro subiens frigus, quicquid in illis emollitum
 est, indurat: contrà frigidiore cælo nutritis, cutis densior, vt ingru-
 ens frigus ad intima vsḡ sēcē insinuare nequeat, sed obstrūctis com-
 pactis^q meatibus, calorem introrsum cogat. Frigus tamen quod ma-
 turitatis causa est, Ο ipsum quoq̄ clemens sit oportet. Alteram e-
 tiam, quam nos primum recensimus causam subiicit Theophrastus,
 nempe affluentem perpetuò succum, dum super arbore sunt: nam
 exemptis rel caducis nulla fit eius accessio: ideo quod inest facilius
 artis subsidio procuratus calor, excoquit, ac domat. Concludamus:
 omnem coctionem à calore illius qui coquit, non eius, quod coqui-
 tur profici: Vel relatio illa, qua coctionem à generatione differ-
 re diximus, nulla fuerit. In quo subest scrupulus. Omnis coctionis
 duplex est perfectio, vt Olympiodorus docet, ἡ μὲν δυ, ἡ δὲ ξ. In
 externa ista fructuum maturatione deest τὸ τέλος. Dicesne aē-
 rem sibi coquere fructus? Sed neq; hi seipso coquunt sibi: Quę
 causa est, vt istam dicere putrefactionem potius quandam quam
 maturationem, ex veteribus quidam consueverint. Iam vera ac le-
 gitima coctionis Ο alterationis differentia subiicienda. Concoctio-

definitur quidem ab Aristotele, ut sit rei coquenda alteratio secunda.
 12. probl. 7. ἐν τέτιοις ἀλλοισι τοι πεπλομένοις: Sed hæc tamen speciatim mutatione secundum qualitatum primarum priora opera, quæ in caliditatis, frigiditatis, humiditatis, siccitatis conditione varia spectantur, potissimum definitur: illa vero mutatione, secundum qualitatum earundem effectiones posteriores, attenuare, dissipare, secernere, secretaq; versare, subigere, incrassare, emollire, indurare: item huius finis non extra rem alteratam est: illius extra, atq; ad aliud. Postremo hæc naturæ depravationem aliquando inuenit: illius vero notio perfectionis notionem adiunctam semper habet. Requiris verba Aristotelis in re tam plana? Lege diligenter prius caput 2. & 3. lib. 4. meteor, in quibus de speciebus conceptionis agitur, tum conferas te ad contextum 18. lib. 5. de phys. auctor. & cap. 1. lib. 1. de ort. atq; inter. A generatione autem definita initio cap. 1. lib. 4. meteor. quantum differat coëctio, ex supra dictis intelligi satis per se potest.

PAG. 95. 96.

” Sunt enim hæ omnes, Combustio, Suffocatio. Tabes, qualis est, febre Hectica laborantium.

& infra

” Cuius problematis attenta & diligens lectio, plurimum tibi conducet &c.

Com. Hæc duo tantum ex tot nugamentis tuis, (quæ tamen miraris
 216. atq; indignaris ab Aristotele quoq; sue disputationi de putredine annexa non fuisse) hic insertis attingam. Primum modi corruptionis caloris à seipso, qui iam à te recensentur, non sunt & vt: διηγήθενται. Nam ad combustionem refertur tabes vel febris: Nostri febrim

brim πύρετόν græcè dici, metaphoricè tamen, quia ibi maior, hic minor ardor: ibi enim ignis cum flamma vel prunis, hic nihil horum: utrobiq; tamen siccus feruor, & semper ultra grassando, accedens ac dissipans: ideo cineres, si μεταφορικῶς inquam hos accipias, etiā testimonio Galeni tui, effectus natriusq; sunt: nam utroq; magna vi absumitur humidum. Suffocatio etiam tuo iudicio supra, & pag. 99. refertur eodem, nisi arrideat id magis, quod ex Theophrasto supra produximus. Sed eo modo non auctior & acutior, sed languidior suffocatione fiet calor nativus. De cetero, problema 14. sect. 4. nihil prorsus habet, quod conducere spudastō possit ad huius disputationis, vel potius importunæ garrulitatis intelligentiam. De re ipsa supra dictum satis. In animato cùm corrumpitur calor alterius caloris, vel cuiuscunq; cause alius auctus, tum si id interuentu absumptionis humidi fiat, μαραστός est propriè, quia hoc ipsum demūsit μαραστόν, id est exsiccati: Alias dicitur & Besie. Atq; erit μαραστός tuo modo violenta, propter allatā superius causam ad ipsā combustionem referēda. Si verò deficiat, ad Tabem reuocatur, quæ naturali putrefactioni respondet. De flamma & extērno igne idē dico. Sed in mistis haec diuisio nulla: in quibus calor nullus inest, vt millies iam repetimus, qui seipsum vel naturaliter se habens, vel extēni calor, aut alius cause auctus opera, sui pabuli absumptione conficiat, sunt inquam istæ neniolæ, pro spudastis & Furnijs, non pro sapientibus, qui in mistis, quatenus mista sunt, interitus istiusmodi differentias non agnoscunt. Nunc Pythagorica tua percurremus.

P A G. 96.

Dicam aliquid amplius. Natiui caloris in
re qualibet substantia &c.

“

“

Quām vbiq; subtiliter, quām acutē, quām profundē. Tu igi-
tur dico, quoties lubet, aliquid amplius: ego viciissim quoties opus
fuerit,

217.

Com.

fuerit, dicam aliquid verius. In animali semper à primo ortu ad
 æn. id est virilem & florentem etatem, vel si malis cum Hippo-
 crate libr. de carnibus, ad quintam usq; septimanam, augetur
 calor. In animali dico: nam in inanimis non augeri calorē scimus,
 quia in eis nullus insit, nisi aduenticius: (quod etiam de animali ca-
 lore, sed perperam affirmabant Asclepiades, Praxagoras, Erasi-
 stratus, ut testatur Galenus lib. de rigor. trem. cap. 6. & in pro-
 oemio. lib. 1. de nat. hum.) vel ita insit aliquis, quasi non messet. Ni-
 hil hic moror, quæ Galenus lib. 2. de temper. cap. 3. de calore pue-
 rorum ac iuuenum scripsit. Hoc affirmo, quicquid Glossatores isti
 Auicennæ lib. 1. Fen. 1. doct. 3. cap. 3. atq; alijs alias annotarint:
 maiorem substantia & qualitate in adulto, quam in puerο esse na-
 tūrum calorem. Idq; propter illas ipsas rationes, quæ Auicennæ non
 probantur allegato loco. Minor in puerο corporatura: (Ut verum
 omnino id sit, quod Galenus pro falso habet lib. 2. de nat. hum.
 com. 13. nempe causa nativitatis caloris augeri pueros, ac vicissim aucto
 corpore, augeri calorem) Retentrix vis imbecilla 3. de Sympt. caus.
 cap. 3. item excretrix languens, nam etiam si subinde euomant, id
 non propter huius facultatis robur, sed propter imbecillitatem re-
 tentricis fit: Tractrix etiam vis non usq; adeò valens, Coctio tota
 infirma: Sed mollia saltē, si non dura (inquit Galenus) & quæ co-
 quunt pueri ac iuuenes, 3. de Sympt. caus. cap. 3. idq; (ut aiunt)
 quia retentrice sunt infirmiores, quam ut dura & siccac continere diu
 queant. 2. aphor. comm. 20. immo vero lib. 1. de humor. comm. 3. &
 1. de sanit. tuend. cap. 5. & 7. nec non 5. de facult. simpl. med. cap.
 8. uniuersim pronunciatur, facultatem coctricem in pueris valenti-
 ore, & functiones naturales omnes, quam in etatibus aliis esse
 præstantiores. Quæ quam bene inter se cohærent, & quam aptè
 respondeant ijs, quæ singulis diebus obseruamus, dicendum alibi.
 De cætero motiones impeditiores, sensiones minus exquisitæ, facul-
 tates

tates principes quasi extinctæ 2. de temper. cap. 2. Ut tanto minus verum sit, quod Aretæus lib. 1. de caus. acut. morb. cap. 9. scripsit, puerorum respirationem propter nativitatem caloris copiam esse maiorem: Præterquam enim id cum sensu pugnat, pro Symptome quoque ab Avicenna loco citato habetur, adscribendo voracitati ipsorum, atq; inde crudorum collectæ copia. Sed nihil sanè horum nostræ sententia stet: Tactus tamen ipse stat. Verum (excipient) sensus hic adscitum non autem nativum maiorem in adultis percipit: hic enim in humida residens materia, blandè afficit sensum, Galenus lib. 2. de temper. cap. 2. cum alter ille acrior, è sicciora materia erumpens acrius feriat eum. Ita cauillandi finem nullum faciunt, ne à semel in se recepta persuasione desciscere videantur. Quo definiunt calorem nativum? quo ad subiectum quidem & substantiam sanguine ac spiritu 2. de sympt. caus. cap. 5. quoad formam vero temperatione quadam cum humiditate Comm. 13. ad lib. 2. de nat. hum. Quo autem recognoscunt? effectis atq; operibus 1. de sanit. tuend. cap. 2. nam calore nativo, tanquam Naturæ organo formatur ac nascitur, nutritur, augetur, eiusdemq; vi & ἐνεργείᾳ mouetur, sentit, intelligit animal. Ut nō frustra Hippocrates dixisse videatur δοκεῖ δὲ μοι ὅταν εόμενος θερμός, ἀθέαντός τε ἐνου, καὶ νοῆμα πάντα καὶ δέημα, καὶ ἀνέσημα καὶ ἐιδέναι πάντα. Tam in adultis plus sanguinis, plus etiam spirituum, eorumq; vegetiorum: Humiditas etiam moderatior: Nam etiam si Galenus humorum illum quo abundant pueri, vegetabilem ac salutarem esse, proindeq; non excandum doceat lib. 1. de sanit. tuend. cap. 7. nihilo tamen minus veritate coactus alibi afferuit, puerorum corpora esse humidiora, quam salubris habitus postulet, ad lib. 1. de humor. com. xi. nec non de rict. idiot. comm. 7. quod etiam placuisse videtur Avicenna, qui lib. 1. Fen. 1. doct. 3. cap. 3. pueros ad pituitosam constitutionem declinare afferuerait: idq; ex febribus, vomitibus, morbisq; alijs,

hhh

quibus

quibus illa etas peculiariter exposita est, liquidò apparere. Effeta vero ex opera, quanto vegetiora, evidentioraq; in adultis, quam in pueris? In summa vel calidius dicas, quo μᾶλλον θερμανεται το ἀπίσμενος: vel το μᾶλλον αὐθιστηρ εὔποιος ἐν τῷ φυγένει: vel το κακος κακιστήρεος, καὶ το τικτα, τιμητήρεος: vel quod το πλέον, vel quod μι ταχέως φύχεδαι καὶ βασιώς θερμανεται. Semper Adultos pueris esse calidiores verum est. Quod enim Aristoteles negat τὸ τὸ τρόπος δύνατον πάραγεν τῷ αὐτῷ πάνται, id non si unum cum altero duntaxat, sed si cum pluribus aut omnibus alijs, quæ dicuntur calida conferantur, intelligi debet. Quid porro isti ad hec cauillentur, per pensum est à nobis alibi. Nunc quid Erastus excipiat, inspiciendum. Res nulla naturalis (inquit) ultra & supra naturæ sue vires agit: Ideoq; minuitur continuè ac debilitatur potius ab ipso ortu ad interitum usq; calor, quam ut augeatur. Assumptum malum: Consequens pessimum. Quid (Eraste) dices, cum radiorū Solis tempor, per simum in ligno, per speculum in Stuppa, Galen etiam testimonio, in luculentam flammarum, quid cum vel scintillula rna, ex accensa palea profliens, in puluere tormentario, indeq; in solidioribus corporibus sese in magnum ignem promouet? quid cum calor nativus esu piperis & aliorum aromatum, (an non etiam calidum nativum, alimentis augeri expresse scripsit Hippocrates lib. de carnis?) an non refrigeratum extenuatumq; corpus alimenti accessione redintegrascere cernimus?) quid cum idem per febres citra obstructionem ignescit? an non immoderatè auctus à Galeno dicitur 2. de facult. nat. cap. 8? Atq; Aristotelis verba sunt hæc οὐχὶ το πυρὸς ἄνεξτις εἰς ἔπειρον, εἴως ὅπῃ τὸ κονύμον. Audis hic nulla externi caloris accessione, nulla retentorum inflammatorumq; vaporum opera, unum cundemq; calorem, scipsum promouere ac reddere, materia suffpetente, maiorem acutioremque. Continue autem minui caloris substantiam in animali, ab ortu ipso

ad in-

ad interitum vſq; , quod Argenter. lib de ſomn. & vigilia cap. 6. nec non alij aliaſ affirmarunt , negabit Auicen. lib. 1. Fen. 1 doct. 3. cap. 3. Atq; id tu nulla inquam ratione probare poteris. Eteffecta contrarium monſtrant: aut caloris natuſ opera non ſunt, que in adoleſcentibus & iam adultis conſpiciuntur. Sed natuſ calidum (dicunt) id intelligimus, quod cum ſeminis ac ſanguinis portionibus, que prima generationis radix & materia ſunt, quaſi de lumine lu-men deciſum eſt: (Argent.lib. de ſomn. & vigil. cap 6. abſumpta iam eſſe principia duo hęc in fetus partes, ideoq; calorem natuſum, non ipſa, ſed ſubſtantiam humidam calidamq; ex ipſis relictam in partibus eſſe intelligendam , aliud ſcilicet illos ſenſiſſe , docuiſſeuē, quim ipſem et ſentiat ac doceat, temere putans, annotauit) hoc au-tem maxime abundare pueros , quia propius à prima ſua confor-matione abſint , minuſq; ideo conſumptum habeant ſubiectum ac receptaculum caloris illud , quod in ſanguine ac ſemine copioſum e-rat, & atum deinde curſu continentē diſſipandum. Verū quis non intelligit , meras impoſtuſas eſſe has ? Dic̄tum antea , ne momento quidem durare flamma eadem : quin imò vitam illius perpetuum quendam eſſe fluxum, ut ſemper que nunc eſt, non fuerit antea. Et quantulum porrò id, quod in ſemine erat, caloris receptaculum? an potuit tantilla ſubſtantia , de paſcenti aſſidue calori , eiq; indies magis magiſq; auctō ſufficere ? Nam quod de Ellychnijs Lucerna-rum pro exemplo Alexandrinus (ut alia mittam in preſentia , ab eodem viro , aliaſ per quam eruditio ac doctō , ſapienter minus in tota diſputatione hac proposita) quodam loco ad fert: in quo ni-mi-num ſiſtens ſe flamma, humori, qui in ſubſtantia eius in eſt, & cui primò inheſit, parcat , quantum po-teſt, nouum ſubinde alimentum ex oleo, quod in Lucerna eſt, attractum occupans, Chimera eſt, que neq; caput (ut dicere nos conſueuimus) neq; caudam habet. Sanè qui affirmet , Lucernę flamma humori illi , qui in ellychnio eſt, &

quem primò corripuit, vlo modo parcere, alteriuē occurrere prius, quām illum de pasta sit, vel alio demum vegetari pabulo, quām eo, quem ex Lucerna, in locum iam de pasti, sensim quidem, sed continenter tamen subeuntem, obuium in ipso ellychnio habet: is & insito calori cognitionem ac iudicium tribuere, & in philosophiae principia, ipsumq; adeò communem sensum grauiter peccare videatur. Quodcunq; igitur primum occurrit, id primo carpit ignis: atq; id semper oxyus, quod alendo magis est. Idcircoq; nos quidem, illud demum, & nihil esse amplius (nota Eraste hoc, quod tuo amplius est certè amplius) generari animal ab animali afferimus, quām caloris ac spiritus innati portionē (quod animæ vinculum atq; organum est) in semine secretam atq; decisam ex puriore sanguine, tanquam nouam faculam eō injici, vbi cōueniente suppeditata materia, sese propaget, atq; alterius, quasi per se foci principium fiat. Sed inficiamur tamen hoc, decisam illam innati caloris portionem, vel non posse sine illo humore, cui primum insedit, vsquam subsistere, vel (quod idem tamen est) tum primum exhalatam perire, cùm nulla eiusdem humoris guttula, micāue (sic ipsi loquuntur) in corpore remanserit. Sic enim, aut eodem propè momento periret, quo nascitur animal, aut ignis cuiusq; vis & natura non esset ea, quam post Aristotelem, Theophrastum, Galenum, ipsimet exposuerunt. At (inquiunt tandem) non est idem in pueritia, qui in infantia calor. Sanè non idem numero, quia neq; eadem numero materia subest: sed idem tamen specie, quia ex eadem prime generationis radice propagatus. Quod non pro illis facit, sed pro nobis, qui vt mutari, & augeri humidum, sic mutari & augeri calorem, (quicquid Galenus 3. de Temper. cap. 4. contrà dicat) ab ortu ipso primo, ad vigorem vsg; etatis asseueramus. Verū de his quantum sit satis, dicendi locus alibi dabitur.

P A G . 97. 98.

In his certè verbis , statuit eam duntaxat
corruptionis speciem.

“
“

Etiamne hoc arduum Emblema, suæ disputationi assuere Au- Com.
thor debuit ? Quod tamen ab Vgone , Alberto , Gentili , (& quo non !) enodatum appositi , a te (vt ita dicam) nodatur . Primum quod in Synopsi attigi , hic tu recte pronuntias : non omnia putre- scientia grauiter olere : nec omnem fatidum odorem esse à re putre- sciente : Si dico putredinem naturalem intelligas , de qua locutus est cap. 1. Author : Aliás si tuam , qui contrariam opinionem tuentur , illi te Aristotelis autoritate prægebunt , qui putridos odores ægre spirabiles dixit , lib. de sens. & sensil . cap. 5. quasi censuerit , è putrido omni insuauem odorem , id est fatorem exhalare , & probl. 1. nec non 8. & x. sect. 13. foetoris causam in unam putredinem transferre videtur . Quin imò etiam hoc argumento suauem odore à spirant , στα τὴν φύσιν ἀπέληφε τὴν ἀντῶμ : agnoscis Aristotelea verba : ergo quæ à iusto sua natura modo discesserunt , insua- uem emittunt : id ipsum tua putredo est . Item , foetoris causa excre- menti cruditas , vt contra suavis odoris , coctio , sect. xiiij. probl. 4. putredo tua reuera nihil est aliud . Idem dicent quoq; te Galeni verba perperam interpretari : plana enim esse quæ allegas ex 15. cap. lib. 5. de fac. med. solum ea corrumpi per putrefactionem di- ci , quibus id cum foetore accidit . Ut vt igitur ibi de septicis medica- mentis loquatur : propositionem tamen Galeni esse generalem , non ad sola animalium corpora coarctādam . Nam in his per te corrum- pi aliquid non dicetur statim , cùm nimio plus refrigeratum , aut ex- calefactum , aut exsiccatum , aut humectatum est : quod tamen Ga- lenus ibidem affirmat generatim : vbi etiam Septica , non propriè sic appellari testatur , quia septica sint , quæ calefaciendo & hume- h b h iij Etando

Etando corruptant: at similitudine tamen Symptomatis sic dici,
 quia corruptionem iuvant, nullo doloris sensu. Multis enim modis
 corrupti aliquid posse, sed ea tantum corrupti per putrefactionem
 dici, quibus corruptio cum foetore (qui nempe calidi & humidi a-
 lieni soboles est) accedit: atque hæc est genuina & plana Galeni
 sententia, quæ tua interpretatione non indiguit. Ideoque foetorem pu-
 tredinis inditum in prædag. comm. 2. ad sent. 22. & effectum in 2.
 com. de humor. ad sent. 1. atque alibi centies, nulla prorsus adiecta
 limitatione pronuncianuit. Secundo dicent: non posse monstrare
 spudastum tuum, Putridum aliquod omni foetore carens: multo
 minus alia quedam per putredinem fieri odoratiora. Id quidem esse
 ex Aristotelis probl. 4. sect. 13. desumptum, sed & perperam ac-
 ceptum (cum non stirpes quasdam putrefactas suauorem reddere
 odorem, sed multas tam integras quam corruptas, immo vero magis
 magisque exarescentes incundere olere ibi scriptum sit) & male pro-
 batum. Esto ut Martis sterlus, cum cerasa edat, sit odoratum, an
 propterea concludes tu putrefactione creatum odorem illum? Quæ
 inquam, & qualis, & quanta consequentia ista est? Probato prius
 per putrefactionem fieri fæces: nam nos Galenum attente (ut iu-
 bes) legimus, & nihil minus naturalia stercora, emni etiam pu-
 trefactione carere, ex eiusdem principiis colligimus, quin immo Hip-
 pocratem, cum alibi, tum in Coacis prædict. lib. 1. sect. 2. sent. 20.
 excrementa quæ & videremus sunt, id est citra odorem natuum, &
 ipsorum naturæ proprium rituperare scimus. Probato item, aucta
 putrefactione fæcum Martis, odorem ex insuavi suauem redditum.
 De Moschi generatione, ex putrefacto cuiusdam bestie Gazelle
 similis sanguine, quam ex Scaligero attulisti, fabula item sunt: &
 quæ etiam de Zibetho, fabula: & tu putide sentis, qui tot putrida
 affirmas, non nos, qui putridum zibethum negamus. In quo hallu-
 cinaris id potissimum est, quod foetorem non distinguis: est enim
 quidam

quidam rei naturalis, ut Cimici, Castoreo, Spatula, Stercori, Vrine, &c. hunc putridum fætorem qui dicet, dicet etiam spatulam non esse spatulam: Et cimicem non esse cimicem: Et stercus non esse sterlus, quia secundum partem corrupta sint: haec enim tua putrefactio est: atque haec fætoris causa. Alius est, qui rei naturalis non dicitur, succedens suavi aut saltem non insuavi, hic per corruptionem mixti generatur. Ut autem naturali grato, ingratum preter naturam substituere potest corruptio: ita ingrato, qui secundum naturam rei accidat, gratus preter naturam coctione, vel arte, vel sponte, nonnunquam succedit, ut in Zibeth, Ladano, Moscho, que tempore purificata virus deponunt, ac suavia fiunt. Neque sanguinis collectionem illam, que sub ventre animalis, in tumorem attollitur, quamque capta fera, cum corio simul absindunt venatores, calore alieno Et putrefaciente sed benigno naturali & coquente subactam dicam. Oppositum probes tu si possis.

IBIDEM.

Calidiora propter accensum humorem
effici putrida &c.

Hoc rbi indicaueris Aristoteleum esse, tum primum dignum Com.
ze ducam, cui respondeam. Vide Zab: cap: 9. de putrid: 219.

IBIDEM.

Non inficiar ita esse: at totum exire hu-
midum nego &c.

Dixeras autem, putrefactionem non posse evanire absque libera-
liore humido: nunc asseris, in putrefactione totum non exire. Sit
sanè hoc: Vbi tamen exire partem illius des, non liberalius, sed par-
cius futurum humidum, dederis quoque velis nolis. At inquis libera-
lius intelligo sensu, non reuera: at inquam, Galenus tuus intelligit
reuera

Com.

220.

reuera, non sensu: Et hoc modo in combustionē quoque (quam tamē ista conditione, à putredine separas) humidiora apparerent & rauis. Obseruasti nō vñquam, ligna præsertim paulo viridiora, concepta flamma exudare aquam? Diceret hīc Scaliger (ut hoc obiter attingamus) humidum magno impetu sese subtrahere ab igneo calore, ne consumatur. Dicam ego concretum intus liquari, vi caloris ignei: liquatum diffluere vndeque, atque effundi: quod restat, cedere in flammæ nutrimentum: feruere autem, quod propèflammam est: ideo moueri, Et quasi tumultuando capessere fugam ridenti: neque fugere tamen, sed ignem esse, qui semper ultra grassatur atque insequitur pabulum: progrediente igitur igne sensim, humidum ipsum regredi ac refugere, deceptam phantasiā iudicare. Nouum semper ignem: nouam igitur, ut Theophrastus inquit, accensionem humidi, atque assimilationem: sed latere hoc: Ideo qui subinde recens offertur igni in pabulum, humorem hunc illum esse sensum iudicare, qui oblatus antea nunc sese subducat. An in humore quoque iudicium ac προσίγετος? à quo autem principio motus ille, si non ab his? naturalis enim non est, quia neque determinatè sursum neque determinatè deorsum: non igitur à levitate vel grauitate.

P A G. 99. & 100.

Nihil in tota de putredine disputatione
obscarius mihi videtur.

Com.

221.

Audite hoc nationes omnes, attendite omnis orbis incole: Nihil Eraſto in tota disputatione de putredine obscurius, quam scire: Vtrum suffocatio putredo quedam sit. Quid igitur ille lucis ex philosophia penetrabilibus ad hoc arduum quæstum illistrandum afferrat, audiamus. Duplicem in animali respirante, calorem reperiri, in fluentem atque implantatum: Huius causa, dum partes per suffocationem, seu interceptam ventilationem corrumpuntur, putrescere dicitur

dici: illius verò, dum eadem ratione corruptitur animal, suffocari, non putrescere. Deniq; rem esse eandem, vsitatam verò nominatio-
nem diuersam. Atq; huic Emblemati, (quod tamē ad verbū ex Vgo-
ne in com. ad fen. i. can. 4. de febre acceptum est) quot alias, Deum
immortalem, adnectis, non illas quidem tuas (sunt enim vulgatio-
res, quām esset optandum: & Montani ac Fernelij, & quarundam
horum Simiarum verba, facile est recognoscere) sed fabellas tamen.
Multiplicem esse calorem implantatum: nam quamlibet partem,
proprium ac suum habere, qui eam à putredine tueatur, & cuius
beneficio suas peculiares actiones obeat, stabilem, inq; subiecto suo
fixum: influentem rnicum, alium semper tamen atq; alium, qui illos
aliarum partium calores ad agendum habiles efficiat, nec non ve-
luti dormientes excitet: ac sine quo partes non sint actu instrumen-
tum animæ. Differre caloris influentis putredinem, à putredine in-
siti, quia illic nullum eiusmodi putridum cadauer sensile (arrige au-
res Spudasto) relinquatur, cuinmodi relinquitur istic: idemq; risum
Aristoteli, qui in morbida putredine res ita corrupti dixit, ἐ^{κωρδίνοντες τὴς φύσεως.} Conuerram rudioribus nunc quidem scopis
angulum etiam hunc Augie stabuli. Dic primū Eraste, quo sensu
monstrabis, aut quo Syllogismo efficies (si quis paulò scilicet stupi-
dior Spudasto tuo, id à te requirat) in singulis animati corporis par-
tibus, fixum quendam & implantatum inesse calorem præter in-
fluentem? De sensu cedes, scio, cùm ne per effectionem quidem vl-
lam, vllus ibi se proprius calor prodat. De Ratione verò tandem
quid? Offeres atq; obijcies nobis, magnum illum sane bolum Mixtio-
nis deuorandum. At nos, non ipsi etiam Aristoteli, non eius fidicio-
ribus interpretibus, non Galeno, non Auicenne, nedum Spudasto
tuo, hac tenus bene esse cognitas, mixturas illas elementorum quatu-
or, ipsi verò Naturæ esse etiam iniuisas, sancta & non ambitiosa (qua-
vos alij Patriæ Patres, & Antiquitatis defensores atq; concilia-
tores, sem-

tores semper Augusti, vestra proponere atq; exponere consuevisti) conscientia, bonis firmisq; rationibus, que a Physiologiae principijs non abhorreant, & cum sensu congruant, suo loco (vt spero) demonstrabimus. Calor sanè tuus ille infixus, aut inest v. g. carni huic, vt mixto, aut vt animato: non hoc, quia pereunte influente, caro etiamnum caro esset. Nunc non est, nisi equiuocè, 2. de ort. animal. cap. 1. & 4. meteor. cap. vlt. ergo vt mixto tantum. Iam ad mixti generationem tūm concurrunt elementa, cūm paria sunt, & quodammodo aequata viribus 1. de ort. atq; interit. cap. vlt. & 2. eiusdem tract. cap. 7. auctus igitur continuò & roboratus influxu animalis, elementaris ille, mixturae analogiam, ipsumq; adeò mixtum momento perdet potius, quam vt continua suffectione conseruet. Moriendo igitur caro viuet, & viuendo morietur. Quæ obsecro Auerrhois hic, qualia Dynus, quanta Gentilis deliramenta locutus est? Ideo alij, non ab elementis quatuor, sed à primordijs ipsis nostræ generationis, calorem istum ducunt: Sanguine inquam & semine. Rem. quam in Commentarijs ad libros duos de hum. nat. Hippocratis fusius differuimus, hoc loco paucis attingemus. Diximus alibi formas omnes, tam nobiliores quam ignobiliores, nō educi, sed induci: neq; minorem esse Primi mouentis efficaciam, per animalem calorem in perfectis animalibus, quam in animalculis quibusdam, vt culicibus, scarabeis, apibus, vespis, erucis, vermiculis, lumbricis, ranis, muribus, anatibus pyraustis, per externi luminaris temporem procreandis: Animal promere ex se animalis seminarium, interuentu insiti foci: & terram item ex se actione facis externe: formare supremum numen illud, cuncta mouens ac mutans, ipsum tamen immobile atq; immutabile, in cuius potestate insunt omnia. Omnem porrò animæ virtutem, siue facultatem, alio corpore participare videri, quod magis diuinum est, quam quæ elementa appellantur, atq; prout nobilitatis gradibus animæ partes inter se differunt,

ita quo-

ita quoq; naturam corporis illius diuersam esse 2. de ort.animal.cap.
 3. qui spiritus appellatur, & fœcundus calor, cum ibi, tum lib.3.ca-
 x. Recte itaq; scriptum Solis calorem & animalium, non modo qui
 semine continetur, verum etiam, qui in excremente, quanquam id à
 natura differat, principium nihilominus etiam habere vitale 2. de
 ort.animal.cap.3. & spiritum hunc calidum, ac vegetabilem, nihilò
 plus præstare, quam vt sit instrumentum, quo natura, materiae semi-
 nalis partes discernat & concoquat 5. de ort.animal. cap. 7. & 2.
 eiusd. tract. cap.4. Oportuisse igitur calidum hunc spiritum, qui ani-
 mæ instrumentum est, rigere & conseruari perpetuò, tanquam ignem
 in Vesta sacrario, si animal esse superstes debuit. At in eodem nu-
 mero animali, perpetuò durare calorem eundem non potuisse, vt su-
 prà diximus. Ergo secretionem materiae seminalis, quæ vegetabilem
 illum ignem intra se conceperet, atq; in recens suppeditatam, quan-
 quam separata materiam, sese promouere, ac propagare posset,
 perpetuitatem illi Naturam procurasse: vt quasi in noua & sepa-
 rata materia, lumen de lumine accensum esse, ac fulgere reterem flam-
 mam in nouella face, id demum, quoad ipsum quidem animalis mu-
 nus, sit, animal generasse. Quod etiam significauit Aristoteles (etiam
 si alij locum illum accipient aliter) cum docuit, Generantis officium
 esse producere semen 2. de ort.animal.cap.1. Ut hinc vel maxime li-
 queat, vnius atq; eiusdem prorsus naturæ esse, calorem seu spiritum
 insitum, & influentem. Vterq; enim ex sanguine est, ex quo semen, ac
 primùm condita in utero pars existit. Iam vero perpetuus est, vt
 millies diximus, caloris effluxus: nam dum semper ultra grassando
 carpit, assimilat, procreat, quibusdam interea partibus intermori-
 tur, humore nimirum eorum (vt Theophrastus inquit) que primo
 deflagrarent, absumpso: at perpetuò tamen calent singulæ anima-
 lis partes. Igitur insitus calor nullus aliis præter influentem: (quod
 Gentili etiam placuisse videtur in Comm. ad libr. 1. fen. 1. doct. 1.

tract. I cap. 2. Aricen. sed insitus dicitur, quia ibi iam est, in carne dico carnificans, in osse ossificans &c. Influens autem, quia aliunde accessit, imò verò continenter accedit. Vnus hic satis, qui multiplici potestate sua (quod ex supra de Solis calore dicebamus) in varia materia effectiōibus variat. Cur itaq; duos constituas? Sane qui dixere hactenus, innatum atq; infixum cuiq; parti calorem in ipso primo ortu conceptum, numero eundem, ad interitum animalis r̄sq;, perseverare, iij naturam caloris nondum perfectè tenuerunt. Quod si etiam tot sint infixi calores, quot partes, quomodo ab influente, qui vnicus atque unius naturæ est, ex una officina nempe cordis, ex ijsdem, eiusdemq; materiæ portionibus existit, illos omnes augere, æquè potest: quid enim illud frouere, fuscitare, excitare, q̄d calorem fuerit aliud, quam accessione sui, vnum cum illo fieri, ut propterea reddatur vegetior? Totne ac tam varias, atq; inter se discrepantes formas, unius atq; unius temperamenti calor, eodem momento temporis induet? Quid si insitum, puta carni promoueat, inherentem osī retardabit: nam cum uni sit familiaris, alteri profecto alienus ut sit necesse est: vel idem fuerit osis & carnis insitum temperamentum. At hoc tu cum Galeno tuo negabis. Igitur nos cum veritate istas calorum ac spirituum multiplicationes, ultra Lappones, & supremum mundi verticem ablegabimus, ut ibi perpetuis viuibus, frigoribusque obrigescant: vnumque esse in animali calorem afferemus: & insitum quidem partibus esse hunc, qui iam influxit: influentem verò esse illum eundem, cum adhuc influeret: quo intercepto, ut in grauioribus animi deliquijs, aut extincto, nullus prorsus in partibus calor, vel sensu percipiatur, vel effectione recognoscatur. Cur igitur huius & illius non vnum atque idem sit priuilegium? Si suffocatione putreficit hic, putrefacet & ille: aut neuter: Utriusq; enim natura & conditio eadem. Neg cum putrefacere dicis tu humorē in

rem in Venis, per febres, aut effusum ex venarum osculis, sanguinem, in inanibus carniū spatiis, per inflammationes aut fæces in alio, aut superuacua vltimi alimenti, in cutis meatibus, è quibus lumbrici & pediculi procreantur, aliis caloris, quam animalis huius influentis viciositatem poteris vñquam aut vsquam indicare. Quod verò de putrido sensili cadauere, post suffocationem caloris infiti, relicto, subijcis, an non vere putidum commentum est, ad miseri illius Spudastuli tui phantasiam obumbrandam prolatum? Post magnas inflammations, restincto per suffocationem calore, qui in parte interrat, obsecctusq; adeo meatibus, vt nouis influere per eos nequeat, an non Gangrenosum ipsum, seu Sphacelosum, id est emortuum cadauerosumq; v. g. crus, relinquitur? Partium rituum est hoc, sensui eidens: Cur igitur non idem sit totius, cum suffocato, per grauius aliquod malum, vniuerso calore animalis, restinctisq; paulò post, eiusdem seminariis omnibus, integrum ipsum cadauer super est? Quo differt Sphacelo correpti crus à cadaueris crure? In vtrumq; caloris flos perijt: Vtrumq; liuet: vtrumq; tumet: in neutro pulsus, in neuro sensus. Aut cadauer, suo calore omni mox destitutum, minus sensile putridum dices, quam per febres putidas, (tuo enim nunc more loquor) sanguinem, qui vena secta, pelui exceptus, paulò post refrigescit, omnemq; prorsus calorem deponit? Putridus tamen erat intus tuus ille sanguis: ergo & extra quoq;: at extra tamen nihil prorsus cadauerosi, priusquam ambientis vimutetur, præ se ferre consuevit. Quid igitur Aristotelii risum dices? Dicam paucis: Aristotelis putrefactio simplex non fit per suffocationem: tua fit: atq; hæc in partibus animalis dicitur: ergo & in toto etiam. Appellauit, vt audiuisti etiam supra, senectutem putredinem quandam, 13. sect. probl. 7. & 38. sect. probl. 9. Senectus eidem & mors (etiam dico naturalis) suffocationes quedam sunt: conficias iam tu ex his duabus propositionibus conclusionem. Alii
 iii ij ter: Ari-

ter: Aristoteli corruptio per suffocationem in toto, sene^ctus ex mors dicitur, quia animalis interitus est: in humore putrefactio, quia Mixti: non enim est animalis pars humor: ideoque siderat^u crus dicimus, non putrefactu: Vt sit sideratio mors partis: Mors vero sideratio totius. Tantae molis erat Romana condere gentem. Nam Erasto argumentu hoc obscurissimam habuit explicationem: quod tamen grauiissima scilicet habita primu[m] deliberatione, multisque premisis argutiolis, idem sic edifferuit: Rem esse eandem, nominationem variam, id est (vt glossa mea interpretatur) qui scrupuluum illic mouet, vbinihil est addubitandum, is aut plane stupidus aut extremè ambitiosus est.

P A G. 103.

- ” Ratio puritatis ac tenuitatis, non probat
- ” eos nunquam putrescere, sed rarius hoc
- ” eis accidere.

Com. Probasti hactenus, spiritus putrescere: Sane putredinem que
 222. secundum partem est, & elementis etiam conuenit, spiritibus animalibus competere, nemo inficiabitur, vt propterea non fuerit opus, huc tot adducere ex Aristotele loca, quæ in promptu erat omnibus. Sed qui nondum certam Rustica istius putredinis rationem expondere potuisti nobis, qua conscientia persuadere voluisti deinde, spiritus ratione tenuitatis ac puritatis minus putrescere: nec non spirituum atque humorum pestem ex putredine spectari? Non minus reperitur sanguis purus (vt de hoc uno dicam) quam spiritus: imo ex illius puritate, existit huius puritas: ac tam purus sanguis, puritate sua, quam purus spiritus sua, putrefactioni resistet: Cur igitur puritatis ratione, rarius putrescere spiritum asseris, quam putrescat sanguis? Tenuitas vero illi nihil prodest: imo multum nocet: citius enim propter tenuitatem ac raritatem, alienam impuritatem intra se concipit: id quod expresse te docuit Galenus, lib. de inaq: intem-

per.

per. cap. 5. quo loco spiritum esse ad alterandum promptiorem asseruit, quia partibus constet, quam tenuissimis. Hoc prope rno vehiculo, & non alio externi contagij genus omne, in corpus sese inferre nostrum consuevit. Ut oppositum sententia tuae potius verum sit: Spiritus nempe propter tenuitatem, putredini magis esse obnoxios: putrescunt enim & sua, rna cum sanguine, è quo emanant: & aliena, ante sanguinem, quem deinde inficiunt, atq; inquinant ipsi. De cetero, vt accidat febrifugo, id est putri (sic enim tu interpretaris) spiritui vel humoris pestis: putredo tamen ad substantiam pestis nihil facit. Observatum aliquando riguisse pestim citra putredinem: idq; etiam in Vrinis animaduersum ab istis Vroscopis. Quid igitur haec ad illius substantiam? aut quomodo pestis causa, putredo statuatur, cum accidentis complexu, nulla demonstratio ne dum definitio conficiatur? Putredinis modus vtcunq; explicatur, euocatione ac dissipatione proprij & nativi caloris (qui omnia regit & continet) ab ambiente calore: cum quo naturalis humor, non iam alicunde coercitus, à sicco diuortium faciens, vndiq; sensim diffluere non destitut, donec mixtum in terram ac cinerem extabescat. Pestis vero quis modus? idem ne? Aut potius aliis, nempe tuae Putredinis? Sed hunc nondum expressisti: Et cur putrida febris omnis contagione non inficit, non furit, atq; imvolat in vulgus, non momento iugulat? quod enim definitionis causa inest, omni & semper inest. Observatum sèpè, pestiferum aërem grassari v. g. in pecudes, hominibus parcere: Puridum tamen, v. g. pomum, proxima queq; indiscriminatim inquinabit: & ea etiam, inter que non tanta naturæ affinitas, ac temperamenti analogia, quanta inter spiritus atq; humores diuersorum animalium intercedit. Ut tanto minus verum sit, quod in descriptione malignæ cuiusdam luis, vir, alias non indoctus, quidam, insulse tradidit, putredinem nempe inanimatis non accidere, neq; communicari specie dissimilibus. Vtrumq; falsum

falsum : sed illud maximè : cùm non aliis quàm mixtis , vt in anima sunt, putredo accidat. Poma item pyris & castanis, atq; hæc illis, & paleas omnibus, quemadmodum & omnia paleis corruptionem suam impartiunt. Sed ad rem : Colluuie putrida humorum scatentia corpora , minus inuidere consuevit pestis , quæ aliâs purioribus corporibus minimè parcit : Vbi tamen eadem putredinis, quæ pestis esset ratio, tuo quoq; iudicio (si recte de iis meministi, que superius locutus es) impuriora corpora, facilius maligna illa lue corriperentur. Sunt etiam qui putridas expirationes impunè baurire asueverint, vt qui cloacas purgant, & cadauera tractant, quos tamen & quæ ac Myropolas , & odorarios rapit , ac de medio tollit pestis. Quid ? quod olfactu putridorum , vt simi , quidam pestem arcere se posse credunt ? Euidens & vulgaris est putredinis origo: luis pestilentis aduentus prius opprimit, quàm sentiatur, quocunq; tempore, quacunq; aëris constitutione, quæ vel præcesserit, vel secutura sit, pertimescendus. Alia igitur Veneni illius, vt & aliorum Venenorū, quæ nemo tamen ad putredinem refert , alia putredinis essentia ratiō, & causa. Id quod etiam curandi lex monstrat.

P A G. 103.

„ Humida porrò fiunt , in superficie putrefacta corpora solidiora tantum.

Com. Sic Erasto putredinis non est unum ἔιδος : Duae namq; conditio-

223. nes illæ, in quibus potissimum putredo spectatur , Altera nimis-
rum, vt fracto debilitatoq; calore interno mixti ab externo, humor,
caloris vi ac dominio destitutus , euagetur ac diffluat : atq; altera .
vt dissipato humore , mixtum subinde siccias euadat , tandemq; in
cinerem extabescat : Vaporibus desunt, spiritibus, humoribus, Vri-
næ, lacti : cùm tamen horum causa potissimum controversia hæc de
putredine à Medicis agitur , atq; ipse Erasmus , non aliam esse A-
ristote-

ristotelem in cap. i libr. 4. meteor. verba omnia, quæ à paragrapho
 ὁν μὲν ἄλλα οὐδὲν γε λέγεται σύνθησις ad finem capitū, de tua
 id est Rustica, violenta, Medica denique putredine accipienda esse,
 inter quæ continentur etiam hæc: διὸ νοῦσοί πετοῦσι πάντα τὰ ἄλλα,
 πλὴν πυρῆς, νοῦσοὶ γῆς, νοῦσοὶ θεῶν, νοῦσοὶ ἀήρ σύνπεται Σ. c. quæ
 tu interpretans pagina 35. ter hæc profers, putredine violenta, non
 solum perfectè, sed etiam imperfectè mixta, ipsaq; adeò elementa
 corripi: Nunc tamen tui (vt soles) oblitus, imperfectis mixtis, duas
 istius tuæ vulgaris putredinis conditiones præcipuas, minimè com-
 petere confiteris. Nos autem per omnia hīc nobis constamus. Putre-
 do illa secundum partem appellata, nihil est aliud Aristoteli, quam
 remotio ac digressio quedam, à natura & constitutione propria:
 secundum quam etiam elementa, excepto igne, mixtaq; imperfecta
 corruptuntur, cum nullum horum sit, quod vel iusto plus, quo cunq;
 modo calefactum, vel refrigeratum, vel humectatum, vel exicca-
 tum à suo temperamento non degeneret. Hanc degenerationem, cor-
 ruptionem etiam appellat Galenus lib. 5. de facult. med. simpl. cap.
 15. quam Aristoteles sub putredinis vulgaris nomine proposuit qui-
 dem, sed non definiuit: quia nimirum & multiplex eius ratio sit, &
 ad alias particulares corruptionis, nempe ἀπίψια species, quas
 postea explanatur, suisq; proprijs nominibus appellaturus erat
 ipse referat eam. Ergo verba illa, quæ à paragrapho, σύνθησις
 φθορᾶ Σ. c. ad finem vsq; capitū scripta leguntur, quia tam bene co-
 hærent, imò verò eadem propè sint cum illis, quæ de simplici ac
 naturali putredine ab Aristotele dicta fuerant antea, de vna ipsa
 simplici dico ac naturali (quæcumq; alijs à vulgari illa maximè abhor-
 rentem, huc induxit, deinde verò indefinitam atq; indiscussam re-
 liquisse, res certè Aristoteleo ingenio, minus digna fuisset) omnino
 accipi debent: quemadmodum etiam tu volens nolens, veritatis ni-
 mirum vi impulsus & coactus Thesi 41. disertè confiteris.

„ Quæ huc vsq; de spirituum putredine difseruimus , non de puro spiritu , sed cum vaporibus misto te accipere velim.

- Com.** Spiritus particulari putredine corrupti, non minus atq; humores, res est , quæ apud nos vt plana & perspicua est, ita prolixius exponi non debuit: Sed ænigma tamen illud mihi explicari à te velim. Dicis putrefactare spiritus, sed non pueros. Latet inquam hic homonymia. Vel enim intelligis, non per se obnoxios esse putredinis spiritus, sed propter permixtionem vaporum atq; exhalationum, qua solent adulterari : vel pueros spiritus tum demum putrefactare, cum alienis istiusmodi fumis commiscentur. Hoc si intelligas, nugaris: cui enim dubium, hoc esse putrefactare secundum partem Aristotelis, cum res, quæcunq; illa sit, permixtione alienæ substantiæ, quo cunq; modo à natura sua recedit? Si illud, deciperis: Nam purus spiritus, nihil minus putrefactare hac putrefactionis specie potest, quam sanguis purus : vel tu tibi rursum contrarius es: id est pronuncies: Putrefactionem violentam ac particularem ad omnia mixta perfecta atq; imperfecta non pertinere. Spiritus cum impuri sunt, non integrum obtinent naturam spirituum: quomodo igitur si puri non fuerint, cum putrefactant, discedere à natura sua dicentur? Idem dico de aere: Attamen (inquis) aer purus & sincerus perseverans non putreficit. Et cui hoc fuit aut futurum inquam est dubium? Quis nescit, si spiritus & aer puri esse perseverant, eos putredine non contaminandos? est enim putredo rniuersim nihil aliud, quam degeneratio ac secessio quedam à puritate naturæ. Ideoq; Aristoteles omnia, omnia inquam, atq; etiam ipsa elementa, vel pura vel impura dicas, huic rationi putredinis esse obnoxia, pronunciauit: An nos te puduit

~~te puduit, etiam ab cedaris istas speculatiunculas ad Aristotelem illustrandum adhibere?~~

IBIDEM.

Dum hoc considero, ad combustionem
hunc spiritus interitum reuoco &c.

“
“

Iuno Lucina fer opem: h[ab]es itat interpretes hic Aristotelis ter maximus in grauiſſima & ter maxima controuersia: ac dubitans affirmare, spirituum suffocationem ad combustionem referri, non audit etiam aſſerere ad putrefactionem pertinere. Et cur? quia ſuffocati breuiore tempore conſumantur, quam putrefacere valent: & viciſſim, quia eorum ſuffocatione calor infixus putrefacat, quod combustionem preſe ferre non videatur. Quid igitur in tantis angustijs parturiunt? hoc: Fateri ſe inſcritam ſuam, & iudicandum id alijs relinquare. Accedat igitur huc ex infima Baccalaureorum claſſe, philoſophix Tyro: atq[ue] is cum homine, ut plurimum in nihil agendo vehementer occupato, agat hoc modo: Definitionem eſſe orationem, qua autem dicitur, quid fit cognoscitur: non itaq[ue] confici eam, niſi ex predicatis per ſe, que rnam menti eſſentiam intuendam exhibeant, ſecretam ab adiunctis accidentibus omniibus: ſiquidem per hec res non eſſe potius, quam eſſe dici: οὐδὲ μόνον ἔτερον δῆμον τῷ ἐριστῷ πλανητῶν τὸν πρῶτον γένος, νοῦν δὲ θιαφέζου: nam hec ſola, quid ſpecies fit, declarant: accidens verò neq[ue] genus, neq[ue] differen- tia, neq[ue] ſpecies, neq[ue] proprium eſt. Breuiori autem tempore aut longiore, per marcorem conſumi spiritus accidens eſſe, tam combustioni quam putrefactioni: nam pro ſubiecta materiæ conditione, citius tardiusne utramq[ue] agere: dictum hoc quidem à nobis antea ſatis, hoc tamen etiam loco propter morofitatem tuam repetendum. Nam Theophrastum cum ſuo Praeceptore, comburi quedam tardius, quedam citius, dixisse millies. Putrefacere quoq[ue] nonnulla ocyus

KKK ij

alia

Com.

225.

alia serius, ut ex fine cap. i. libr. 4. meteor. liquet. Nihil enim aliud
ter quaterue repetitum ἐπὶ illud, cui ταχὺ opponitur, significare:
multa etiam alia loca, posse ex utroq; Philosopho produci, quæ
idem doceant, ut lib. 3. de hist. anim. cap. 19. quò sanguis, & quæ
sanguinea sunt, facile putrere affirmatur, & sect. x. probl. 47.
sect. 13. probl. 1. sect. 14. probl. 9. lib. 5. de ort. anim. cap. 5. Theophras-
tus lib. 3 de plant. cap. 12. & lib. 5. cap. 8. nec non lib. 4. de cauf. plant.
cap. 17. in quibus locis, verba ista, tardius ac celerius de putrescen-
tibus enunciantur. In Galeno verò quot extant similia loca? Sane
centum, si recensere lubeat: ut mirari minus posthac, secundum tu-
am philosophiam debeas, spiritus, quorum substantia temui aure,
similis vsp adèò est, ut oculorum obtutum effugiat, longè celerius
quam rapam illam rustici tui putrescere. Hoc primum est pecca-
tum, quod tibi exprobrabit Tyro. Alterum: Si, cum suffocatus spi-
ritus, infixum calorem putrescere conspicaris, dic primum quibus
specillis: deinde cur, si putrescere spiritum infixum cernas, dubi-
tes, utrum putrefaciat. ac tertio, cur supra pagina 101. afferueris,
consumpto per marcorem influente spiritu, superstitem adhuc ma-
nere inherentem, qui subiectum suum imputre conseruet? & quar-
to, si spiritus influens non idem sit qui infixus, cur affectione rni-
us, alterius affectionem metiris? Deniq; leuem medicinam leuisi-
mo tuo morbo hanc proponet: Suffocato influente calore, viuens
omne μαρκόναι aut etiam σβέσαι, & morte corrumpi sect. 30. pro-
blem 1. eodem enim modo, vi & contra naturam, quo naturæ
ordine marcescere animalem calorem. Hanc propriè non dici pu-
tredinem, nisi & combustionem quoq; dicere putredinem velis.
Quid? quod ne hanc quidem dicere licet: siquidem in combustione
corroboratur vis ignis: in suffocatione elangescit. Neq; enim in-
quit Theophrastus, si suppetat alimentum, & iusta vis non adsit,
que agat, deflagrare quicquam potest. Suffocatio autem ē μαργούει

καὶ ἔργανται τὴν ἀσχήμην εἰς τὸν οὐρανόν ποτίου, καὶ
τὸν μάρανταν τὴν αἰσθησιν τῆς φύσεως τοῦτον τούτην τὴν

P A G. 105.

Vulgare dictum est putrida calidiora fie-
ri &c.

Hic etiam multa garris de iis que putrescunt, & calidiora tam
men fieri non videantur. Authoris nostri putredo simplex, non fit
aucta caliditate, nec propria nec aliena. Hic murus aheneus esto:
Rustica putredo fit proprij caloris decessione, alieni successione, id
quod Galenus tot locis docuit: & per hanc putredinem necessario
ac semper maiorem initio res concipit caliditatem: Hic tu calidio-
ra esse dum putrescunt, aut cum nuper putrefacta sunt omnia: sic
putrida calidiora fieri docuisse Aristotelem probl. 19. sect. 25. sed
tandem utroq; calore abeunte frigida euadere. Hic ego te non ase-
qui sensum problematis illius, atq; peruertere contextum eiusdem:
non enim θερμότερον ibi legi, ut tu putas, sed θερμότερον: id quod ha-
bere codices omnes græcos ac latinos, quos ego viderim. Nusquam
autem scripsit Aristoteles, omne quod putrescit, calidissimum redi-
di oportere: & pugnarent, hæc cum his, quæ subijciuntur. στιπέται
δὲ οὐδὲ μὲν θερμότερον αὐλαῖα τούτα. Sententia igitur illius loci eadem
est. quæ 4. meteor. cap. 1. fuit exposita: ea quæ calidissima sunt,
minus putrescere: at igne nihil calidius: Et problema quidem est:
Cur aqua & terra & aër putrescunt, ignis minimè? Solutio vero
hæc: An quia omne calidissimum putredini non est obnoxium? οὐδὲ
δὲ θερμότερον απαρτεῖται στιπέται γίνεται? Cui stipulatur id,
quod subijicitur οὐδὲ τούτα θερμότερον πρότερον: explicat enim aperti-
us, quod dixerat, Nullum θερμότερον, cuiusmodi est ignis putresce-
re. Indicit iam nobis Erastus vel unum in toto Aristotele locum, in
quo, alieno calore ardere, naturali vero languescere, id simpliciter

kkk ij refrigerari

“ Com-
“ zz6.

refrigerari dicatur: Deinde secundum rusticam istorum putredinem, quantum alieni caloris, rei accedit, tantum etiam proprij ac naturalis decedit: Et quatenus id sit, catenus hoc etiam fieri dicitur: siquidem cum alieno calore accedente, naturalis mixta calor unus factus, a Symmetria illa discedens, in qua constitutus dicebatur naturalis, decrescere dicitur: quo sensu Galenus lib. 2. de temper. scripsit: ea, que putrescant, proprio calore frigere ad scitio vero calida esse. At Author problematis illius sic loquitur, ἡ ὅτι τὸ χρῆμα δὲ τοι
 τέρπει. Cur τέρπει, si eodem momento frigeant proprio, calidiora vero reddantur alieno? Igitur verus illius loci sensus est hic: omnia que putrescant, frigidiora primum reddi, tamen alieno quam proprio calore: quod est Aristoteleæ putredinis propriū (quo respectu, similitudine duntaxat quadam, etiam mors & senectus, que refrigerationes ac defectus natuui animatorū caloris, nullo alio ad scitio in ipsis locū inuenientur, putredines quedam dicuntur sēcūt. 38. & 14. probl. 9.) longe autem calefcere semper: ideoque non putrescere. Sed aërem, aqua, terra, & incalescere subinde posse refrigescereque: ideoque etiam putredini esse obnoxia. Quæ sententia iam ad Rusticam illam putredinem referri debet. Ut omnino vel hinc appareat spudastum aliquem minus capacem Aristoteleæ opinionis, authorem egregij huius fuisse problematis: id quod liquido ex eo cognosci potest, quod in problemate aërem à putrefactionis noxa facit immunem: in solutione vero primum ab igne separat: deinde confortem eius facit: tandem eadem conditione, qua terra & aqua esse vult.

PAG. 106.

” Terrena vel aquæa vocamus corpora,
 ” que &c.

Com. Ad iste, accurrite huc, huc inquam aduolite iam vos Paracel-
 227. sici, vos factiosi, & criminis lese sacrosancte Antiquitatis, quot-

quot estis Reiomnes. Erastus paucissimis verbis, rationem integrā
 Mixturarum illarum, ex quatuor elementis sic explicat, ut omnem
 ex animo nobis reuelat scrupulum, & nullam posthac, vel missi-
 tandi quidem ansam relinquat: Auscultate. Mixta dicuntur, Ter-
 rea & aquæ, quia plus terræ & aquæ contingant, quam ignis &
 aëris: Sic ut horum qualitates ab illarum qualitatibus vincantur.
 Nam vincit quidem alias qualitates caliditate sua ignis, sed infinitis
 tamen victoriae gradibus. Ergo nihil obstat mistum esse frigidum
 & frigefacere, licet caliditas superet, ut elementa misceat: Amen.
Profligata iam questio Spudasti solertia: plana iam atq; expedita
 sunt omnia: date iam manus, aut procul hinc estote prophani. Vicit
 Aristoteles, triumphat Galenus, & cum vtroq; Spudastes iniui-
Etissimus Antiquarius, pius, felix, semper augustus. Nos au-
 tem per duelles quid? Stipitem esse, qui non intelligat, mera esse nu-
 gamenta iſthec omnia, & ne digna quidem que refutentur. Rem
 ita se habere, annotationes nostras ad lib. 1. Hippoc. de nat. hum.
 Deo volente, satis demonstruras. Nunc si Erastum denuò paucu-
 lis his virgeamus, videri atq; esse debere satis. Docuit Aristoteles,
concurrere elemēta ad mixti generationem, paria quodammodo vi-
 ribus: sic enim eorum utrumq; in id quod vincit, nempe medium
 non novò mutari, non autem unum in alterum verti. Iam si plus
 terræ & aquæ contingant mixta, sic ut horum qualitates vincant,
 ignem & aërem, quod ex Aristotele acceptum est, lib. 4. meteor.
 cap. 4. 8. & x. quomodo non sequetur terræ potius atq; aquæ ge-
 neratio, quam mixti? vertentur enim hæc in eorum naturam. Dicēt,
 sic vincere, non ut omnino superent, sed ut cū alijs duobus, vertantur
 in medium illud. Agere enim hec in illa, & vicissim pati: (pati
 autem nihil vsquam, quatenus dominatur) interea tamen præpol-
 lere in mixtura: id significasse Aristotelem, qui non dixerit aqua-
 xi omnino viribus, sed quodammodo: quanquam alijs quoq; extite-
 rint, quæ

rint, qui elementa ad mixtionem conuenire posse rentur, etiam si par-
res, ad pugnam, eiusque diurnitatem, vires adferant. Sed utrum
illud vel hoc etiam dicas, nihil nunc quidem nostra interest: Tecum
agam. Si inquam in omni mixtione superat caliditas, ut reliqua ele-
menta misceat, quomodo in eadem mixtione terre& & aquae qua-
litates superabunt? Vincere caliditatem ignis & aëris, ut misceat:
atque una vinci hanc à frigiditate terrea & aquae, una est ex rebus
illis, quæ humana capere mens, Natura verò pati nequit. Misceat qui
terminat: terminat qui vincit, 4. meteor. cap. 1. at per te qualita-
tes aquae ac terreae vincunt: hæ igitur terminabunt: sequetur igit-
ur ex ea mixtione corruptio, non generatio. 4. meteor. cap. 1. cum
præsertim ut tu vis, frigus efficiens causa sit corruptionis non gene-
rationis nisi per accidens, ex 4. meteor. cap. 5. vel non fiet homo-
geneum mixtum: frigus enim cogit & congerit, tam ea, quæ sunt
eiudem naturæ, quam que alienæ. 2. de ort. & inter. cap. 2. Sed
intremus magis. Sint caliditatis gradus, Vnum, Duo, Tria, Quatuor:
frigiditatis autem & humiditatis terreae & aquæ, Quinque, Sex,
Septem, Octo. Si duo v. g. tam potest, ut septem commisceat: ergo
tam multum poterit, ut sex in suam naturam conuertat: ac tam pa-
rum, ut octo ne commiscere quidem possit. At hoc falsum esse, tui
tibi ex experientia dicent. Multa enim perfectè mixta reperiri,
quæ minus habent aquæ ac terræ, quam septem, & calidiora tamen
sunt, quam Duo: vicissimque multa existere, quæ terræ & aquæ tâ-
tum obtinent, quantum octo, & minus etiam calida quam Duos sint.
Denique si in omni mixtione, terra & aqua dominantur, nullum mix-
tum terreum & aqueum futurum, quod in aqua non ascendet. Mo-
tus enim sequitur conditionem in mixtura superantis elementi, i. cæl.
cap. 2. His atque alis huiusmodi difficultatibus implicati dixeré alij
ex Olympiodoro in Comm. ad cap. 7. Mistæ reuera non constare ex
quatuor corporibus, sed tantum ex quatuor principiorum concur-
su es-

su esse constituta : constare namque sola terra & aqua : à calido autem & frigido mutari. Quod sic accepit Popularis noster, acutus sàne alioquin ac doctus vir : solam aquam & solam terram esse miforum materiam , nulla ignis & aëris portione cum eis concurren- te : quod Aristoteles allegatis locis voluerit : sed mixtionem tamen, ac perfectionem omnem à caliditate solis esse. In quo quidem uno quam recte sentiunt , tam perperam deinde opinantur , caliditate solis ex terræ & aquæ massa ignem fieri at que aërem : aliâs vero , cùm nempe massa illa non ex toto, sed ex parte mutata, in medium uox noivaper illud vertitur , existere misum : quod quia de utriusque extremi conditione participet (ut medius color album & nigrum refert) ex simplicibus omnibus & contrariis constare ab Aristotele dicatur. De quo dabitur alibi dicendi locus.

P A G. 108.

Sicut enim res diuersæ speciei diuersam
putredinem. &c.

Hoc attendi cupio, cùm alibi, tûm ista pagella, à nouo hoc & Com.
cœlitus demisso interprete Aristotelis, inculcatum : Rustice, id est 228.
Spudasticæ putredinis, nullum rnum ac certum iudice proponi, vel
definiri posse. Cetera quæ ex Hippocrate & Galeno adducit, ut mō-
stro si illius, putridique Prothei innumerabiles confirmet facies , tûm
perpendentur à nobis , cùm de humoribus , per febres incalcenti-
bus , non putrescentibus (putredine inquam Galenica , non solum
Aristotelea) disputationem aduersus eundem instituerimus.

P A G. 109.

Non enim in medio posita est solutio.

Pro auctariolo arcum hoc quoque reuelare nobis dignatur : Com.
Cuius (inquit) solutio non est in medio posita. At nos factiosi, iam 229.

vsq; adeo superbimus , vt ne dignemur quidem ista referre , que à tot alijs ac toties proposita & refutata sunt : tantum abest , vt solutionem habeant in obscuro positam . Esto tibi pro omnibus hic nūs . Merc . in dilucid . cap . de putred . sic loquitur :

” Ad argumentum de nucibus , castaneis , & alijs huiusmodi , quicquid alijs comminiscantur , nos respondemus : ” internas quidem in eiusmodi fructibus , partes esse pudidas , externas verò integras : illam tamen putrefactiōnem ab externa caliditate inductam esse : Sunt enim extimæ partes mixtorum istiusmodi non vniiformes , sed quædam rariores , alia densiores : ideoq; caliditas ambientis , rarioribus reseratis , internum nuclei calorem evocat , atq; cum eo humidum : vt tandem solus intus supersit puluis . Extimæ verò ipsæ partes , quia sunt compactiores , resistunt huic iniuriæ magis ; quæ tamen & ipsæ , temporis progressu , eodem modo putrescunt , atq; vertuntur in puluerem . Idem docuerat Buccaferra in suis confusis Commentar . ad cont . 14 . lib . 4 . meteor . Paparella verò lib . 3 . de cal . cap . xxii . ubi querit , quamobrem putredo frequentius ab intimis partibus oriatur , ad extimas progrediens , quam ab his ad illas , vt & hanc quoq; corruptionem ab ambiente aëre fieri monstrat . Respondet , naturalem propriumq; calorem , cuiusq; rei mixtae , intra viscera , intimasq; partes maximè vigere , ibidemq; aëris intus inclusi beneficio conferuari . Sæpe tamen fieri , vt propter loci angustias , aër ille , minus liberè extra ferri possit : detentus incalescat , & naturam adipiscatur , innato calori aduersariam , quæ corrumpat ipsum . Argenter . verò in Comm . suis ad art . part . id ipsum dixerat , quod tu , cùm quereret , cur quæ densa sunt , facilius quam rara putrescere nonnunquam confueuerint : dicit enim , densa scipis facilius pati , quia internos halitus effluere minus patiantur .

tur: proindeq; internam pomi, pyri, castaneæ partem, primo putrefascere, atq; hanc deinde alias inficere. Et quis demum ille est, qui de putrefactione locutus, eiusmodi corruptionis internæ interclusam transpirationem, non statuat Authorem? Hoc etiam animo cogitabant ij, qui poma vt seruarent, diuidebant ea osseum cultro, & semina eximebant, quod putarent his vitiari pulpam, Columel. lib. 12. cap. 45. Audet tamen hic noster friuolæ controuersiæ, solutionem friuolam in obscuro esse positam asseuerare. Quam etiam falsum illud, putredinem istam semper à centro initium capere? Videre est noninunquam, poma ipsa, cute corruptione maculata, illæsa pulpa: alias pulpæ parte, imò verò etiam, tota ferè pulpa corrupta, centro integro: Tam sunt hæc reuera in medio posita, vt illa nemo, cui phantasia illæsa sit, reuocare in dubium soleat.

P A G. III. II2.

Retro diximus, putredinis modos, seu species plures existere, & gradibus modisq; disiungi &c.

Tam retro dixisti, quam ante: *Nusquam enim, vel modum quidem viuum, exprimere istius putredinis tuæ potuisti. Vbi igitur istæ species? Vbi isti gradus? Vbi modi? Vbi accidentia?* Si pestis est modus, atq; accidens putredinis, quis ille? Accidere (dico) putredini pestiferam qualitatem, quomodo audes affirmare, qui naturam putredinis nondum declarasti? Qui modos illius plures exte audimus esse: si nullum deinde tamen indices, aut exponas nobis, cur non merito indignemur? Quid enim aliud Galenus tuus potuit, vel tu cum illo hactenus potuisti amplius dicere, quam putrefactionem esse mutationem, ad corruptionem totius substantiæ putrescentis ab externa caliditate? an non exurens caliditas violen-

“ “ “

Com.

229.

ta & externa? an non exuri est mutari? an non exustio est substantie totius corruptio? an non exustum in cineres ac terram veritatur? Sit putrefactio ista tua violenta: sit particularis: accidat ante finem: Sit mifionis huius vel illius tantum corruptio, & non mifionis simpliciter: habeat tot differentias ac modos, quot sunt rerum putrescentium naturae: dicatur propriè putredo (his titulis exornasti eam pagina 27.) quo tandem modo illa fit? cuiusmodi illius progressus? qualis Typus? Author noster suam proposuit, suam definiuit, suam explicauit, ut sit dissolutio humidi à seco, que cuiusq; mifti materia est, propter defectum caloris infi, euocati ab exterro, qui est in nigro orbe: Cur igitur vos scilicet patrie patres, eius nomine incerta pro certis, ficta pro veris, ignota pro cognitis, id est tenebras pro luce proponitis, ac venditatis nobis? Quale vero exemplum tuum? an non, quod naufcam eruditivo viro risum vero etiam Heraclito mouere posset? Sit etiam densissimo, ne dum denso, crassissimoq; vasi inclusum calidum venenum: cuicunq; corpori contiguo communicabitur calor ille, eidem necessario communicabitur veneni seminarium: est enim calor ab illa, & ex illa materia, quaen venenata est: non potest igitur illius non referre, ac secum adferre, malignitatem. Atq; eiusmodi tamen exemplis, tua te declarare solere ahs. Nos hoc uno, vanitatem tuam detegemus. Arrhenicum, vel perniciosius aliud, seu natura factum, seu arte paratum venenum, densissimo vitro vase, angustissimi oris, atq; adeo diligenter obstructi, ut per vitri substantiam potius quam inde aliquid expiraturum verearis, inclusum manibus fortasse impune tractabis, aut gestabis etiam: in os autem si accipias (quod nolim tamen, qui vitam tibi & felicem & diuturnam ex animo precor) inq; eo postquam incaluerit aliquandiu contineas, tum demum senties, quam sis vel philosophando acutus, vel experiendo felix. Postremo, si calor ille, non adferet venenum, nego putrefactio-

factionem quoq; inuicet: est enim illus, id est venenata putrefactionis soboles ab illa, & ex illa: non igitur citra illam, velit nolit Spudastes tuus.

Atq; his tantisper fruere amice Lector, dum alteram partem Commentariorum nostrorum, in librum sec. de Nat. hom. expoliimus (priori enim iam extrema manus est imposta) in qua monstramus, viuis nobis, humores computrescere minimè posse: Febrem nullam esse à Putredine humorum: Putrescendo humorum fieri calidiorem, nullum vñquam bonum Physiologum affirmaturum: Pus coctione generari, & quomodo tamen idem ab Aristotele Putredinis soboles alicubi statuatur, ab Erasto non intellectum: Excrementorum animalis fætorem, non esse à Putredine: Febrem omnem ad accensum biliosum recrementum(nullam enim bilem nos, quæ tota sua natura non sit excrementum agnoscimus: & quatuor illos Ecstaticos humores diu est, quod à nostra Schola explosimus) tanquam ad causam aptissimè referri: Deniq; verò, questionum harum nullam ex eo esse genere, quod Galenus appellat Logicū:

Et omnia propè que Erastus Spudasto suo hīc quoq; persuā-

sit, nihil esse aliud, quam importunos P R O L O G O S,

Exodosq; & Ep̄iodia Dialogica, exucca atq;
ieiuna, ad fastidium tamen vsq;, con-
tra quam Philosophum de-
ceat, verboſissimè
proposita.

Mutatio mixti

vel

*ad procreationem nobilio-
ris substantiae instituta.*

*Secundum totum. Que est
Aristotelii Generatio sim-
plex Naturalis: & coctio
Simplex. Quid porrò hac
ab illa differat, expofitum
in commentariis.*

*ad interi-
tum,*

*Secundum to-
tum, in quo ac-
cidat nobilio-
rem produci-
substanti-
am.*

Naturalis.

*Putrefactio
sapienti: atq;
Aristotelii li.
4. meteor.
cap. I.*

Violenta.

*Excessus in Affatione relefli
xatione. Ab Aristotele Ex-
ylio dicta, lib. 4. meteor. cap.
I. & cap. 3. alias ab eodem
cum Rusticis rerum naturas
minime discentibus, Pu-
trefactio.*

ANTIΛΟΓΙΚΑΙ THESES

SINGVLAE DICO SINGVLIS ERA-
sti Thesibus contrapositæ , quibus ἐξηγήτικαι
sunt annexæ : vt ex illis Eraſti ſomnia, ex his
ſenſum ac veritatē Aristoteleæ definitio-
nis , alicubi etiam paulò clarius , ex vtrisq;
ſimul , totius controuerſiæ ſummam,
cognoscere poſſit & quus & can-
didus Lector.

I.

Aristotelem libri quarti appellati Metheororū fuſſe Authore ,
non poſt certa vlla ratione demonstrari. Is tamen quicunq; demum
fuerit (nos etiam poſthac Aristotelem dicemus) putrefactionem
ſimplicem ac naturalem. Generationi ſimplici , ac naturali oppoſitā
cap. i. deſinit, vt ſit diſſolutio materie miſti, que in humido & ſic
co poſita eſt, propter ~~φύσιν της ζεινός ιγέων δικειάς αεριοῦ ήτος~~
que ab ambienti calore inducitur.

II.

Hanc definitionem paucissimi eruditii, tam Medici , quam Phi-
losophi recte perceperunt : etiamſi in ea reperiantur omnia, que in
legitimia definitione inesse debent. Nominis (dico) cognita paucis no-
tio, quam tamen ante omnem quaſtionem , nobis eſſe notam oportet .

(7. metaphys. 59.) Subiectum proprium : Efficiens cauſa. Et λόγος anīmī conceptus
quidem ~~μηματών~~ adumbratus hiſ verbiſ: γενέσις δὲ τὸ θερμόν, ~~λίθος~~ ~~τὸ~~ ~~λίθος~~, ~~τὸ~~ ~~λίθος~~
μερὶς ἀπεριτια: τὸ δὲ τὸ λίθον γενέσια ἐναντίον σῆμα: ~~τὸ~~ illis διὸ οὐ γένεται
πρώτος, ~~τὸ~~ ~~λίθος~~ τέλος γίγνεται τὸ σηπόμενα: ἐκ τότεων γάρ
γένετο

Vid. Rab.
in l. de Min.
Cap. IX.

Ἐγένετο νοὴ ὡρίσκη τῷ ὑγρῷ τὸ ἔχριμ, ἐργάζομένων τῶν ποιῶντων.
Subiectum vero tum expressit Aristoteles, cum de simplici genera-
ratione loquens, cui putrefactionem simplicem contrapositus
erat, hæc protulit: οὐδὲ ἀπλὴ γένεσις, μεταβολὴ ὑπὸ ποι-
τῶν δύναμεων, ὅταρ ἐχως λόγος ἐκ τῆς ὑποκαμένης ὕλης:
ἀυτὸν δὲ εἰσὶ μὲν αἱ δύναμεις παθητικοῦ. Et paulo post: ἐκ τότων
χαρὰ ἐγένετο νοὴ ὡρίσκη τῷ ὑγρῷ τὸ ἔχριμ σ. c. Causam porrò effi-
cientem ex interna externaque coalescentem ibi ὑπὸ ἀλογίαι τι-
μότηος: ἀυτὴν δὲ καὶ τὸ περιέχοντος: οὐ non multò post, ὡς
ἄμφω ἐν ταῖς ξιν., νοὴ κονόη τὸ πάθος οὐ σήμερον τούτην τη-
(quam dixerat ante ἐνθαρ ἐκείνης θερμὸς) δικείας, καὶ ἀριστηο-
τικής αἱλογίαις. Quibus deinde modus adnectitur, quo putrefactio fit,
ταῦτα μὲν affecti, verbi nimirum illis, εξιόντος χαρᾶ τοιούτης θερμοῦ σ. c.
caecis et frigidi sed calidioribus, ταῦτα carnosiora III.
in qd. affecti, ταῦτα εἰπον τοιούτα τοιούτης θερμοῦ σ. c. Affectio: carnosus & qd. pro-
mutat ab animo.

Hanc verba terminum
 habent ceteri: non
 enim significantur
 affecti, quibus organa in s. de animis supra Arist. dicitur: Affectio: carnosus & qd. pro-
 mutat ab animo.

Galeni vero Putredo quid sit, exprimere nemo potuit hactenus.
 Nam eam ille rniuersim definit, ut sit mutatio substantiae totius cor-
poris putrescentis, ad interitum ab aliena caliditate. Quæ verba,
quid obsecro sonant amplius, quam putredinem esse corruptionem
rei ab aliena caliditate? Hoc vero nescire, non autem scire. Aristoteli est. Cur inquam rna modum non indicauit, ac typum Galenus,
quo mutatio illa substantiae totius ab aliena caliditate progreditur?
Præterquam quod futili ἀπολεξίᾳ seipsum inuoluit, cum mutatio-
nem totius substantiae primum dicat, & mox addat, ἐπὶ φαρεψα-
nec non quid putredo sit explicaturus, putredinis tamen voculam in
eius explicatione rsuperpet. Verba illius hæc sunt: οὐδὲ οὐδὲ μεταβο-
λη τῆς συκομένης οὐσίας: item οὐδὲ μεταβολὴ τῆς ὄλης οὐσίας εἴτε
φθορά. Hanc Læsionem ergo exagitat Galen. IV. c. 2.

Vt mirari satis nequeam, Erastum affirmare ausum, Galenicam
 putredi-

putredinem ab Aristotelea non differre: nisi quod illa de mutatione
que etiamnum fit, Nec vero de facta iam sit accipienda. Quam
vere Neniam puerorum (ut apud Horatium est) ne scio quis in di-
spiratione hac non decies decantari: Praterquam quod ne syllabam
quidem ostendere vnam possunt, quo Aristoteleam putredi-
uem de facta potius, quam de illa, que etiamnum fit, accipi oportet,
re, doceamus.

Nec hoc facienda. Vnde
potius quod sit mixta alijs Putredine: diuinitus opponit.

V.

Ceterum ut natura Putredinis Aristoteleæ lib. (inquam) 4 me-
 teor. cap. I. definitæ, de qua una, doctissimi etiam quib[us] interpres
 Aristotelis, in contentionem venerunt, rectius, minutiusq[ue] cognosca-
 tur, non modi quibus cuiusq[ue] animalis calor, & qui externi ignis ^{Rati.}
 corruptioni respondent, ex lib. de resp. de long. vita &c. explican-
 di sunt (siquidem Aristoteles de generatione atq[ue] interitu, non ani-
 matorum, sed mistorum ut mista sunt, allegato loco 4. meteor. agit)
 sed videendum potius, quid sit Generatio simplex, cui putrefactio
 simplex opponitur, ut eo nimis pacto, natura vnius contraria
 bene cognita, facilis in alterius cognitionem deueniamus. Verum
 tamen quoniam hoc à Rhemigio, Erazto, & alijs, nec sensum, nec
 veritatem Aristoteleæ definitionis asequentibus, frustra & præter
 omnem prorsus necessitatem est factum, ideo primum de illo, rei
 natura ducti, mox de h[oc] altero istorum phantasiam secuti, pro-
 ponemus aliquid.

V.

Est generatio simplex & Naturalis, nihil hoc
 quidem loco aliud, quam vno ac determinatio,
 quam calidum & frigidum, cum certa quadam
 ratione, superant, in materia, nempe humido &
 sicco; adferunt.

VI.

Iam, quemadmodum tum demum oriri mistum
 Choc inquam & illud, ac tale vel tale mistum, non
 autem simpliciter mistum, ut isti blaterant, si quin
 dem simpliciter mistum, nusquam est, & nunquā
 oritur) simpliciter atq; in totum dicitur, cum hu-
 mido siccum, certo quodam modo rnitum, & quali-
 tatum efficientium vi, atq; opera definitum est: Ita
 viciſſim simpliciter, atq; in totum dicetur interitus,
 cū victus & superatis efficientibus eadē mistima-
 teria dissoluitur, humidumq; à siccō diuertiū facit.

VII.

Fatua.
 Atq; hic simplex interitus, Putredo simplex
 est: Nam alioquin Generationi secundum partem,
qua est accidentium, & per quam non speciem no-
 uam acquirere, sed nouis duntaxat qualitatibus
perfici atq; exornari mista res dicitur, interitus
 ille opponitur, qui putredo secundum partem appellatur:
 & qua nihil est aliud, quam degeneratio
 duntaxat quedam à natura & conditione illa per-
 fectionis manente tamen semper specie, ac substā-
 tia rei eadem.

VIII.

Porro de his, que mutationes κατὰ μέρη dicū-
 tur, & non Misti auersiones à tota specie in ali-
 am speciem, sed mutationes duntaxat accidentium
 quedam sunt, cap. 2. & 3. in quibus περὶ τῆς πε-
 ρισμοῦ κοινῆς & περικλινῆς disputatur: de illis verò aliis
 Simplicibus & secundum totum mutationibus
 (solum

(solum dico) cap. hoc priore Aristoteles egit. Verba eius, in quibus duplicem istum ortum, duplēq; proponit interitum, quorum unum simplicem, alterum vero secundum partem nominat, planissima sunt. Etenim cum de Generazione simplici, per quam mixta res, ut mixta, (hac dico illa, ac talis talis) primum existit, ea pronunciasset, γεννώσι δὲ τὸ θερμόν, καὶ τυχούν πράσινα τῆς ὑλῆς, statim subiungit, δια τὸ μὲν κρατήσῃ, κατὰ μέρος μὲν ἀπεφία, τῇ δὲ (obseruan-
dæ particulae istæ sunt, δὲ μὲν) ἀπλῆ γενέσει ἐναντίου μάλιστα σῆψις. Paulò vero post de illo interitu loquens, quem secundū partem et ἀπεφίαν quandam dixerat, hac subiicit: οὐ μὴ ἄλλα ιδιωτε γε λέγεται σῆψις, επὶ τῷ κατὰ μέρος φεγγούειων, δια τὸ χωρισθῆ τοῦ φύσεων. Quod cer-
te nihil est aliud, quam dicere: Duplicem esse ge-
nerationem, simplicem unam, per quam primum
existit tale ac tale mixtum, ut mixtum est: Et se-
cundum partem alteram, per quam idem non
quidem primum existit, sed iam consistens, quali-
tatum tamen conditione aliqua perficitur: Qua-
rum utriq; suus contraponatur interitus: Et alter
quidem simplex, quo ex toto mixta res esse desi-
nit, Putrefactio dicta: alter vero secundum par-
tem, quo, eadem manente specie, accidentium dun-
taxat mutatio fit, nempe ἀπεφία et αὐλυνσις:
cui tamen Putredinis etiam vocamen, significatio-
ne, à priore illa (simplici dico putredine) tam ab-
horrente, quam Generatio secundum totum, à

Generatione secundum partem aliena est, vulgo tribui consueuerit.

VI.

Animalem porr̄ calorem, qui eiusdem nature ac speciei, cuius externus hic nostr̄ ignis est, dupliciter perire scribit Aristoteles,
σθέσαι καὶ μαράνει. Nam tertium modum ἐνδεικνύει nempe θρόφης in
Ratissimi. τὸ στοιχεῖον τὴν μαράνειαν comprehendi, imò vero μά-
τα τοῦ στοιχείου propriè nihil esse aliud, quam hanc, atq; etiam accidere non-
in est. De hinc. sc̄oτιον τὸ στοιχεῖον nunquam, ut τὸ στοιχεῖον ἐνδεικνύει θρόφης, inducatur, idem docet.

VII.

Ignis itaq; occidit, vel σθέσαι, quæ latine extinctio, vel μαράνει,
que proprie dicitur arefactio. Ex arescit autem à seipso duntaxat:
Extinguitur autem à contrario. A contrario dico, non à contrario,
etiam si Aristoteles, exempli loco, de solo frigore, in tota illa dis-
putatione meminisse voluerit, quia nimis eo rno tum sat habue-
rit. Nam contraria sunt, quæcumq; ignis naturæ aduersantur: Hec
verò non nisi insipiens aliquis, aut Furnius, aut Spudastes ad rnum
frigus referre ausit. Est natura ignis, perpetuum quoddam efflu-
uum, aliud videlicet semper, atq; aliud ex noua materia, lib. de lu-
cent. cap. 3. Quicquid igitur materiam, ex qua regeneretur, sub-
trahit illi: quicquid item eundem in suo principio, nimium compri-
mit, ne liberè expirare, atq; effluere possit, vel contra expirantē
atq; effluentem nimium distrahit, atq; à suo principio diuelliit, id o-
mne perimere ignem potest. Primam cladem ab igne, id est à sei-
psō accipit, alteram à frigore, ab humidol, à corpore densiore cir-
cumposito &c. vel etiam à seipso: ut cū lucerne flammam, in
medio sole atq; omniq; exiguum ignem propè maiorem positum, re-
stingui videmus. Quanquam fieri etiam dicatur, ut vel à contrario
quocumq; coarctatus, ac proinde roboratus ignis, pabulum suum ci-
tius con-

*Platoni en
merantur*

tius consumat, quam aliâs consumpsit, lib. de luent. cap. 3. vel
externo igne, id est ignis ab igne (quod Aristoteli est ἐφ ἐπιτάξις)
auctus idem conficiat oxyus, lib. de long. & breu. vita cap. 1. Quæ
sola causa est, ut & Bœtius er uocâvse vocula, sèpè cùm ab Aristotele,
tum verò ab eius discipulo Theophrasto confundantur. Sūma est: uocâvsi propriè humidi assumptionem significare, quam
ideò Aristoteles exustionem quandam, allegatis locu dixit: & Bœtius
autem extinctionem, ab omni co, quod ignis ipsius naturæ aduersetur.
Iam, vt ea, quæ ignis naturæ aduersantur, quoad simul etiam
humidi, id est receptaculi illius penuriam inuochere existimantur,
ad uocâvson: ita quæ aliâs non aduersaria, sed δυογενῆ sunt (vt
Theophrastus loquitur) quatenus distractionem quoq; ac dissipationem ignis adferre creduntur, ad & Bœtius reuocari consueuerunt.

VIII.

Verba, quibus Aristoteles hunc duplēm ignis interitum proposuit lib. 3. de cæl. lib. de long. & breuit. vita. lib. de respir. sect.
3. problem: tam sunt expressa, ac tam planum habent sensum, vt
qui ea velit interpretari, is putet soli etiam adferre se lucem posse.
Et nihil tamen minus, in re planissima errauit Eraſtus, qui parti-
culam illam ἡπὸ τῶν ἐναντίων, ad rūnum frigus restrinxit: qui ἐνα-
ntiō vocula significationem, in hac disputatione perperam accepit:
qui citra rūnum discrimen, ignem parum, cùm à vehementiore cor-
rumptur uocâvso pronunciavit.

IX.

Quæ de igne hoc externo, eadem prorsus de congenito atq; in-
terno animalis (animalis inquam, non autem rei cuiusq;) intelligi
Aristoteles voluit. Ut nimurum & hic duobus predictis intereat
modis. Ac extinctione quidem, quando à contrariis, vt à frigore:
Arefactione verò quando à seipso, id est (vt Theophrastus inter-

pretatur) à cognati disperditur causis. Nisi tamen quandoq; accidat (quod antea dixi) ut Arefactio à contrariis quoq;, & vicissim Extinctio à cognatis adferatur.

X.

Volumen.
Extinctionem porrò vi, Arefactionem verò naturaliter accide-
re, docuit Aristoteles : quia illa contra naturam, hęc secundum na-
turam ignis fiat : id est, quia per illam, ignis naturę vis aliqua, per
hanc verò inferatur nulla : Siquidem extinctio, aut nimum dissi-
pando, atq; à principio suo diuellendo effluvium, aut contra in princi-
pio ipso eundem nimum comprimento, perdit ac strangulat igne.
At arefactio, citra omnem huiusmodi vim intelligitur, cùm ipse-
met naturaliter se habens, & nulla etiam vi stimulatus, suum sibi
humidum perpetuo subtrahat alimentum. Fit igitur Arefactio à
calore : aliás quidem ipso per se : nonnunquam verò, aut aliis calo-
ris accessione, aut quacunq; alia causa intensiore facto. Et ibi qui-
dem nulla vis : hic subesse intelligitur aliqua : quia sit præter natu-
ram suam (omnia enim hęc ad certam & propriam cuiusq; ani-
malis congeniti caloris mensuram & conditionem referenda sunt)
aductus, quo fiat, ut citius, quam aliás per se fecisset, suum rece-
ptaculum, sc̄q; ipsum vnam sibi auferat. Extinguitur autem compre-
sione quidem à frigore, ab humore, à quocunq; alio densiore corpo-
re circumposito, siue aér id, siue solidius aliquid sit : qui modi om-
nes ad vnam suffocationem reuocantur : Distractione verò seu dis-
sipatione, à maiore igne, à nimio motu, ut per flatus, l cui respondet
in animali vehementior exercitatio, & per gaudium atq; alias eius-
modi affectiones, quarum causa, subito exanimatos fuisse multos
constat, à nimia euacuatione &c. Nisi tamen (quod sepe iam mo-
nui) postremos hosce modos, quatenus id etiam dissipant, vnde se
reficit, & in quo solum viget calor, ad uacuorū, id est Exicca-
tionem referre placeat. Luxta quam rationem differentiæ specierum
obitum.
interitus

interitus ignis accipiende sunt: Non autem quod Erastus ἀτέχνως,
 & insipienter fecit, iuxta modos, quibus calor, vel à contrario fri-
 gefieri, vel à calore exarescere potest. Primum enim, utrum frigus
 calorem interimat, frigefaciendo eum (ut vulgo intelligitur) incer-
 tum est: Deinde vero plures præter frigus, & ad frigus tamen ne-
 quaquam referendas adesse causas, certissimum est, que oīcōi in-
 dicuntur: Præterea nego calorem arefactionis tantum: (Tabem di-
 cit Erastus) neq; frigus Extinctionis duntaxat Authorem debere
 constitui, diximus: Postremo etiam se plura sint frigida, que calo-
 rem restinguant, nihil tamen minus rnam, illa omnia, differentiam
 constituunt: quia non quatenus hæc vel illa, sed quatenus frigida
 duntaxat, exitium afferant ei. Aut hoc rerum, aut certe innume-
 rables huc isti nobis recenseant differentias necesse est.

XI.

Qui itaq; dicit, animalis calorem extingui à frigido cibo, &
 potu, ab aqua frigida, ab aëre frigido, à pharmaci frigidis, & di-
 visione subiectis: præterquam quod, ut dixi, ludere cum suis Furnis,
 ac Spudastis videntur, errant in eo quoq; quod non vident, subiecti
 divisionem, que per ampla & profunda vulnera, nec non discer-
 ptiones animati corporis fit, ad aërem frigidum, insito calori intus
 confertim occursanè, eundemq; veluti strangulantem ab Aristotele
 referri. Porro strangulationem animalis, & sanguinis profusi-
 onem, aut aliam quamvis immodicam evacuationem inter causas re-
 censere, que vi frigoris calorem extinguunt, est hominis stupidi
 prorsus, & ipsa etiam philosophie Tyrcinia prima minus intelli-
 gentis. Sane quicquid calorem extinguuit, id frigefacere dicitur:
 (hoc vel Aſini etiam intelligit: cum vt Aristoteles inquit, ἡ ἐνθα
 της θερμότητος τυρπότητε sit) Omne tamen, quod calorem extin-
 guit, frigoris vi extinguere, ne vel diabolarius etiam Baccalaureus
 affirmabit.

affirmabit. Exarescere autem ignem naturaliter, cùm pro materie copia, quam corripuit, seipsum citravllam sui mutationem, sensim vltro perimit: Violenter autem, cùm maior, quamcumq; ob causam seipso factus, eandem materiam iusto celerius depeccitur, sibiq; propterea, immaturam adfert mortem, per omnia verum est: sed illud tamen non omnino verum, strangulatione alimentum ignis consumi. Et suffocari, ab eo quod est deficere, humili defecitu, tam differt quam cœlum à terra: Cur igitur à novo isto, id est Spudastico Aristotelis interprete, duo hæc, quasi idem sint confunduntur? Postremo iugulatio & obstructio, sunt suffocationes quedam, ac suffocando perimunt ignem, cur itaq; Patriæ hic Pater (sed non nosster) suffocationem ab aliis duabus seiuinxit, ac seorsim enumeravit?

XII. XIII.

Cur autem visio omnis violenta, cur item uæcavsc quædam naturalis, quædam violenta dicatur, indicatum supra. Ad ciuis rei tamen declarationem, parum aut nihil prorsus illud facit, quod ab Aristotele pronunciatum est, Caloris viuentium interitum, quia ille nimirum sit, cuius interiectu Anima vnitur corpori (qua Vnione lib. de respire. cap. 7. definitur animalis generatio & vita) dici morte.

VIX.

Hoc enim posito non statim necessariò sequitur, uæcavsc esse aliquam naturalem, & aliquam violentam: sed illud duntaxat necessariò: restincto calore viuentis, siue à contrariis, siue à cognatis causis, mori animal, de quo nulla fuit constituenda Thesis, quia lib. 1. Top. cap 8. scriptum sit: Solos Furnios & Spudastos pro Quæstione ponere id, quod omnibus, aut quamplurimi, perspicuum cum sit, nullam prorsus dubitationem habet.

XV.

De cetero clare quidem Aristoteles allegato proximè loco docet, Calorem animalem violenter etiam per μάχαριν posse corrumphi : simulq; etiam differentiam , inter μάχαριν naturalem ac violentam indicat, sed differentia tamen hæc, illa non est, quam isti somniant : cum Aristoteles nusquam docuerit, naturale sénium, citra omnem prorsus violentiam (si violentia inquam dicatur, absumi citius humidum, quam aliás ab ipso calore naturali per se absumetur) accidere. Quid enim sibi verba illa volunt, Naturalem sene-
ctutem esse caloris, qui in corde est μάχαρι, quia is refrigerari ne-
queat ? Cur enim nequeat ? Quia (inquit) temporis diurnitate
sensim exarescens pulmo, moueri amplius, id est, dilatari & con-
trahi nequit : quo fit, ut ventilationis defectu adactus, à se ipso
consumatur calor. Ex quo sequitur, inter naturale ac violentum se-
nium, nullam prorsus aliam apud Philosophum intercedere diffe-
rentiam, quam quod illud morbi alicuius interuentu, ante legitimum
tempus : hoc vero ipsius nature animalis quotidiana opera, iusto
perfectoq; spacio vita ac durationis eius, arefacto, atq; indurato
pulmone inuehatur.

XVI.

Calor itaq; animalis, non prorsus, quemadmodum externus ignis naturaliter occidit: sed naturaliter interire dicitur, quia nihil ei ac-
cidat, preter id, quid nature animalis nativa conditio fert.

XVII.

Manifestum porrò hinc est, putredinem, que passio misti, vt
mistum dicitur, cum ab externo calore distrahente internum fiat,
ad & Bérion reuocari commodius, quam ad μάχαριν posse : quia in
misto calorem fingere, qui vel per se iusto tempore, vel auctus, suū
citius de pascatur humidum, est hominis delirantis prorsus : & ea
que de externo igni per se, atq; animatorum calore dicta sunt, ad

n n n

mixto-

Raciss.

mixtorum crasis accommodare, contra omnem rationem, & preter Aristotelis consensum, id est, temere volentis.

XVIII.

At cum calor (inquiet rudit aliqui, & imperitus Furnius) ab immido calore celerrimè disperditur, quo pacto ad μάραντην referatur? num seipsum perimere dicitur, quod à potentiore alio perimitur? aut quo modo etiam ad σθέσις, cùm non sit à contrario?

XIX.

Facile est, ad subtilem hanc, atq; arduam, id est spudasticam dubitationem respondere. Aristotelem vocula illa & φ. Εαυτοῦ, non idem numero (ut loquuntur) sed specie intelligere. Quod Theophrastus testatur, qui præceptorem imitatus, idem, in eadem disputatione verbum usurpauit, quod deinde sic interpretatur, quasi nihil plus, quam & φ. θυγέτεως sonet. Exin ab eodem Philosopho ad μάραντην quidem reuocari modum istum, sed tum præsertim, cùm absumentem inducit humidi (hoc enim vere est μάραντης), id est exiccati: atq; ab hoc effecto potissimum μάραντη dicta, non ab eo, quod calor à se ipse enecetur) alias ad σθέσις referri consueisse, cùm (inquam) dispergere, ac distrahere minoris ignis effluvium maior intelligitur: quod imbecilli ellychnij flammæ, in feruentissimo Solis efflu accidit. Ut insulsa, insipidaq; prorsus philosophia Erasti sit, qui asserit, non sic corrumpi calorem insitum per putredinem ab Aristotele hic definitam, quemadmodum minor à maiore restinguitur ignis. Sed inspiciendæ cause assertionis istius. Ionis (ait) in alienæ materiæ superficie inhæret, natiuus autem misti calor, qui per putredinem corrumpitur, omnibus partibus æquè insidet. Item calor ignis extincto, non necessariò simul perit subiectum in quo inerat, natiuo autem calore deperdito, necessariò subiectum corrumpitur. Respondeo paucis: Spudastum philosophari, & Quadrupedem lyra ca-

N.
Veris.

lyra canere. Queritur h̄ic, vtrum codem modo corrumpatur insitus misti calor per putredinem, quo ignis ab igne restinguatur. Iam siue hic certis tantum partibus inhæreat subiecti sui, siue omnibus, perinde est: nihil (dico) id obstatre potest, quò minus idem, vtriusq; interitus esse modus possit. Deinde latet in Spudastico nomine homonymia. Ignitum enim subiectum, èa, qua ignitum est, aut partibus suis æquè omnibus ab igne occupatur, aut ignitum non fuerit: & restincto igne, quoad ignitum fuit, vel periisse quoq; vel nō fuisse ignitum necesse est: siquidem ignis, vt Aristoteles docuit, nihil sit aliud, quam perpetua humidi in siccum mutatio. Neq; huiusmodi ineptolas, vel tacite, vel expresse, vspiam significauit Aristoteles. Qui lib. de respir. cap. 16. nihil plus tradidit, quam animatis omnibus (animatis dico, nam de his tantum loquitur) θέρμανση^η incidere propter caloris penuriam: & perfectis quidem, vt animalibus ac plantis, caloris cordis, aut eius partis, que cordi respondet: (cuiusmodi in plantis authore Theophrasto, medulla est, quam ipse Στράβων dicit, lib. 1. de hist. plant. cap. 2. 3. 4.) imperfectis autem; vt ouis & seminibus παραμοίως πλι, sed alio modo. Vbi philosophus de implantato, vel explantato, & summa summarum, de puris putidisq; istiusmodi nugamentis, ne nutu quidem meminit. Iam vero consequentia illa, si putredo ad σβέσιп pertineret, qua parvus ignis à maiore dissipatur: ergo ignis putresceret. Spudastica consequentia est. Nam apud eruditos Mixti putrefactio simplex Aristotelea, si ad nullum ex predictis modis referri debet, certè ad σβέσιп hanc referenda videtur, vel ad nullum alium. Putrescere tamen non dicitur, insitus misti calor: sed propter huius corruptionem putrescere mistum. Hoc enim formaliter putredo simplex est: materia dico misti dissolutio.

XX.

In probl. populariter, & aliquando etiam r̄ilius locutum Problematum illum Authorem, notum est. Sed problema tamen illud quintum sc̄t. 3. quod tu verbis tuis designas, à te sapienter (ut decuit) minime fuisse acceptum, si quis conqueratur: is glossis nostris, tuo eleganti Dialogo annexis, suam contra te causam tueri satis bene poterit.

XXI.

Interitus ignis exigui, à maiore igne, quoad c̄r̄ēs, propriè constituit, nihil habet combustioni simile: atq; interitus animalis caloris per suffocationem, aut interceptam respirationem (quocunq; tandem modo interpreteris eum) tam illius de quo loquimur similis est: quam ignis aquæ. Atq; hucusq; in exanguis istius, atq; alienæ prorsus, à Disputatione hac de Putredine, Philosophiæ examine digressos nos esse, satis, vel superq; etiam sit. Nunc ad rem ipsam transeundum.

VIII.

Porrò notandum, à Philosopho dici, calorem qui in cuiusq; humido inest, ab alieno corrumpi, quia & humidum, cuiq; mixto suum sit, & calor qui humido inhæret, præcipiūs generationis habeatur author. Ergo quemadmodum constante hoc, siccum mixti principium, humido certa quadam ratione terminatur, & intra terminos, semel præfixos, vtrumq; illorum cohabetur: Sic eodem languente, ac euanescente in auras, humidum sui quæsī iuris factum, secedit à sicco: cùm præsertim vt calor, non sine humore, ita hic non sine calore respicat, Aristotele teste lib. 5. de ort. animal. cap. 3.

IX.

Atq;

Atq; hoc ipsum ut dixi Formaliter Putredo est : Dissolutio materiae mixti : id est diuortium humidi à sicco, propter interni caloris penuriam, quam externus τὸ περιέχοντος calor inuenit, euocando illum.

X.

Est autem vbiq; tam Aristoteli, quam Theophrasto eius discipulo τὸ περιέχον nihil aliud, quam corpus illud extimum, in quo ἡ mista ipsa naturaliter degunt, (aer dico, aqua, terra) & conceptus coeli tempor, generationes corruptionesq; rerum omnium promouet.

XI.

Ex quibus sequitur, omnia que simpliciter putrescunt, humida primum apparere, ad extremum vero arida reddi. Nam euocato è mediis misti partibus foras interno calore ab externo, vna exit quoq; : & quod antea cum sicco in unam massam confusum, nulla sui specie sensum mouebat, iam separatum à sicco, in conspectum omnium prodit humidum : quo deinde sensim exhalante, mistum subinde aridius fit, usq; dum in terram vertatur.

XII.

Verba quibus haec omnia expressit Aristoteles illa sunt. σῆμας δέ τοι φέρεται τοις ἐμ οὐκάσω ὑγρῶ διπέσιος θερμότητος ὑπὸ αλλοτρίας θερμότητος : οὐτη δέ δέσιν, οὐ τοι περιέχοντος : quod postremum antea quoq; protulerat : γίγνετου σῆμας, διαρικεστα τοις ζωντος τοις ζωμένου, δια τοι περιέχον : ipsum

nnn iii

vero

verò περιέχον αέρem ο aquam dicit: δλίγορ
 ἐπ τῷ περιέχοντι ἀερὶ ηγῆ υδωτι τὸ θερμόν: Mo-
 dum autem per quem putredo inducitur ab ex-
 terno ambientis calore, angustius primū designat
 διό οὐγρά πρώτοι, εἰτα ξηρά τέλος γίγνεται τὰ
 σκηπόμενα: εἰ τότε μὲν γαρ ἐγένετο ηγῆ ὡρίδη τῷ
 οὐγρῷ τὸ ξηρόν ἐργαζομένωρ τῷ ποικίλῳ: deinde
 verò latius explicat: διὰ τότε γαρ ηγῆ ξηροτερε
 γίνεται τὰ σκηπόμενα πάντα: ηγῆ τέλος γῇ ηγῆ
 κόπρος, εξίσιτος γαρ τῷ οἰκεῖ τῷ θερμόν, συνεξα-
 μίζε τὸ πατὴρ φύσιμον οὐγρόν. Cur? quia τὸ ἔπαξον τῷ
 οὐγρότητα δυνέται ζῆν. ἐπάγε δὲ Ἐλασσα ἡ οἰκεῖ
 θερμότης.

XXII.

Quod verò notat Erastus, in proposita quidem disputatione ni-
 hil est. Nam dissipari natuum rei humidum ab externo calore, an-
 te natui caloris interitum: ο vicissim abire hunc, atq; cum co-
 simul non egredi ac profligari humidum, rnum ex illis esse, quod ne
 imaginatione quidem, concipere sibi possit animus, Peripateticæ
 Scholæ alumnus dicet. Ut parum etiam scite dictum sit à quibusdā,
 calorem humidum Putredinis authorem ac parentem esse: cùm A-
 aristoteles, non humili alieni, quod extrinsecus inuehitur, sed pro-
 prij, ο quod intrinsecus inest cuiq; mixto, siccum terminans, sim-
 plicis putrefactionis subiectum statuat: neq; in tota disputatione
 hac, de humido vlo calore, qui putredinis causa sit, meminerit. Ga-
 leni verò sententia, qua asseritur, calorem ab eo humiditate non pu-
trefacere, huc minimè pertinet. Siquidem testimonio peritiorum A-
rיסטotelis interpretum, longè aliam, ab hac nostra, Putredinem ipse,
etiam si nolens, nesciens cogitauit animo. Certum est in Aristotelea
putrefactione simplici, à calore ambientis, vel aëris vel aquæ, vel
terra,

terre, cum nativo mixti calore, internum mixti humorem foras exigi: atq; in summa, putredinem Aristoteleam simplicem, abolitione caloris interni, cumq; eo natui humoris definiri: Contra vero in Galenica, rem quae putreficit, non calore tantum externo excaliferi, sed etiam externo humore reddi humidorem: atq; in summa, externe humiditatis affluxu, quicquid putreficit, imbui: Quae putrefactionis rationes, quantopere inter se dissentiant, qui non videt, is nihil videt. Nam quod Schorendorfensis Garrulus dixit: Ari-*Schongr* stotelem exposuisse id, quod putredini per se adscribitur: Et putrescentium omnium commune est, Galenum vero id, quod respectu quidem totius ~~orū~~^ū generis, accidit, respectu vero certarum eius specierum per se inest, vere Schorendorficum figmentum est. Cum priuersim de toto putrescentium genere pronuncietur, calorem humidum putredinis esse parentem, in modo vero calorem citra humiditatem putrefacere posse nihil. lib. 3. de compos. med. per gen. cap. 2. xi. de simpl. med. facult. cap. de sale. Com. 3. de humor. ad sent. 13. Et hoc modo secundum garruli prius Sueci sententiam, id solum quod per accidens putredini inest, a Galeno propositum, quod vero per se, fuisset omissum.

XXIII.

Obseruat item Erasmus (quod nemo tamen non obseruauit) τὸ περὶ ὕδατον aerem, aquam, ac terram, ab Aristotele dici: quod verū est: sed illud tamen falsum, aquam vel terram, per contentum in se aërem res putrefacere. Tam enim calet aqua & terra, quam aer: aliunde, inquam accepto, non autem innato ac proprio calore: eque igitur atq; ille, mixta que ambiunt putrefacere possunt. Aërem vero eundem, per intimas omnes animalium partes diffusum, humoris putrefacere, neq; dixit nequam Aristoteles, qui aëri externo additum vel accessum, ad animalia interiora patere, nusquam voluit,

& pro-

E & probl. 4. sect. 7. non autem sect. 3. probl. 7.) nihil prorsus ei
iusmodi docemur.

XXIV.

Quod verum est, id vbique libere dici oportet. Ideo errant, qui
cungue censem, vllibi apud Aristotelem vel Theophrastum voce hac
τοι περιέχουσι, fuligines, fumos, vaporesue intracorpus animalis
conceptos, significari: siquidem interuentu horum, Putredo ea fieri
nequit, quam definiuit ipse. Et Galenus generatim quidem recte, 2.
de diff. febr. cap. 9. Aristotelis verbum ἀποτίας θερμότητες, spe-
ciatim tamen obliquè, cùm ibidem, tūm alibi accipit. Nihilò enim
plus aliena caliditas Aristotelī allegato loco est, quām non insita,
& propria misto, sed corpori, quod mistum ambit, & in quo mi-
stum degit, inhærens.

XXV.

Fuligines & fumos internos mista putrefacere, nec lib. de long.
ac breu. vite, (cuius loci sensum perperam interpretatur Erastus)
nec vllibi alibi Aristoteles docuit. Et cùm eadem excrementa hu-
mores verbi gratia, corrumpunt (quid hīc cum morte, quæ est ani-
malis, non autem mixti corruptio?) neque uācavsp neque o&besip inue-
hent. Dux namque hæ corruptionis species, non misto (vt Erastus
turpiter vbique confundens omnia retrur) sed calori aut igni asscribi
vult is, qui proposuit & explicauit eas. Iam si calorem humorum
proprium ac natuum iisdem perdi cogites, tum dicam eatenus per-
dere, quatenus augent: hanc autem affectionem ad exustionem,
(quo verbo etiam excessum elixationis, nomine aliâs carentem com-
pletebitur) quæ, corruptio quidem secundum totum est, sed violen-
ta, testimonio etiam Galeni 2. de diff. febr. cap. xi. & 2. de fac.
nat. cap. 9. nec non Hippocrates lib. de carnisbus, & lib. de nat.
pueri

pueri atq; alibi multoties esse referendam. Tantum abest, ut fuligibus istis ac fumis explosis, manca futura sit Aristotelis definitio: que nāθōλα causam efficientem, simplicis ac naturalis putredinis mixtorum, quatenus mixta sunt, afferat.

XIII.

Porrò cūm non lateret Aristotelem, putredinis nomen vulgo ferè semper intelligi de illa confuisse, quæ secundum partem est, admonitos nos pro inde voluit, se quidem in capite hoc simplicem ac naturalem putredinem, simplici generationi contrapositam, quam $\sigma\nu\tau\pi\omega$ prius delineasset, mox expressius definiturum: alteram verò illam peculiaris aliis (à sua nempe abhorrentis) notionis, quia nihilo plus sit, quam ἀπεφία quædam, & alteratio, dicessioꝝ à constitutione propria in determinius, alio loco pertractaturum. οὐ μὴ ἄλλα idīως γε λέγεται σῆμας ἐπὶ τῷ κατὰ μέρος φερόμενῷ, δταρ χωρισθῇ τῆς φύσεως. antea verò dixerat: δταρ δὲ μὴ οὐδατῇ κατὰ μέρος μερ μόλυνσις ηὸν ἀπεφία γίγνεται.

XXVI.

Ex quo cognosci potest, toto cœlo errare Spudastum, qui contra Aristotelis mentem ac verba docet, lib. 4. meteor. cap. 1. duas constitui Putredinis differentias: Naturalem vnam, atq; alteram morbidam: Cūm de morbido vel violento, ne vel minima quidem syllabula ibi scripta reperiatur, & nulla etiam subsit causa, quam ob rem vna potius, quam altera naturalis aut morbida dici debeat, vel etiam possit: cūm vtrāq; Generationi naturali contraponatur. Propriè autem nominari Putredinem illam, quæ κατὰ μέρος est, nūf-

quam in tota philosophia Platonis aut Aristotelis, aut Theophrasti traditum scimus.

XXVII.

Rei ergo, quæ iam, non dico incerta, sed falsa, & nulla est, adferre rationem, non nisi imprudens ac ineruditus conetur aliquis. Id enim est absurda absurdis accumulare. Cuiusmodi hæc sunt: Naturalem putredinem dici, quia rebus non ante accidat, quam nativus calor, nulla vi coactus, ita seipsum longo ætatis tractu fregit, ut à leuissimo ambientis calore disperdi citra violentiam posse: Vniuersalem & καθόλης, quia cunctis tandem rebus, naturaliter occidentibus, & totum æqualiter subiectum corrumpat: Generationis simplicis contrarium maxime commune, quia per eam ex misto fiat non mixtum simpliciter: Einem naturalis corruptionis, quia mixta resoluat in elementa, quæ ulterius corrumpi nequeunt: Putredinem nominari ab Aristotele, quia nomine proprio careat. Hæc inquam dogmatum portentosa monstra, quoniam authore, aut qua ratione in huius disputationis Scenam à te introducuntur? Aristoteles simplicis putrefactionis culpam, in rnum τὸ περιέχον totam transfert, tu calorem ipsum mixti nativum, suam sibi ruinam afferre statuis: ille Simpliciter pronunciat διὰ τὸ περιέχον putrefactio mixta: tu longis, nescio cuius ætatis tractus glossam adjicis: Ille vniuersalem & καθόλης putredinem nusquam dixit, tu tamen cur dixerit, id est eius quod non est, causam affers: Ille simplicem putredinem opposuit. Simplici generationi: quia vt hæc est mutatio principiorum in totum, ita illa sit mutatio totius in principia: tu nescio quid de cunctis rebus, quibus illa accidat, ac de, nescio qua, totius æqualiter facta corruptione, insipide rhetorica, cum putrefactio simplex, non magis accidat cunctis rebus, & singulas æqualiter totas corrumpat, quam particularis. Ille generationem simplicem exponit, per quam mistum

mistum, siue hoc, siue illud, siue tale, siue quale, ex hoc vel illo, aut misto aut non misto existit: Tu mistum simpliciter, quod nusquam extat, & simpliciter non mistum, id est elementa huc aduers, que ne vel nutu quidem designauit ille: Author putredinem simplicem, omnis aliis naturalis corruptionis finem dixit, quia ut mistum animatum corrumpatur morte: idem tamen deniq; vt mixtum, (tale dico ac tale) putrefactione corrupti necesse sit: tu denuo tua elementa hic nobis obtrudis, quasi in illis se fiscat corruptionis labes: neq; ulterius elementa corruptantur: quod cum ijs diserte pugnat, que ab Aristotele lib. I. de ort. atq; inter. cap. 3. scripta sunt: ille demum corruptionem simplicem ter, etiam consensu tuo putredinem appellat, nulla adiecta conditione, quo nomine etiam alij veteres appellabant eam, tu proprio illam nomine caruisse, nulla subiuncta ratione, nullaq; producta autoritate pronuncias.

XXVIII.

Species item altera putredinis, que nat& mēs est, nusquam & minquam ab Aristotele, vel violenta, vel morbida dicitur: neq; contraponitur simplici ac naturali, quia ipsa non sit etiam naturalis, sed quia secundum partem, & non simplex sit, id est, quia non sit illa mistum à tota specie auertat in aliam, sed manente specie, mutet eius accidentia tantum. Ὡταρ δε μή ιράτη κατὰ μέσος μὲν ἀπίθεια: τῇ δὲ ἀπλῆ γένεσι εὐαύλημα μάλιστα σῆμα. Esse autem κατὰ μέσος γένεσι, nihil aliud, quam alterationem, & contrā ἀπλῆμα γένεσι, nihil aliud, quam mutationem secundum substantiam, & secundum totum, hec eiusdem Philosophi verba docent: περὶ τὸ τέταρτον δυοῖς ἐνδέχεται τραγματεύεσθαι, οὐδὲ τις αἰτία τοι γένεσιν δεῖ τίκτει, οὐδὲ τίκτει ἀπλῆμα, τοῦτο κατὰ μέσος &c. I. de ort. atq; inter. cap. 3. Sed neq; de calore ante legitimum tempus per hanc putrefactionis speciem dissoluto, ullam tulit legem, vel ullam habuit ver-

Cum breuius sit id ubiq' libri tunc operat, rur' tunc convenienter.
Simonis Mus; xxiv. lio. 13

THESES.

P. 28.
D.

age, iudicat 462
q' talit qd mag
putredin' su
censum par
tue quam qd
imperf. inom.
plexam sit incho
atā hinc → qd
spicias corpora
mixta in
qb. humiditas
est alycas emi
muis noroti qd
nuntiatio, m
misto nunquam
à tota spicis
autem mixta,
et in trans. san
tis: si vero qd
spicias corpora
mixta in qb. humiditas est omnibus. XXIX.

litteris, ut liquido et fluido sunt humores
putredin': incomposita Ergo differentia illae inter simplicem & particularem putredinem ab Erasto constituta, Neniole sunt, Fabellula sunt, Chimarula sunt. Simplex enim non dicitur ab Aristotele, in fine durationis naturalis accidere, sed esse finis, in quem definit omnis alia corruptio naturalis. De cetero, & quæ omni tempore & loco superuenire, ac aliave. Inchoat, ut misceatur in tota spicis autem ut in litteris qd non
dum prorsus ad separacionem
humidi, à his qd facit ut humidi in qd tangat ad hunc sic, ut inter.

THESES.

463 mixta p. inter.

inter. cap. 4. Elementis non competens: quia hæc mista non sunt: Completa
 ac demum iam dissoluta positura principiorum, (ut cum Lucretio in illa q
quidem, sed non Lucretiano sensu loquar) proindeq; etiam ablata et ipsum
illa forma, quæ alius formæ invectionem impeditabat, materiam aliquis, et illa
naturæ suppeditans atq; subiçiens, quæ aut permis, aut aliis rei spe- ut cōs. p. inter.
cie ac forma exornari posſit. Forma substantialis misti in quo invenitay

XXX. et quis est eminent. Putredine Putredine

Definitione igitur putredinis, tam peruersè atq; improbè ab istis mixta for.
 posita, quam aptè deinde ab ijsdem, ad ea, quæ obijci possunt, ex substant. mixt.
eadem responderi posſit? Quid, quod ne quidem ullam possunt: in quo humi-
quam enim? futiles quasdam eius conditiones commemorant qui- est eminentif.
dem, nullum tamen typum, nullum certum eius modum usquam ex- et hoc putred.
primi audio. Imò vero fatentur ipsimet, Putredinem hanc suam hanc usquam
monstrosum esse Protheum, cuius infinitæ sint, et ad quævis mo- putred. comp.
menta variabiles forme. Qui vero alias à Spudasticis quidem istis inveniatis inveniatis
gerris maximè abhorruerunt, sed Galenicam tamen definitionem inveniatis inveniatis
probarunt, coacti sunt affirmare, aliud genus putredinis esse, quo spudasticis coacti
suscitantur febres, aliud quo ulcera πατέ δούρων dicuntur: et mixta in quo
vtrumq; etiam ab Aristotelea putredine dissentire. Legantur, quæ humid. inveniatis
præter alias Pseudodemonstrator Suevus scripsit pag. 399. ex mixta. Completa,
400. suarum futillissimarum plerunq; glossarum, ad lib. Aristotele quodammodo
telis Physiol. De cætero differt putredo simplex à combustionē, dicta est ergo
quod per hanc vi perire mistum dicitur, non naturaliter: inueniatis 2. quæ hanc
excessum externi caloris: non euocari ac debilitari internum: ab- 3. " cōs. p. int.
sumi humidum, non simul cum calore educi: verti materiam misti 4. formis sub.
in ignem, qui sibi asciscit atq; assimilat, quantum potest, omnia, Stomatis mix-
non autem dissolui in principia sua: proindeq; nec materiam natu- retra
offerre, ex qua generari vel animal, (quoniam hoc discrimen Intervenit
haud reciperet Aristoteles, qui etiam in igne, vermes alicubi prō- magno via putred.
creari do- Completa q; pre-
venit ad dīss.

mixtū in quatuor statu: tunc tunc habens in mixtis statu, apud illā p.
poterit, cum p. intrat formus mixta, hoc dico in utrum non sibi posse
ut mixtum 464

THESES.

creari docuit) vel alia res possit. Postremo, calidiora fieri mixta;
quatenus putrefactū simpliciter, hoc unum quoq; ex illis est, quod
in Philosophi Schola defendi haud quam posse.

alio p. hanc probab: sed

XXXI.

Euaporat cum calore humidum, in simplici rei putrefactione, &
autem, quando p. quatenus res putreficit, etiam si eam recipere, inter-
cipereq; opposita natura cōditio, nimis Generatio aliqua, consue-
tudineq; inducit:

Ex. soluta iam principia, denuo certa quadam alia ratione, ad nouæ for-
mæ susceptionem colligantur, subigitur, determinenturq;. In re i-
gitur putrefcente, quatenus putreficit, nihil remanet humidū: non
augetur calor ab externo: non absumentur humidū ab interno, non
perit calor in humido, sed vt Aristoteles inquit, vna cum humido
euaporat: κύνος χαρπά τοι ἀνέρες θερμός, αὐτοὶ τοι κατα-
γίνεται υγεὸς. Isthac inquam omnia spudastica deliramenta, non A-
ristotelea philosophemata sunt. Quis enim affirmare, nisi extreme
incunctata impudens aliquis ausit, calorem in mixtis eodem modo, quo in anima-
tis alterariis, nutriti humore, atq; tum demum perire ac violenter putrefacte,
solum, postea cum auctus præparatum alimentum prius absunit, quam nouum
sit intus, sibi comparauerit?

XXXII.

Longè facilius diētu est, quomodo suffocatio à simplici putredine
ne differat. Comprimitur enim, atq; (vt ita dicam) compressu-
mio eliditur per illam, ac strangulatur calor: per hanc vero exit,
atq; euocatur simul cum humido suo. Et negata respiratione non in-
teriisse mixtum, sed animal dicitur. Ut mors autem solius animati
corruptio est, ita putredo solius mixti. Atq; eiusmodi mors, que
inquam intercepta respiratione sequitur, uacavat est, quatenus à
calore: βέοις est, quatenus principium ipsum restinguat, non autē
fuit prop. τηλική complata ταῦτα invaduntur: quatenus uicat et hinc ad

hunc ac completae mitte auctoritatem hanc ex hoc in aliis: potest etiam hoc

THESES.

465 *etiam non incompleta*
et raptivas utrum
et ab intell. Vim
et inveniuntur et

humorem ac receptaculum subtrahit illi. Theophrastus porrò aque
ac Aristoteles, suffocationem caloris, ad utramque corruptionem re-
uocat. Iam vero humores, aucto per obstrukiones calore, putrefac-
re dicimus quidem, sed putredine natura ueroe, quae non nisi ad exu-
stionem, id est (ut interpretatur Aristoteles) assationis excessum, *Vinum p[ro]p[ter]um*
referri inquam poterit: etiam si his mille Spudasti, cum totidem *et* Furnis huic veritati esse opponerent. *propter* si sita nonqua intellec-

XXXIII. *et: fit ut intellec-*, pro hanc

Quid mirum igitur, si animalia suffocata, non dicamus putrefactio*mistri*. *question*
Etia? Corruptio inquam animalis mors est: Misti vero putrefactio*jam ab aliis* *pro*
Suffocatio igitur cum animal perdit, non dicetur putrefactio: cu*debet*, *per*
vero mistum, dicetur exustio, quia calorem eius usq[ue] adeo auget,
ut Galeni etiam tui iudicio, materiam in cineres mutet: Animali*et illis praepon*
um vero partibus proprium quendam praeter influentem, inesse ca*quis* *et* *et*
lorem, cuius causa si intercepta respiratione corrumpatur, putre*in coniunctu*
scere ille, non suffocari dicantur; in certis potius rationibus assere*fuit, currit*
re, quam certis improbare malle, hominis est, qui vestem Philosoforum virtutis
phi*non Cerebrum habeat.*

XXXIV.

et ad in *completum et*

Ergo diversæ illius appellationis causa est, diuersa res, quæ cor-
rumpitur: Animal inquam suffocatione moritur: mistum vero suf-
focatione putrescit. Diversæ res sunt, Animal & Mistum: diuer-
sæ item corruptiones, Mors & putredo: etiamsi ab Aristotele quo-
dam loco senectus quoq[ue], quæ ad mortem via est, putredo quedamne ostendatur
dicatur. Cui itaq[ue] mirum, si igne animali suffocato, nihil relinquuntur? si
catur putridu*contarunt?* si
simplici ac particulari, substantia mistæ χωρίδι τῆς φύσεω: Sed *firmas rationes*
in illa ex toto, quia mutatione illiusmodi auertuntur à tota specie, *audire* *lanci*
in hac vero ex parte, quia alterata solùm speciem quidem retinent,
etiam multas pro-

sed ac *enim* *lancib[us]*
h[ab]it q[uod]a auditu
metrioib[us] *cancer*
paliudium?

sed accidentia mutant. Quid? nonne per suffocationem quoque animal à natura sua decedit? Cur igitur verba illa ὡς χωρισθεῖσαι τῆς φύσεως, ad statuendum discrimen, inter putrefactionem & suffocationem usurpemus? Quo loco vere cognoscimus, quid sit αὐτοὶ τόνειρα τῆς θηρας. Postquam enim primò quis in totum aberrauit à scopo, in multas seipsum deinde absurditatum tricas necessario coniicit.

XXXV.

Coctio verò à putrefactione simplici differt, quia hac mutatio sit secundum totum ad interitum: ab ambientis calore, exhaustiente internum misti, cumque eo humidum: unde consequitur secessio humili à sicco, id est dissolutio materie misti: Illa verò mutatio sit, secundum partem, ad perfectionem à calore ambientis humidum & siccum, rei quae assatur, vel elixatur, vel maturescit, tale duntaxat, tantumque citra substantiae immutationem reddens, 4. meteor. cap. 2. & 2. de plant. cap. 1. A putrefactione verò particulari, tam differt coctio, quam πέψις ab ἀπέψιᾳ: ἐψησις à μοσ λύνσει: ὅπτησις à σατεύσει, πέπτασις, & si qua est alia eiusmodi carioris effectio naturalis, in calido & humido, nomine carens, à suo contrario. Cum autem ex Chylo fit sanguis, & ex hoc caro, putreficere non dicitur Chylus vel sanguis, quia ideo corruptio corruptione, ut fiat aliud: In putrefactione autem, corrupta re, accidit fieri aliud.

XXXVI.

Sed hoc non satis est, ut neque illud, quod ex lib. 2. de ort. atque interit. cap. 3. ab istis adfertur, nimis putredinem dici, cum in deteriorem naturam ac speciei habitum mutatio sit: Generationem vero, cum in digniorem, nobilioremque. Esto enim ut sic dici consueverit: certum est, ortum sanguinis ex Chylo, carnis ex sanguine, planta ex semine, adiunctam habere corruptionem: nisi enim apparatus

paratus prior materie, cumq; eo forma aboleatur, non introduceatur vñquam noua. Illa igitur τρευπαρχέστης οντοτελεύθε, et forme priuatio, cuiusmodi nam mutatio fuerit? Sanè corruptio, quia est totius. à quonam? à calore. cuius? venarum, partium singulorum, seminis. Vnde hæc intrasē conceperunt illum? à corde, à cœlo. Cuiusmodi itaq; corruptio ista? Putrefactio. qualis? Nec morbidam et violentam suam, nec naturalem nostram dicere, si constare sibi velit Erastus, potest. Quam nos? particularem? Sed corrumpitur totum. Simplicem? Sed non sit resolutio in principia: imò necessariò fit: (aiunt) sed quia illam statim excipit altera actio (ideo enim fit illa, ut mox fiat, et sequatur hæc, quemadmodum diximus) et quantum vna, tantum altera progreditur: oculos quidem id, sed rationis tamen iudicium minimè latet. Nos autem verius, atq; ad Aristotelis mentem aptius, corruptionem huiusmodi secundum totum non putrefactionem dicimus, quia in deterius rem non mutat, sed ad coctionem reuocamus.

XXXVII.

Quæ etiam causa est, quamobrem huiusmodi corruptio non dicitur τελος τῆς οντότητος φύσις: ergo neq; putrefactio simplex, quia non ad eam per corruptionem, sed per eam ad generationem natura tendat. Sic nos pro existimationis Aristotele & salute dicimus: qui tamen hoc quicquid est, totum eruditiorum se-
ctatorum eius, iudicio relinquimus. Porro, quod Erastus hoc loco ponit: coctionem propriè illam dici, in qua non mutatur substantia, reuera nouum est, sed eiusmodi etiam, quod non nisi absurdè tueri quis possit. Siquidem omnium propè Aristotelis interpretum sententia est, propriè atq; absolute coctionem illam dici, in qua nutrimenti mutatio fit, in nouam substantiam, intereunte priore. Aliorum vero trium coctionis externæ modorum, qui in animalibus per quandam similitudinem inesse dicuntur, finem: vt maturatio-

nis in fructibus, materiæ tumorum, affationis, elixationisq; ex illo superiore quodammodo spectari.

X X X V I I I .

Cum autem Generationi, quæ à proprio calore fit, contrapontatur putrefactio, nullus r̄nquam sawi stomachi dubitauit, cur hec ab alieno inuehatur. Naturalem etiam calorem in putredine simplici ac naturali, ab alieno augeri, phreniticus fortasse aliquis, id estimans, ex suo capite affirmabit. Deniq; qui probl. 14. sect. 4. legerit, is te irridebit, qui ea, quæ ab Aristotele de ortis ex excrementis nostris docet, quæ partim nostra, partim aliena dicuntur: tu ad ea stabilienda usurpes, quæ de calore aucto per putrefactio nem absurde asseris. Quid quod in coctione, tam propria & primaria illa, quam secundaria calor internus ab externo augetur: nec tamen propterea is alienus, sed proprius, nec perdens, sed perficiens seipsum dicitur. Usq; adeò sunt omnia tua ubiq; lubrica, & supine pronunciata.

X X X I X .

Perfpicuum est autem, putredinem tam simplicem, quam secundum partem, rectissime dici naturalem: etiamsi à calore alieno, id est τῷ περιέχοντος, utraq; fieri concedatur. Ut enim Generatio omnis ab externo efficiente est: ita & corruptio.

X L.

Sed & illud quoq; planissimum in glossis nostris ad Erasti Diologum, fecimus. Locum illum lib. 5. de gener. animal. nostræ potius cause quam Eraste patrocinari.

X L I .

Item hoc: in cap. 4. lib. 1. meteor. vnam tantum, eamq; simplicem ac naturalem putrefactionem, contrapositam Generationi simplici ac naturali, definiri, explicariq;. Quæ vero contrà febriculose

culose admodum, tum obiecit, & nunc etiam insipide repetit Spudastes, minimo negotio, apte^q satis (ni fallimur) ad Aristotelis mentem, de qua vna venimus in controversiam, ibidem diluimus omnia: quo candidum & equum lectorem reuocamus. Illud tamen hic prætereundum non est, Erastum, qui antea totus, per totum suum Dialogum in eo fuerat, ut ostenderet, ea, quæ post verba illa, ov̄ μεταφορας &c. usq; ad capit. 4. finem leguntur, de putredine violenta esse accipienda: atq; hanc à naturali plurimum, inò vero conditionibus contrarijs circiter duodecim differre, aunc tamen animo scilicet et lingua, in seipso confusum, affirmare au- sum, eadem verba etiam naturali putrefactioni posse aptari. Atq; iastic quidem, à seipso defecit turpiter: ibi vero à rei natura turpius: Cum dico, ideo effici putat, prædictis cap. 4. verbis: Violentam putrefactionem, & non simplicem ac naturalem definiri, quia in illis μεταφορας nulla fiat mentio. Miser scilicet nondum intelligens, philosophema illud, de modis interitus ignis, cum interni animalium, tum externi, nullum hic aut certè quam minimum habere locum, ubi de mixtorum, quatenus mixta sunt, corruptione dispu- tatur.

XLII.

In definitione simplicis ac naturalis putredinis bis mentio fit περιέχοντος, quatenus primaria causa putrefactionis est: insi- ti vero ac natui caloris, nulla quoad hoc accusatur actio, ut falso opinatur Erasmus. Quo tamen nihil obstante, propter expositas à nobis, in ipsa disputatione causas, Putredo cùm simplex tum par- ticularis, rectissime dicitur naturalis.

XLIII.

Ergo gerre maxumæ, quæ scribit Erasmus de calore insito: qui quoniam seipsum longo temporis tractu primum conficit, atq; ad

infimum fere debilitatis gradum dedit, etiam si deinde ab ambientis mediocri etiam calore disperditur, interire nihilominus naturaliter dicatur. Atq; Aristotelis locus ille, qui ex lib. de respir. huc ab eodem afferitur, tam ad nostram controversiam pertinet, quām id, quod minus nihil est.

XLI. XLV. XLVI.

Spiritus animales putrefascere qui negat putrefactione Rustica, is quoq; iudicio nostro, cum Aristotele pugnat: qui verò spiritus nostros perfectius mixtos dicit, quām flammam, quæ ex externis prunis continenter erumpit, vel si mauis, quām fuligines, quæ assidue exhalant è flamma (deterioris tamen aliâs conditionis hæc, quām spiritus animales esse scimus) is inter diobolarios Bacalaureos censendus venit.

Vltima.

Ex illis omnibus, quæ Eraurus in hoc suo Spudastico Dialogo effudit, cognosci satis potest, istos Patriæ Patres, Antiquitatis defensores acerrimos, nihil habere, aut afferre in medium posse solidi, quo probent, Aristotelem lib. 4. meteor. cap. 1. non aliud vel aliter de putredine protulisse ac sensisse, quām Medicis & Galenus senserint, protulerintque.

F I N I S.

ERRA-

Errita sic corrigē.

In Præfatione littera A iij. linea 4. dispositioni, lege, disputa-
tioni. fol. i. lin. 10. dixit. Aristotelis, lege, dixit: & Aristotelis. 3. lin.
13. illum, illam. 7. lin. xi. vim, le. cum. 25. 4 erudienda, eruenda.
31. lin. 15. πεφι, περι. 40. lin. 24. ac frustra terere. 45. li. 4. πεφι περι
91. li. 22. γιγεται, γινεται. 97. li. 12. τα μερδια. 119. li. 27. sua in
legendo. 121. 5. tvrum, vtrum. 122. li. penult. 24. 54. folio. 137. li. 17.
effectibus, affectibus. 150. 12. σηπομενον. 155. 18. affectibus. 158. li.
7. quidni. 182. 10. opposita. 219. 7. efficientem. 255. 14. prolata.
278. 22. vim, cum. 279. 10. crasis. ibidem 15. αλοιχμενον. 284. 14.
inquam, vñquam. 290. 4. αναθυμίασιμ. 314. 5. extinctio.

Typographus Lectori S.

*Absentis Authoris autographon difficultem alicubi
vsque adeò lectionem habuit, amice Lector, ut alia
quædam præter hæc quæ subiçimus inter imprime-
dum leuia errata commissa esse posse nō diffiteamur.*

*Sed illa prudens ac doctus Physiologus ipse sibi
pro sua æquitate facile re-
stituet, vale.*

INDEX

*RE RVM ALIQUOT PERTRACTA-
tarum, cui minutiora alia innumerabilia
inserenda non esse duximus.*

A

A er per oscula arteriarū dilatata, intrō nullus hauritur. Com.	163.
Alexandri Aphrodisiensis locus explicatur Com.	61. idem
Author defendit. ibid.	
Alteratio à coctione quo differat. Com.	215
Andreas Duditius ab Horehuzia. Com.	43
Animal interit naturaliter senescendo, Mistum putrescendo.	
Com.	28. 34
Animalis mors naturalis quæ Com.	28
Animal, vt animal non putrescit. Com.	102
Animalis calor, cur non perpetuo vigeat. Com.	127
Animal generare animal quid sit. Com.	221
Animantium mors atq; interitus duplex ex Aristotele explicatur.	
Com.	109
Aqua quomodo restinguat ignem. Com. 127. & Com.	152
Aqua calefacta quo reducatur ad frigiditatem. Com.	152
Aqua ignem non refugit. Com.	220
In Aqua calida sedenti, cur si aqua moueat, calidior videat. Cō.	196
Aquæ, nulla inest innata frigiditas. Com.	152
Aquæ esse, quale. Com.	152
Archangeli Mergenarij Montisanctij laus Com. 22. duplex error.	
Com.	111
Aretæi error. Com.	217
Argenterij erratum, Com. 59. & alterum Com. 217. ac tertium. Com.	198
Argenti frustum apud Simonium, quod flamمام figura refert. Com.	124
Aristotelis locus ex 1. de ort. & inter. explicatur. Com. 8, alter ex Poeticis de nominum vsu, Com. 12, aliis ex 6, & 2, Top. Com. 13. alius	

INDEX

alius ex 2. rhet. Com. 15. alius ex 2. de part. anim. emendatur, & longè rectius exponitur quam factum sit hactenus. Com. 19. alius ex 4. de gener. anim. Com. 22. alius ex 4. meteor. cap. vlt. & 2. de ortu animal. cap. i. Com. 23. alius de Frigoris vi in agendo, qui cum altero eiusdem pugnare videtur Com. 32. alius ex 4. sect. probl. 14. perperam acceptus ab Erasto. Com. 44. alius ex 4. meteor. cap. xi. confertur cum altero ex 2. de part. anim. cap. 3. Com. 52. alius lib. 1. de ortu & inter. de spec. corruptionis exponitur. Com. 54. alius ex 5. de gener. anim. qui erat Achilles Erasti. Com. 100. alius ex lib. de respir. cap. 7. Com. 105. alius ex lib. 7. de phys. ause. Com. 49. 139. problema in quo de motu agitur, prout est causa caloris Com. 194. alius ex probl. 4. sect. 22. Com. 195. aliud problema, Com. 226. alius locus ex lib. de long. & breu. vitæ. cap. 3. & 5. Com. 151. locus ex problematis emendatur. Com.

Aristoteles nomina sœpè usurpat contra communem loquendi consuetudinem. Com. 8. idem ignis voculæ homonymia nos sœpè fallit. Com.

in Arte suæ quæq; sunt generationes. Com.

51

21

Artificiosa Generatio à Naturali quò differat. Com.

122

Artis materia, & materia Naturæ, quò differant

ibid.

Artifex & Natura quò differant.

ibid.

Affatio quid. Com.

197

Affa elixis humidiora proprio humido.

ibid.

C

Cœlum Generationis omnis mixtorū pater: Terra mater. Com.

122

Caliditas & frigiditas, cur dicantur agentes qualitates, Humiditas verò & siccitas pacientes, non rectè declarauit Erasmus Com. 24

Caliditas & Frigiditas non alio modo se promouent extra subiecta sua, quam Humiditas & siccitas Com.

24

Calidius aliquid quot modis dicatur Com.

217

in Calce nullus inest intus ignis. Com.

214

Calor & Frigus cur sint efficaciores qualitates alijs duabus primis Com. 24. quomodo dicantur humidiora reddere, emollire, exsiccare, indurare, Com.

26

Calor quomodo vniuersaliter congregata corpora dicatur. Com.

26

Calor internus misti, non est causa generationis, neque putrefactionis.

I N D E X.

- ctionis. Com. 92
- Calor animalis per se spectatus, est impurior misti calore. Com. 111
- Calor cœli quomodo generet Com. 122. author generationis omninis & vegetationis mixtorum. ibid.
- Calor animalis eiusdem naturæ, cuius externus ignis, Com. 127
- Calor seu ignis, quomodo pabuli dicatur indigus, Com. 127
- Calor omnis nostras, est in aliena materia. Com. 127
- de Calore terræ pueriliter philosophatus est Erastus. Com. 43
- Calorum species. Com. 127
- Caloris subterranei origo. ibid.
- Calorem seu ignem, Frigus non perimit per se. ibid.
- Calor animalis, quò differat ab externo igne, etiam si eiusdem sit naturæ, ibid. cur licet conclusus, tamdiu tamen duret ac vigeat. ibi. cur non perpetuo vigeat ib. per se nunquam fatigatur aut languet ibid. semper à primo ortu augetur ad ætatem usq; cōsistenter Com. 129. & Com. 217. igneus est, & nativus tamen dicitur. Com. 130. vtrq; modo depascitur suum subiectum. ibid.
- Calor nostras omnis à cœlo Com. 133. actu solum in animatis ib.
- Calor in humido quid sit Aristoteli. Com. 137
- Calori humidum non est per se contrarium. Com. 142
- Calor calorí quomodo aduersetur. ibid.
- Caloris interitus duplex Com. 143. explicati ea de re multi cum Aristotelis, tñm Theophrasti loci. ibid.
- de Caloris animalis interitu multiplici, in summam breuem cōtracta doctrina. Com. 159
- Calor quomodo induret. Com. 160
- Calor calorem non pellit. Com. 175
- Calor nativus quid. ibid.
- Calor maior, cur suscitetur in re immota, sub sole moto, vel sub immoto hoc ipsa mota. Com. 194
- Calor calorem se maiorem producit. Com. 217
- Calor fixus & implantatus in partibus animalium nullus. Com. 221
- Canities quid Aristoteli. Com. 55. quomodo fiat. ibid. vtrum Putredo quædam sit. Com. 100. ex summa tristitia. com. 55
- Canis pilis in quibus animalibus visi. Com. 55
- Carnium & fructuum conseruandorum generalis ratio. com. 195
- Carpen-

I N D E X.

Carpentarij error. Com. 71, alter. Com.	179
Cereuisia à vino quò differt. Com. 197. cur citius corrumpitur quam vinum ibi. Torgensis. Com. 197. Lipsica appellata Rastrū ibi. Vittebergica appellata Cucuc.	ibid.
Cereuisiae & vini vase quomodo diu conseruantur.	ibid.
Cesalpini error. Com. 127, duplex error. Com. 152, alius error.	
Com.	203
χωριδινοι της φυσεως quid. Com.	51.52.53.64
Christophori à Vega falsa opinio de Canitie. Com.	55
Cocchio à generatione quò differat Com. 22. quid Com. 210. 122. à quo calore fiat. ibid. fit semper ab externo rei, quæ coquuntur, inter- no vero rei quæ coquuntur. ibid. est Generatio quedam ibid. à putredi- ne quo differat Com. 208. pessimè ab Erausto definita. Com. 210. 211. Simplex (qualem intelligit Eraustus) nulla. Com.	210.211
De Coctione multa.	ibid.
Coctio ab alteratione quo differat. com. 215. infirmior in pueris quam in adultis. com. 217. semper est in melius	212
Combustio etiam opponitur Generationi. Com. 27. Per eam non proprie dicuntur dissoluti mixta in principia. ibid. quò differat à Pu- trefactione. Com. 48. per totum.	
Compositio triplex. Com. 19. & cuiusmodi quæc sit.	ibid.
Corruptio quæ est à contrario naturalis, quæ verò à seipso præ- ter naturam dicitur à Theophrasto Com. 109. animalis, alia est à corruptione mixti. Com.	131
Corruptionem secundum partem contra omnem philosophiam tum Eraustus dicit cum res actum & formam mutat. Com.	54.70
Corruptionis rerum necessitas. Com.	160
Corrumpi secundum partem quid sit. Com.	54
Caseo nobilior est vermis & cadavere vitulino. Com.	212
Caseus verminosus Saxonis nostris est Manna. Com.	212

D.

Demonum opera suffocari metalli fossores putat plebecula, cum tamen aliam ob causam plerumq; id fiat. Com.	127
Definitio quæ principium demonstrationis dicitur. Com. 77. causalis ibid, dialectica. Com.	61

I N D E X.

Dialogo quæ materia subiectatur in præfat. quid habeat commo-
di atq; incommodi. ibid.

Doctor ab interprete quò differat. Com.

93

E.

Elementorum mutua transmutatio, q̄tiomodo secundum Aristotelem fiat. Com. 24. chimaera est. ibid.

Elementa putrescant secundum partem. Com. 54. 57. 58. 60. Elementorum mixtio nulla. Com. 122. 221. 227

Elementa hæc quæ nos ambiunt, imperfecte mixta nusquam dixit Aristoteles. Com. 60. qualia sint. ibid.

¶ particulæ significatio peculiaris. Com.

136

Elixa quam alia cæteris paribus, semper sicciora proprio humore Com. 179

Erastus sibi non constans Com. 14. & bñs Com. 21. 73. 90. 104. 121. 173. 186. 181. 223. malè ac perperam accipit omnia. Com. 21. impropriè loquitur. *ibid.* monstrosè ac titubanter. Com. 23. 30. planissima etiam quæq; insulscat. Com. 24. Lactis & Musti exemplo Gordonios etiam nodos quosq; soluere potest. Com. 18. importunæ ac non necessario rhetoricitur. Com. 28. opinionem alienam de Putredinis Aristoteleæ natura suam voluit facere. Com. 37. asthmaticè philosophatur. Com. 38. pueriliter de calore terræ. Com. 43. importunæ atque insipide. Com. 65. captiosè ac pueriliter Spudasto ac Furnio, suis respondere consuevit. Com. 72. vbique hæsitat philosophando. *ibid.* & 82. malus Galeni defensor. Com. 86. argutulus. 93. falsus, vbique malus interpres & malus Doctor. *ibid.* sui confidens & præceps in iudicando. Com. 100. quod Aristoteles de corruptione animatorum docet, turpiter ad mixta transfert, quatenus mixta Com. 105. 111. 120. 126. aduerbialiter vbique philosophans, Scepticis verbis vtitur. Com. 115. malus Dialecticus. Com. 124. 122. imponit Aristoteli. Com. 125. trepidando philosophatur. Com. 127. philosophando malus Dialecticus. Com. 132. 135. exuccus strigosusque. 137. Aduerbialis Philosophus. Com. 210. 211. 213. 215. friuolas vbique adducit dubitationes. Com. 221. 220. 225. 229. meptus respondendo atque interrogando. Com. 153. mala fide agit. Com. 170

Erasti inepta loci Aristotelis interpretatio. Com.

195

Excrementa animalium cur calida. Com.

209

Excrements carent inanima. Com.

151

Excremen-

I N D E X.

Excrementorum in animali necessitas vnde, Com.	209
Exempla qualia esse debeant, Com.	131
Exempla inepta adducit Erastus, Com.	163
Exemplis pessimè vtitur Erastus, Com.	131
Exercitatione & motu quomodo augeatur calor animalis, Com.	149, 193

F.

Fatim, id est ordinaria Dei potestas, Aristoteli nihil aliud quam Natura, Com. 21

Febris πυρετός dicitur metaphoricè Com. 216. quid sit in præfat. ad combustionem refertur, Com. 216. & in præfat. Hectica eiusdem generis cum putrida appellata, Com. 170

Febrim motus per se ciere potest, Com. 202

Febrifici humores non putrescunt, Com. 156, 168, 170. & in præfat.

Febricitantes cur stare nequeunt, Com. 157. cur intercunt, in præfat. & Com. 158

Fæces non fiunt per putrefactionem, Com. 218

Fæcum alui generatio vnde, Com. 98

Fernelij lapsus, Com. 38. & 30

quod Fit aliquid, quatenus fit, est, Com. 85.

Flamma quid, Com. 127. Flammæ figura vnde, Com. 149

Fætor omnis est soboles ἀπειδίας, Com. 46

Fætidus odor, vtrum omnis à Putredine, Com. 218. duplex ibid.

Forma omnis inducitur, non educitur, Com. 165. & Com. 221

Fracastorij error, Com. 159

Francisci Patricij erratum, Com. 18

Francisci Vallesij error, Com. 98

Frigus internum mixti, à quo putrefactio, quid sit Aristoteli, Cō.

iii. quomodo sit Putrefactionis causa, Com. 28. Aristoteli est calor deficiens, Com. 138

Frigus quomodo dicatur priuatio caloris, Com. 174. quomodo dicatur ab Aristotele causa putrefactionis, Com. 174. vtrum per se calorem seu ignem perimat, Com. 127

Fructuum & carnium conseruandorum generalis ratio, Com. 195

Fructuum quorundam maturationem, cur veteres maluerint dicere Putrefactionem, Com. 215

I N D E X.

Fruclus quidam cur non nisi decerpti maturescant, Com.

215

G.

Galeni locus lib. de Marcore perperam acceptus ab Erasto, Com.
17. incertia in definienda Putredine, Com. 81. error, Com. 151. alter,
Com. 159. laus in Praefat.

Gaudium subitum ac vehementis cur interimat animal, Com. 159.
cur paralyxin quandam inducat, ibid. lachrymas extorqueat, ibid. &
Sudorem, ibid.

Gazæ error, Com.

203

Generationis & Mixtionis notionem turpiter vbiq confundit Erastus, Com.

19.20.22

Generationem simplicem & naturalem quamnam intelligat ac
definiat Author lib. 4. meteor. Com.

21.22

Generatio naturalis cur sic dicatur, Com.

21

Generatio naturalis & artificiosa, vtraq vel simplex, vel secun-
dum partem, ibid.

Generationes in Arte suæ queq sunt, Com.

21

Generatio simplex & secundum partem quid, Com.

22

Generatio violenta Aristoteli quid, Com.

64

Generationis definitio ab Aristotele allata exponitur, Com.

88.

Generatio Mixtorum omnis ab externo, id est solis calore, Cō. 92

Generatio est coctio quædam, Com.

122

Generatio naturalis ab Artificiosa quò differat, Com.

122

Generatio vnius est corruptio alterius, Com.

165

Generatio vnius non sine corruptione alterius, Com. 209. sed si-
ne putrefactione tamen, ibid.

Generatio à coctione quò differat, Com.

213

Globulus tormentarius, dum per aéra voluitur non ignescit,
Com.

194

γλωττα quid in Poeticis Aristoteli, Com.

12

H.

Hippocratis laus in præfat.

De Humido, cur potissimum meminerit Aristoteles in definitio-
ne Pu-

ne Putredinis, Com.

83

Humidum calorū non est per se contrarium, Com. 142. primigenium, ne momentum quidem temporis durat, Com. 127. & 217. reficitur idem specie, ibid.

Humidi in putredine Aristotelea aliter mentio fit, quam in Galenica, Com.

100

Humores Febrisici non putrescant, Com. 136. 168. 170. & in præfat.

I.

Jacobi Schekij error, Com. 16. 20. 34, impostura, 81
iōw; vox quid Aristoteli significet, Com.

43

Ignis elementum nullum, Com. 127. 194. in mixtis inanimis nullus, ibid. quomodo dicatur nihil generare, ibid. quot modis interire possit, & quomodo ex Theophrasto, ibid. quid sit, ibid. in aere solum cur vigeat, vera causa, ibid. falsa causa à Gallo quodam producta, ibid. quam ob causam dicatur non putrescere, com. 156. maior, quomodo minorem perdit, Com. 152. non est siccus, ibid. collisione duriorum corporum non ex intercepto aere extunditur, vt vulgo docent, Com. 194. in nubibus quomodo concipiatur, ibid. in mixtis cur non dicatur putrefactioni obnoxius, Com.

72

Ignis seu calor quomodo pabuli dicatur indigus, Com.

127

Ignis & calor omnis nostras est in aliena materia, ibid.

Ignis & exi quid Theophrasto, ibid.

Ignis effectorum multorum ratio, ibid. motus duplex, ibid.

Ignis voculæ homonymia Aristoteles nos sèpè fallit, Com. 72

Ignium & calorum species, Com.

127

Ignium varij gradus, quoad efficacitatem, & quoad lucem, ibid.

Ignem seu calorem, frigus per se non perimit, ibi.

Ignem quomodo restinguat aqua, ibid. & Com.

152

Ignem maiorem ad se attrahere minorem, falsum, Com.

152

Interpretis munus, Com.

7

Interpres à Doctore quò differat, Com.

93

Inanima carent excrementis, Com.

151

Iulij Alexandrini obiecta diluuntur in præfat. error. Com. 127.

alter Com. 175. alius Com.

217

Iulij Cæsari Scaligeri error de figura flammæ, Com. 149. alter de aqua ignem extinguente, Com. 152. alius de natura aquæ, ibid.

item

I N D E X.

item de vrina, Com. 182. item Com. 220. item Com. 122. 127. 63.
insulsum dictum, Com. 209. item alius error de oleo ignem refu-
gente, Com. 183. 194. item alius, 194

L.

Lac non rectè dicitur generari ex butyro, sero, & caseo liquore,
com. 20. non est ex iisdem verè mixtum, ibid. non est unum ens,
ibidem

in Laconicis quam ob rem moriuntur aliqui, Com. 159

Lactis & Musti exemplo Erastus Gordonios etiam quosq; nodos
soluerre potest, com. 18

Leonici error, Com. 143

Liber quartus meteor. falso sic inscribitur: non rectè post me-
teorologicos collocatur: incertum habet authorem, Com. 18. multa
habet, quæ satis defendi nequeunt, ibid.

$\lambda\circ\gamma\circ\pi\circ\epsilon\chi\pi$ quid sit Aristoteli, com. 31

Lumen cœli per se calidum subiectuè, Com. 122

Ludouici Viues error, Com. 152

M.

Mægarvis propriè quid, Com. 143. 146. 105

Mægarvis eratē quid, com. 143. Sententia Theophrasti &
Aristotelis ea de re integra, ibid.

Marasmus Galeni duplex, com. 125

Marcor quid, ex Galeno, com. 71. quomodo accidat ex eodem,
ibid. quotuplex ex eodem, ibid.

Materiæ potentia duplex, com. 66

Materia formam variat, com. 213. & vicissim hæc illam. ibid.

Maturatio per se à calore, à frigore per accidens, Com. 215

Mētēwōs quid significet Aristoteli, Com. 18

Mixti ut mixti duplex generatio nusquam ab Aristotele proposi-
ta, Com. 19

Mixtum ex Mixto, per mixtionem aut compositionem non ge-
neratur, ut falsò docet Erastus, Com. 19. 20. 22

Mixtionis & generationis notionem turpiter ubiq; confundit E-
rastus, Com. 19. 20. 22

Mixtionis

I N D E X.

Mixtionis natura quæ, com. 19. 20. 22. & quò differat à Genera-	
tione,	ibid.
Mixtio naturalis Aristotelea est merum pigmentum, com. 19. 20.	
22. 28. 72. impugnatur, com.	30
de Mixtionis Aristoteleæ somnio aliquo, com.	30
Mixta perfecta & imperfecta quæ dicantur, com.	60
Mixti interitus naturalis non fit humili consumptio, com. iii	
120. 121. neq; caloris à seipso attritione, com.	120
in Mixtis Aqueum & Terreum principium sola insunt, com. ii	
Mixtio elementorum nulla, com.	122
Mixtio à Generatione differt, com.	139
Mixtio Aristotelea Dædaleus Labyrinthus, com.	221. 227
in Mixto quomodo se habeant elementa, com.	iiii
Mixtorum generatio omnis ab externo, id est solis calore, com.	(92)
Mixtum quot modis corrumpi possit, com.	28
Mixtorum calor intimus non vorat, com.	126
Μόλυνσις vox secus usurpata à Philosopho, quam à coco, com.	
22. quid significet,	ibid.
Morbus quid, com. 52. quomodo dicatur secundum naturam,	
com.	109
Mors atq; interitus animantium duplex ex Aristotele explicatur,	
com.	109
Mors animalium naturalis sine vi & dolore, com. 125. quid sit	
Aristotelii, com. 125. unde com.	155
Mors animalis duplex, com.	145
Mortalitatis nostræ vera causa exponitur, com.	127
Moschi generatio, com.	218
Motus quomodo extinguat ignem, com. 127. quomodo augeat,	
ibid. & com. 143. per se Febrim cire potest, com. 202. quomodo	
calorem ciat, com.	193. 194. 199
Motu & exercitatione quomodo augeatur calor animalis, com.	
Motu ex ardentibus pruni cur suscitetur flamma,	(149)
Motus loci quid, com. 193. in vacuo cur non fiat, com.	ibid.
Multum quomodo difficilius putrescat paucum, com.	195
Mutatio omnis sit in tempore, com.	203
Mutatio omnis sit in tempore, com.	212

Natura

INDE X.

N.

Natura Aristoteli nihil aliud quām Fatum, id est ordinaria Dei potestas, com. 21

Naturaliter oriri quid, com. 122

Naturalis Generatio ab Artificiosa quò differat, ibid.

Nomen ὀντος quid sit Aristoteli in Poeticis, com. 12. non est idem prorsus atq; aptè rem significans, ibid. κύριον ὀντος ἔστιν οὐ quid, ibid. ἔκεινην aliud Rhetori aliud Philosopho, ibid.

Nomina Aristoteles sæpè usurpat contra communem loquendi consuetudinem, com. 8

Nominum significatio à quibus petenda, com. 6, 12, 13, 15

de Nominum impositione atq; vsu aliquot, com. 12

in Nominibus formandis, usurpandisq; Philosophi priuilegium, com. 12, 13

Nominum imponendorum falsa quædam ratio Erasti, com. 119

O.

Ὀδός quomodo definiatur Aristoteli, com. 212

Odor fœtidus vtrum omnis à Putredine, com. 218. duplex ibid.

Oleum non refugit ignem, com. 183

Olympiodorí erratum, com. 27. locus à nemine intellectus explicatur, com. 212

Omne & omnia de quibus dicantur, com. 8. quid significant Aristoteli ibid. & com. 19

Os cadaueris vtrum sit verè os, com. 137

in Ovo calor insitus nullus, quo excludatur pullus, com. 213

ex Ovo pullum extundit calor Gallinæ solus, aut externus alius, com. 213

P.

Partium animalis similarium compositio illa duplex, à Medicis celebrata, ex Theophrasti verbis descripta, com. 19

Pœncili error, 136

τὸ περιέχον quid Aristoteli, com. 64. com. 160. & 163. & 168

Pestis contagium non est in Putrefactione situm, com. 167. ad Putredinem referri nequit, com. 222. & in præfat. hyeme non con-
suevit

I N D E X.

suevit saeire grauius, com.	187
Pestis & putrefactio non idem, com.	187
Philosophari ac Rheticari non idem, com.	3
Philosophi priuilegium in formandis usurpandisq; nominibus, com.	12, 13
Philosophum disputando quid deceat, com.	3
Pili cani in quibus animalibus visi, com:	55
Plantæ non proprio, sed cœli semper præsente calore nascuntur, vegetanturq;, com.	122
Pomorum asseruandorum ratio ex Columella, com. 197. item com.	200, 201
Pomum corruptum cur expressum plus exhibeat succi, quam in- tegrum, com.	178
Potentiam esse frustra, quæ in actum non producitur, quomodo intelligendum, com.	66
Potentia duplex, com. 66. rationalis, naturalis: & vtraq; agendi ac patiendi,	ibid.
Potentia Materiæ duplex,	ibid.
de Problematum Aristotelis sectionibus illis iudicium, com.	187
Pulsus non est ab animæ facultate, com.	163
in Putredinis disputatione quid considerandum, com.	1
Putredinis notio, sapientibus cognita, vulgo ignota, com.	5
Putredinis vox, primum à sapientibus excogitata, tum ab im- perita multitudine perperam usurpata, com. 5. 12. 13. prout sim- plicis Generationis contrarium maximè commune significat, non est ab Aristotele primum formata, com.	17, 36
Putredo Aristotelea est ab externo, non interno principio, Com. 28. quomodo fiat, Com. 37. 45. non est Galenica Putredo, Com.	(100)
Putredo Medicorum, non est Putredo Aristotelea teste Olympio- doro, Com.	28. & 52, 79
Putredo in naturalem ac violentam temere ab Erasto, & ab inter- pretibus Aristotelis diuiditur, Com.	38
Putredo simplex, quo sensu dicatur finis aliarum corruptionum naturalium, Com. 38. cur dicatur Naturalis, Com.	52
Putredo Galenica nullo describi modo potest, Com. 40. nullum habet modum, Com. vlt. nulla est, Com. 81. incerta.	ibid.
rrr	Putredo

I N D E X.

- Putredo secundum partem quid sit Aristotelī, Com. 41. 42. 50.
51. 52. 53. 54. 57. 58. 61. 62. 64. vbi definita & quomodo, Com. 88.
89. 100
- Putredo naturalis ac simplex est propriè Putredo Aristotelī: altera
verò secundum partem non propriè, Com. 43. 45
- Putredinis vocabulum in multis Aristotelis locis legitur, Com.
(44)
- Putredinem secundum partem nullib[us] Aristoteles violentam di-
xit, Com. 64
- Putredinis Galenicæ definitio examinatur, Com. 81
in Putredine definienda Galeni inertia, ibid.
- Putredo ab Aristotele, vtrum pro mutatione, vel termino defi-
nita, Com. 86
- Putredo simplex & naturalis tantū definitur cap. 1. lib. 4. meteor.
Com. 88. 89. 100
- Putredinis simplicis ac naturalis, efficiens forma, materia, Com.
88. modus ibid. & 89
- Putredo vtrum ad σβεσιν vel μέγανσιν referatur, Com. 105. ad
neutram refertur, ibid.
- Putredo Aristotelea cur sic definiatur, causa, Com. 135
- Putredine Aristotelea non incalescit res, Com. 175. 174. 181
- Putrefactio cur dicatur maximè contraria Generationi simplici,
Com. 27. cur commune contrarium, ibid. quid sit, & quomodo
fiat, ibid.
- Putrefactionis subiectum, causa efficiens, forma, Com. 72. 75
- Putrefactionis subiectum perperam & inconstanter statuit Era-
stus. Com. 79
- Putrefactio Galenica ab Aristotelea quantopere differat, Comme-
(81)
- Putrefactio particularis nusquam ab Aristotele appellata violen-
ta, quod Erasmus somniat, Com. 109
- Putrefactionis naturalis mixti causa nullo modo est internum
frigus, Com. 111
- Putrefactio simplex à particulari quo differat, Com. 119
- Putrefactionis particularis species, Com. 119
- Putrefactioni naturali omnia mixta sunt obnoxia, quicquid Ga-
lenus dicat, Com. 137
- Putrefactio

I N D E X.

<i>Putrefactio Aristotelea fit, frigescente non incalescente re, Com.</i>	
<i>Putrefactione in quem finem vtatur natura, Com.</i>	140
<i>Putrescens non incalescere Aristoteli, Com.</i>	28
	226

Q.

<i>Qualitates primæ duæ tantum agentes sunt , & duæ tantum patientes, Com.</i>	
	23, 24, 26, 32
<i>Qualitatis intensio, an materiæ additionem sequatur, Com.</i>	203

R.

<i>Respirationis usus, Com.</i>	163
<i>Rofam adstringere & relaxare falsum, Com.</i>	20

S.

<i>Sagittæ per aerem traiectæ non liquefcunt, Com.</i>	194
<i>Sanguinis vocula quid significet Rustico , quid item Sapienti, Com.</i>	52
<i>σέροις quid, Com. 105. 143. sententia Theophrasti & Aristotelis ea de re integræ,</i>	<i>ibid.</i>
<i>Scire aliquid, & vnâ idem nescire, quale vitium Analyticū, Cō</i>	5

<i>Senectus quid, Com. 109. putredo quedam dicitur, Com. 48. quomodo dicatur præter naturā accidere, Com. 110. naturalis quomodo accidat, Com.</i>	145
--	-----

<i>Senium differt à Putredine : hæc enim est mistorum corruptio, illud animatorum, Com.</i>	131
---	-----

<i>Sophista quis dicatur, Com.</i>	15
<i>Spiritus quomodo putrescant, Com. 222. cur facilius quam sanguis, ibid. & Com.</i>	224

<i>Strangulati quomodo intereant, Com.</i>	144
<i>Submersi aqua cur pereant, Com.</i>	157

<i>Substantia ex Accidente, Com.</i>	129
<i>Suffocatio quomodo restinguat ignem, Com. 144. vtrum sit putrefactio, Com. 221. & Com.</i>	225

INDEX

T.

Terra æquè atq; aqua, & hæc æquè atq; illa, mistarum substantiarum materia est, Com. 76. quid hæc ab illa, & vicissim illa ab hac habeat. ibid.

Terra materialis principij rationem maximè habet, Com. 76
de Terræ calore pueriliter philosophatus est Erastus, Com. 43
Theophrasti lotus i. de hist. plant. cap. 2. explicatur, Com. 19. loca in quibus de putredine meminit, Com. 48

Tonitrus ratio, Com. 194

Tralliani sententia explicatur de natura febrium humoralium in
Præfat.

Triticum cumulatum aceruatum, cur putrescat facilius, Com. 203
Turnebi error, Com. 143

V.

Velox & tardum non mutat rei naturam, Com. 181

Veneni etiam inclusi vitro tractatio periculosa, Com. vlt.

Venter triplex, secundum Aristotelem, Com. 208

Ventriculo plus mucci adherere consueuisse, quam Intestinis Anatomes monstrat, Com. 208

Vermes non in quauis re putrescente, Com. 70. & Com. 165. nascantur tam in putrefactione simplici quam in particulari, & quomodo, Com. 100. varijs ex varijs rebus, Com. 18. in putrefactis, a quo calore, & quomodo generentur, Com. 165. in ventriculo nasci utrum recte neget Aristoteles, Com. 208

Vermis quomodo recte dicatur ex caseo putrefacto nasci, Com. 94. generatur in putrescentibus rebus, non quatenus putrescant, Com. 94

Vermium generatio accidens quoddam est putrefactionis, Com. 207. & 94. non est Putrefactio. ibid.

Vermes in quauis animalis parte visi, Com. 208. nasci extra Putredinem, Com. 209

Vermis est caseo nobilior & cadavere vitulino, Com. 212

Vicomercati obliuio, 61

Violenter non accidit, quicquid ab externa causa accidit, Com. 28

Violentum quid, ibid.

Vina fulmine cur vitiantur, Com. 55

Vinæ



INDEX.

<i>Vini & cereuisiae vasa quomodo diu conseruantur, Com.</i>	<i>197</i>
<i>Vini vas semiplenum, si dimoueatur quamobrem corruptatur, vera causa. Com.</i>	<i>197</i>
<i>Vinorum conseruandorum generalis ratio,</i>	<i>ibid.</i>
<i>Vinolenti cur tremunt. Com.</i>	<i>157</i>
<i>Vinum liberalius haustum cur enecet, Com.</i>	<i>157</i>
<i>Vinum à cereuisia quò differt, Com.</i>	<i>197</i>
<i>Vinum putrescens, Com.</i>	<i>55</i>
<i>Vinorum vitia emendandi ratio multiplex, Com. 55. vitia vnde ibid.</i>	
<i>Vnire congenera corpora in generatione ac mistione, cuiusnam sit opus, Com.</i>	<i>26</i>
<i>Vocabulis proprijs philosophando vti debemus, Com.</i>	<i>23</i>
<i>Vrina conturbata quæ, Com. 182. quomodo, & qua vi denuò cla- rescat, Com.</i>	<i>183</i>
<i>quod Vritur, quatenus vritur omnibus suis partibus igni corre- ptus est, Com.</i>	<i>154</i>
<i>eorum quæ Vruntur falsa Erasti ratiocinatio, Com.</i>	<i>155</i>
<i>Vstio quomodo fiat, Com. 155. 156. quò differat à Putrefactione, Com. 155. non potest ad $\alpha\alpha\pi\alpha\tau\tau\mu$ referri, Com.</i>	<i>152</i>
<i>Vstorum remedia à Medicis proposita qualia, Com. 152. vesicæ vnde, ibid. dolor vhemens vnde,</i>	<i>ibid.</i>
<i>Vstile quid, Com.</i>	<i>152.159</i>
<i>Vulgi cum Sapientibus collatio, in appellatione & cognitione serum, Com.</i>	<i>5</i>
<i>Vulgi testimonium in quibus adhibendum, Com.</i>	<i>9</i>
<i>Vulgus sèpè vtitur voce Putredinis ea significatione, qua Philo- sophus, sed inscius & contra, Philosophus ea significatione, qua Vulgus, sed sciens, Com.</i>	<i>72</i>

F I N I S.



Typographus Lectori S.

Dum hæc ultima folia excuduntur, adfertur
ad nos brevæ quoddam Erasti scriptū aduersus Mer-
cenarium Philosophum Patauinum de putredine:
quod, quamprimum licuit, in Aulam, quæ iam Vil-
næ, id est, centum & viginti milliaribus hinc abest,
transmisimus, ut Simonio traderetur. Non dubita-
mus illum, si citius eiusmodi scriptum nancisci po-
tuisse, effectum fuisse, ut responsum ad id,
vñā cum Disputatione hac, pro-
diret in lucem.



Typus ac modo Putredinis Aristotelis

Primo dolor corporis ambientis incipit penetrare intima corpori-
ris mæni hinc calor exponit, atq; ita paulatim cum calor
mæni ipsius mæni coniungit, s; quidam coniunctione nativæ mæ-
ni calor paulatim intensus et sic magis magis a corpore
non erudit, h. e. paulatim latinit etenim mæni, s; corporis
penetrans ~~magis magis~~ magis magis incipit pene tra-
nsmissum a siccio separari. Et hoc loco ³ dicitur adiutor calor ambien-
tium pene transmissus corporis penetravit, tunc aī cum
calore mæni ipsius mæni factis. ² IN II Tunc calor
intensio, ut pene transmissus corporis mæni exirent, pene
mæni se dispergit, h. e. ut tunc et transmissus calor nativæ
erident et innidus in hinc remittatur amplius ac expiri-
re difficultat non posset. Tunc corporis reformatio separari h.
e. mæni a siccio, s; q; tanta ut particularis interior h. e. hennid.
q; mæni et tunc transmissus calor loco ³ latinit et
corporis mæni datur signum, s; calor autem ambientis
erident et tunc transmissus vapor ex eredit, ita ut nihil
transmissus calor et transmissus vapor.

Śląska Biblioteka Publiczna

227275

I

MF

Ec.

Min. Ośw. 507a — PLWS CB50 X. 49

Prod. i edit. f. ts. S. w. C. Janina

